minata ꝛ obscura relinquit ꝟm gña ꝛ species: ꝛ differẽtias. Consequenter his superueniẽs magnꝰ medicꝰ rõe: inexpertus vero rẽ aggressus est: ꝛ ipse de his artẽ ꝟm diuisionẽ incipiẽs: ꝛ differẽtias earũ ꝛ species conscribere: ꝛ pronostica signa q̃ ex eis fiunt: aut futura sunt fieri multa pretermittens: imperfectã ꝛ ipse disciplinã tradidit ita vt multa querant̃ ab his q̇ postea facti sunt medici: ꝛ nullo mõ solutionẽ valẽtes inuenire: querere cogunt̃ aliã doctrinã ꝛ nõ vane qꝛ ex his q̃ didicerũt discernũt obseruare ꝛ autumare vel coniicere ex ipsis manifestis obscuras res ꝛ intellectus. Nã vrinarũ apta inspectio manifesta facta non apparẽtes ꝛ patiẽtes locos cognoscit: ꝛ quõ dispositi sunt: ꝛ ꝟm qualẽ crasim eoꝝ singulũ: aut ꝟm naturã dispositi sint: aut p̃ter naturã ꝯstituti sint: aut dispositi extra naturã. Eiꝰ eñ q̃ sanguinẽ opat̃ virtutis quõlꝫ ꝟꝫ opꝰ ꝓpriũ ipedite nuncius nõ fallat vrinaꝝ diligẽs inspectio nata est esse. ¶ Igit̃ optimuꝫ nobis est de vrinis volẽtibꝰ tractare inuocare Xpꝫ dñꝫ nr̃m veꝝ adiutorẽ ꝛ ducẽ fieri in hmõi doctrina: vt mereamur nõ diminutã ꝛ inde fraudatã hãc perficere. ¶ Opꝫ igit̃ nõ diffinire q̇d est ipa vrina. Deinde manifestare locũ in quo nascit̃. De hic locũ in q̇ discernit̃. Et deĩde sic incipere doctrinã ꝟm gña ꝛ species ꝛ differẽtias earuꝫ.

¶ Diffinitio vrine.

Urina est colamentũ sanguinis ꝛ alioꝝ hũoꝝ. Hãc aũt alii superfluitatẽ sero similẽ vocauerũt. Alii aquosam. Alii putredinẽ sanguinis. De nominibꝰ ergo nulla sit contentio.

¶ De loco in quo nascit̃ vrina.

Nascit̃ igit̃ vrina in ramosa vena circa simã epatis expãsa: in qua sanguinẽ virtꝰ faciẽs opus suũ perficit. ¶ Est aũt gñatio eiꝰ talis. Sanguine formato ꝛ perturbatione facta in eo quodcunq; quidem leue est superiora petẽs qđ ex colera rubea superfluitas natum est esse. Accipit illđ susceptrix chistis fellis per suũ meatum posita ꝓpe ẽpar. Terrenũ aũt velut fecẽ sanguinis trahit splen per suum meatũ. Relinquit̃ ergo aquosa superfluitas cũ sanguine: hanc accipiẽtes rhenes ꝑ mediã chilim.i. profundã venaꝫ ꝛ formãt illud in vrine cõstitutionẽ. Dicit aũt aliquis ꝛ merito: vt q̇d fellis receptaculo: ꝛ splene ex simis epatis recipientibus sanguinis superfluitates: nonne ꝛ lumbi prope positi acceperunt aquosi superfluitatẽ. Et dicimus propter magnã necessitatẽ: hoc natura retinuit. Nam ramosa vena q̃ sanguinẽ operatur in sima epatis posita cõfert per ramos suos chili vene iuxta curuaturas epatis explicate per quosdã meatus angustos ꝛ rotũdos. Sanguine ergo ꝟm ꝯstitutionẽ pingui existente: ꝛ nõ valẽte angustas sine ipedimẽto vias pertrãsire: opꝰ fuit adesse cũ ea aquosam superfluitatẽ: vt subtilitate aquose supfluitatis facile cũ ea trãsiret sanguis ad chilim venã qñ dum impellit̃ aquosa superfluitas ad ramũ chilis vene que adiacet spine dorsi a sursum vsq; deorsum: ꝛ per ipsum: ꝛ per meatus

lumborum: et dexter et sinister secundum labdā litterā greco compositi in impositione sua trahūt per ipsos meatus a chili vena lumbi huius superfluitatē. Deinde sic formātes illā: et in vrine essentiā trāsmutātes per vrinales meat⁹ trāsmittūt ad vrine susceptricē chistim. Et si quidē sincer⁹ et pur⁹ sanguis et perfect⁹ fuerit: manifestū est quoniam et eius superfluitas talis erit. Si vero secundum aliquē casum sanguinis operās virtus impedita fuerit op⁹ suū perficere: huiusmodi fit aquosa superfluitas quā et vrinā vocamus. Propter hoc ergo aliquando quidē subtiles vrine et albe apparēt. Aliquando aūt pingues et albe crudiore sanguine facto: et imperfecta sanguinem operante digestione facta et veluti crudiore. Alia autē superincenso et velut feruēte sanguine talis et eius superfluitas fiat Itaque propter huiusmodi causas et vrine secundum species immutantur.

¶ De notificatione naturalis vrine.

Dicamus igitur de ea que est secundum naturā vrina que est ex perfecta ea ratione sanguinis facta qualē oporteat esse. Et diffiniam⁹ bonā vrinā: que et secundum naturā existens noiatur: et excedentē. Hāc autem minus habentem: non secundum naturam: sed preter naturam reputemus. ¶ Est ergo ei⁹ diffinitio talis. Que est secundum naturā vrina bona? Est sicut dicit Hyppocrates: albā et planā et equalē hypostasim habens. Manifestum quidem est quoniam consequente substātia moderata et colore opportuno: quod fit diffinitio diffiniens perfecta.

¶ De substantia vrine.

Urina est bona: substantia quidem moderata: hypostasi vero alba et plana et equali: colore vero ruffa: aut subruffa: et ruboris paululum participans propter limpitudinē et tēpus similiter consequens. Galienus quidem subruffam et subrubeam bonam esse dicit Magus vero ruffam et subruffam. Nos autem ex contemperantia vtrorumque fecimus. Quecunque autem secundum aliquod istorū quatuor aut abundat: aut minus habet: hanc secundum naturā dicimus non esse. De coloribus ergo et hypostasibus non presentis est dicere tēporis: procedens enim sermo docebit. Secundum vero presens tempus dicam⁹ de effusione quoniā omnis vrina secundum substantiam ipsam effusio est. substantia enim vrine humiditas est: hanc humiditatem multi sapientum medicorum effusionē vocauerunt: quoniā quid in mēbris effusum est in ea inspicitur: vel percipitur. ¶ Huiusmodi autē effusionis differentie prime due sunt: subtilitas: et pinguedo: et ex his mixtis est contēperantia: ipsa autē contēperantia que secundum naturā est non diuiditur. ¶ Subtilis igitur aut mingitur tenuis et manet tenuis. Aut mingitur tenuis: et fit luculenta et pinguis: et est prior quidē indigesta vltime: luculēta vero facta et in pinguedinē trāsmutata digestionis principiū significat accipere. Similiter aūt et pinguis diuiditur dupliciter. Aut mingitur pinguis et manet talis. Aut mingitur quidē pinguis residens vero fit tenuis. ¶ Et monstrat quidē prior perturbationē in corpore factā validam humorum: secundario turbationē quidē

determinari: sanguinis vero operationis digestionem resurgere. ¶ Jungamus igitur colori substantiam et determinemus ea que ex ipsis fiunt complexionis signa: et in sanis hominibus: et quomodolibet egrotātibus. Et qm albus color p̄cedit alios colores: et tenuis effusio precedit alias in effusione qualitates: componamus prius tenuem et albam substantiam.

¶ De tenui et alba vrina: vel de vrīa cū tenui substātia: et albo colore

Tenuis ergo et alba substātia vrine multa significat. ¶ Urina ergo veniēs multū tenuis et alba in sanis hoībus: multā potationē significat cū largo cibo: et maxie si est vinum exile et leue. ¶ Urina vero talis in pueris mala: nā vrine aquose in pueris pessime sunt. ¶ Urina talis veniēs significat debilitatē virtutis: vt in senectute q̄ est ꝯm naturā: significat et debilitatē ex diuturna egritudine q̄ appellata est a sapiētibus medicoꝝ ex egritudine senect⁹. ¶ Urina tenuis et alba et multū micta et similis dyabetem significat quā sapientes medicorū sanidā vocauerūt: et quidā sapientū maxim⁹ in vrinis dyariā vocauit. Alij aūt dipsation nō ꝯm naturā hn̄te se homine sꝫ p̄ter naturā dispō apparet ꝯm calidā distēperantiā lūboꝝ. Infinita ergo attractione lūboꝝ p̄ter naturā dispositoꝝ talis vrina venit. ¶ Urina tenuis et alba multū micta in febribus amphimerinis deficiētē febrē significat p hmōi humorē: et in ea q̄ ꝯm naturā frigiditatis distēperantiā epatis tenues et albe minguntur vrine: et ꝓpter emphraxim veniūt siles vt in nefreticis: et vt in quartanis in principijs. ¶ Urina tenuis et alba in hydropicis venit ꝓpter abūdantē causā. ¶ Urina tenuis et alba in lesis collū et caput et humeros grauatis: scotosim et lipothomiā significat. Significare aūt in futuro tpe hiposta. et in p̄terito sicut dicit vtif. Sudor mult⁹ ex somno sine manifesta cā fact⁹ significat qm̄ corp⁹ plurimo cibo vtif. ¶ Uria multa in febrib⁹ acutis tenuis et alba veniēs quietē significat. ¶ Urina tenuis et alba veniēs in fine eaꝝ q̄ valde acuunt̄ febriū discessuꝫ fore significat: in eas q̄ sunt sub frenibus partes. ¶ Urina similiter veniens in causon febris significat frenesim. Nā causon febris a multitudine rubei fellis facta vrina nō colorata superius lata fellea superfluitate existēte excelsuꝫ locū capitis occupauit. Et si quidem in anteriore cerebri loco flegmonē faciēs: in his q̄ in eo sunt miringis frenesim facit. Et si quidē ꝓpter aliquā causaꝫ: vt in fluxu sanguinis p nares: aut ꝓpter sudorē multū in capite factū vrina subtili et alba veniētē quietē significat. Si em̄ talis existēs vrina adest et frenesis ꝑmanet: ita dispositꝰ morif. Tēpus igitur est enarrare de colorum differentia: et dicere quot sunt et quales et cum quali effusione possunt compleri: aut omnes: aut quidam.

¶ De coloribus vrinarum significantibus indigestionē.

Est igitur de coloribus primus albus et huius latitudo in eo cōtenta est Christallus em̄ et nix et calx et aqua purissima quidē

alba sunt: sꝫ nō in summo oīa. Imperfectior aūt his color lacteus qualis est ex ipsa denominatiōe. Deinde remissior hoc glaucus: vt cornu lucidū autictidon es .i. cornee tunice oculoꝝ. Deiñ hoc glauco adhuc remissior karopos qualia cameloꝝ vellera subalbida: āt vt lapis onichinus: hi ergo colores albi ꝑm qualitatē ⁊ꝑm magis ⁊ minus sunt. Si ꝟo infectionē aliquaꝫ recipiat fellis alba vrina: ꝑm primā quidē rōneꝫ subpallida fit vt decoctio semicrude carnis. Si vero ꝑmaneat tꝑe aliquo decoctio: infectionē maiorē faciens ꝑficit colorē pallidū: significās abūdanti⁹ fel priore aquosaꝫ vt inā fuscepisse. ¶ Post hūc aūt ponit̄ subruffus silis auro a celtica venienti. Deinde ꝟo ruffus vt est ꝑm veritatē chrison aurū. Deiñ subruff⁹ remissior parū. Deiñ rube⁹ q̄ assimilat̄ ꝟo croco. Deiñ hyperiterō factū ab ipso aquoso sanguine vt ex albo colore splēdore adueniente quē tinctores flāmeū nominānt: q̄ ꝟo ꝑm Galienū finicon dr̄: idest similis dactiloꝝ colori maturoꝝ. Supponere eñ vel ꝑponere suppositionē in colorib⁹ oībus non oēs ꝯsueuerūt similiter arbitrari. Alij tñ ꝑponūt: alij supponūt. Eridū ꝟo sicut ipse sanguis pur⁹ ⁊ sine dolo. Nā intēsior hoc ⁊ remissior nō ē sanus sꝫ notus. Inoposautem vt vinū nigrū: aut ꝓfundior vt purpure⁹ sanguis: sicut est color epatis. Kyanos vt putrefact⁹ sanguis ex felle rubeo: ⁊ superadustus ⁊ in colore vt garus ictericoꝝ vrine. Regula aūt kyani talis ē colori ꝑm Galienū albo splendidū aduenīēs ⁊ in nigrū plurimū incidēs kyanon facit. Fuscus ꝟo ex albo ⁊ nigro cōiunctis inuicē fit sicut roisgadia. Cloron vero idest color viridis vt caulis virēs ⁊ vt gramē latitudo aūt in eo ꝯsiderat̄. Nā violace⁹ ⁊ smaragdin⁹ ⁊ hysothodis: oīa sunt clora idest viridia ꝑm magis ⁊ minus. Hec oīa a calore plurimo facta sunt. ¶ Pelithinon ꝟo ꝓfundius est fusco vt plumbū: ⁊ q̄ sunt ex accidētibus plagis corpori: ⁊ q̄ ex cassationibus nigrātes colores. Hic aūt aut a frigore fit: aut a plaga. Post hunc aūt magis iudicās aliqñ quidē frigiditatē: aliqñ calorē. si ꝟo ex viridi ꝑcedēte calorē. si ꝟo ex liuido: frigiditatē. Est aūt nigredo sup illa genera oīm colorū: ⁊ nigredo latitudinē multū habēs ꝑm magis ⁊ minus: multa eñ nigra alijs intensiora dissimilia sunt. Et de coloribus quidē sufficiēs doctrina ē collecta a disciplinis antiquorum philosophoꝝ ⁊ medicoꝝ. Hoꝝ ꝟo coloꝝ q̄ possunt ꝯiungi cum pingui effusiōe ⁊ tenui: ⁊ q̄ ex his signata siue in sanis corporibus: siue in egrotātib⁹ ꝓcedēs sermo docebit. Oñ aūt de coloribus docētes ꝑdiximus ab albo nudissimo distātiā: ⁊ lacteū: ⁊ glaucū: ⁊ karopos: nō vt aliquē coloꝝ incōiugatū pretermittamus cū tenui effusione cōiungamus: ⁊ ea quid significant exponamus.

¶ Tenuis lactea ⁊ alba vrina.

In principijs febrium huiusmodi veniens mala: qm̄ cronicitatē febrium seu egritudinis significat. In declinationibus vero si multa: solutionem significat.

Tenuis glauca et karopos vrina.

Quoniã igit tenuis substãtia: et alba indigesta est: manifestuz est ex his q̃ ante nos fuerũt sapientib⁹. Colores aũt hi conuenientes ei q̃ primi sunt albo et ipsi indigestionẽ significãt: nõ enĩ colorati sunt aliqua imbecillitate naturalis coloris. Igitur tenuis cum his coloribus consistens indigestionẽ significat.

¶ Tenuis pallida et subpallida vrina.

Principiũ digestionis huiusmodi vrine significant. Nam substantiam quasi difficiliorẽ naturalis calor nõ potuit densare Colorem vero quasi faciliorẽ in principio digestionis mutauit.

¶ Tenuis subruffa et ruffa vrina.

Hec melior a priori. significat enĩ hmõi vrina naturalẽ calorẽ cõualuisse eo qd p̃lin colorẽ vrine cõcessit: qm̃ non potuit materiã densare: vocamus et hanc indigestam. Et vrina talis veniens in hydropicis periculosa est quemadmodum aquosa vtilis.

¶ Tenuis hypoxanthos et xantos. i. subrubea et rubea.

Esto tenuis quidẽ vt ponebat̃ s; hypoxãtos: aut xãthos: he tales ſm substãtiã quidẽ indigeste: ſm colores nõ solũ extra naturã extiterũt s; et materie indigẽtiã demõstrãt. abstinẽte enĩ aliquo adolescẽte ſm naturã ſm etatẽ pter indigentiã materiei vrine apparẽt hypoxãthe aut xãthe: eo qd abũdet in pfundo calor q̃dem preter naturam abundantiã fellis generãs: qm̃ multo calore in fel mutat̃ sanguis: et maxime plongat̃ causa in tpe estiuo in quo et tertiane plurimũ superueniunt etenī; eoꝝ vrine xanthe sunt ppter has causas: et vigilie et solicitudo et labor rubeas ostẽdũt. Et de cõplexionib⁹ tenuis substãtie cũ quib⁹ colorib⁹ possit cõponi: sufficiãt q̃ dicta sunt. Reliquuz est vt in descriptione pter manifestationẽ exponamus eas sic. Tenuis enĩ alba. Tenuis lactea. Tenuis glauca. Tenuis karopos. Tenuis hypoxanthos. Tenuis xanthos. Tenuis pallida. Tenuis subpallida. Tenuis ruffa. Tenuis subruffa.

¶ De coloribus vrine cum grossa substantia.

Quoniã aũt oẽs cõplexiones tenuis substantie cũ quib⁹ possunt cõiungi coloribus sufficiẽter fecimus: et q̃d significẽt diximus: et descriptione eas exposuim⁹: trãseam⁹ ad cõplexiones pinguis substãtie: et dicamus cũ quibus coloribus possunt coniungi.

¶ De pingui alba.

Talis cõplexio cõstat et mõstrat crudũ humorẽ p̃lin abũdare in vasis: et diuersas differẽtias flegmatis: vt est vitreũ flegma: et salsuz: et sine q̃litate. Hui⁹ vrina pinguis multa et alba veniẽs in egritudinibus acutis liberat apãta in articulis nata: his q̃ dolebãt eos et his q̃ quodãmodo in egritudine erãt: his q̃ diu fuerãt in multitudine pinguiũ humorum. ¶ De vrina pingui et lactea.

Et huiusmodi constat. Et si in fine talis venit: lithiasim vesice aut renum significat.

¶ De pingui haropos & glauca vrina.

Hec complexio constat. Et si inturbata manet demonstrat tales humores multos in corpore esse. Si vero turbate huiusmodi vrine fuerint quales subiugaliu: demonstrant capitis dolorem: aut presentem aut fututum. Quod autem apparent: si turbate iam sunt & clare residentes manifestantur exteriori igne probate. Calefacte ei ampullas in superficie demonstrabunt. Aliter autem pinguis existens eadem substantia si accidit febribus trumbos esse: hanc sequens multitudo vrine tenuis solutionem febris significat.

¶ De pingui subrubea vrina.

Talis constat. Et si est hypostasis huiusmodi diuturniorem egritudinem declarat & laudabilem vel sanabilem.

¶ De pingui rubea vrina.

Talis constat & declarat multum humorem sanguineum esse in corpore quemadmodum in sinochis: & in acutis febribus. Talis paulatim micta periculum significat. Similiter autem huiusmodi vrina. In talibus febribus si turbenta micta est cum surditate & capitis & colli & hyppocundriorum dolore: ictericum fore ante septem dies significat.

¶ De pingui inopos vrina.

Et huiusmodi constat. Et si euenerit in febre causon capite dolente & circundolente fit crisis & fert crisim.

¶ De vrina pingui hianos.

Talis constat. Et in sanis superueniens significat laborem vie aut cursum multum significat factum esse. Senioribus vero superueniens quibus ex multo tempore tales fiunt a malis humoribus immutari vesicam vt in pluribus significat. In fine vero si tales facte in lithiasi constituuntur: stranguriam significant futuram.

¶ De vrina pingui viridi.

Talis constat. Et in fine febris huiusmodi veniens icteritiam significat.

¶ Pinguis liuida vrina.

Talis vrina in febribus & non residens per acrusticum. i. mente alienatum significat. Significat & aliud: in febre enim causon talis vrina apparens stranguriam futuram significat.

¶ Pinguis nigra vrina.

Et ea complexio constat & declarat purgationem melancolici humoris vt in declinatione quartanarij: & solutione melancolie: & propter frigiditatem veniunt tales & propter exustionem sanguinis. A talibus vero causis densata substantia significat tales colores cum densitate substantie fieri. Quoniam vero vera est ratio quod tres differentie nigre vrine pinguiores sunt ea que secundum naturam est vrina secundum substantiam & hinc manifestum est quod quartanario soluto & melancolico humore per vrinas exeunte: vrine pingues apparent & nigre. Similiter & duum egritudo melancolica soluitur. Et per vrinas exit causa que fecerat melancoliam: quoniam vero melancolicus humor terrenus & pinguis & niger est: propter hoc & vrinas

facit ꝛ nigras ꝛ pingues. Similiter ꝛ q̄ ex adustiōe sanguinis facit nigre sunt queādmodū predictū est: densitatē possederūt substātie eo ꝙ eā q̄ in vasis ex hūiditate exhaurit adustio ꝛ frigiditas manifeste dēsat materiā rōne cōstrictiōis. ¶ Significāt aūt tales vrine in febre spasmum ex siccitate. ¶ Significant autem tales ꝛ aliud in febribus eñ peracutis tales veniētes cū sudore capitis ꝛ colli ꝛ dorsi ꝛ cū suspirio male sunt: propter exustionē. ¶ Significāt aūt et aliud. tales eñ veniētes in febribus acutis cū fetore nihil mali hñte vesica: mortē significāt. ¶ De cplexionib⁹ ergo tenuis substantie cū quib⁹ colorib⁹ pñt cstare prescripsimus: ꝛ significata eaꝝ dixim⁹ ꝛ causas ꝓpter quas facta sunt manifestauim⁹: ꝛ in descriptiōe eas exposuim⁹ hoc modo. ꝛ in pingui substātia cōponētes ꝛ ciungētes eos q̄ cū ea pñt colores cōuenire cōueniēter scripsimus: ꝛ significata eoꝝ diligētius inquisiuim⁹: ꝛ causas eoꝝ enarrauim⁹. Reliquum vero est vt per descriptionem eas apponamus.

¶ Pinguis alba: pinguis lactea: pinguis glauca: karopos: pinguis subruffa: pinguis viridis: pinguis liuida: pinguis nigra: pinguis kyanos.

Relinquit ergo de mediocri substātia dicere: ꝛ manifestare cū q̄b⁹ colorib⁹ possit cuenire. Ea ei est ꝑm naturā substantia: cū hac igit substātia vt Galie. dicit in perycriseon. subruffū ꝛ subrubeū cōsistūt. magn⁹ vero ruffū: ꝛ subruffum. Nos aūt viros tātos ꝛ tales reprehēdere veremur: tñ ab vtrisq̃ ꝑtermissa cōiungētes cplebim⁹: cōuenientēq̃ mixtionē mediocri substātie cmisceam⁹ ita: qm̄ cū mediocri substātia pōt alīqs coloꝝ cuenire exceptis subruffo ꝛ subrubeo in medio habentib⁹ ruffū. ¶ Isti ergo colores sunt mediocris substātie: scꝫ subrubeus ruffus ꝛ rubicūd⁹. Et vt sit manifesta ratio reliquū est: vt in descriptiōe exponamus ita hoc.

¶ Pinguis albus: pinguis lacteus: karopos pinguis subrubeus: pinguis inopos: pinguis kyanos: pinguis viridis: pinguis liuidus.

Cum hic ergo cueniēter exposuerim⁹: ꝛ cueniētē ordinē in his q̄ scripta sunt seruauerim⁹: ꝛ in descriptiōe ea manifestauerim⁹: ꝛ clara oīb⁹ discētib⁹ fecerim⁹: de hypostasib⁹ disputem⁹ ostēdētes q̄ bona hypostasis: ꝛ q̄ est ab hac siue intēsa: siue remissa: ꝛ q̄ ex ea aut ex eis pñt perfici: ꝛ q̄ periculose ꝛ minores harum: et que ad sanitatē conuenientes hic cōpositur: ꝛ hypostasim ꝛ substantie ꝛ coloribus ꝛ mixtas vt ꝑfectū terminū assignem⁹: inuocemus Christū verum deū nostrū ducem fieri vt huius cōmixtiōis nihil pretermittamus. ¶ Hic determinat de hypostasi in generali.

Incipiam⁹ igit bone hypostaseos ex expositiōe: meli⁹ aūt a sapiētissimo Hyp. hāc dicere. ꝛ neq̃ adiectionē: neq̃ ablationē aliquā faciam⁹: appositio eñ ꝛ defect⁹ nō ꝑm naturā. Est ergo dictio sapiētis Hyp. de ea q̄ ꝑm naturam hypostasi.

¶ Hic determinat de hypostasi in speciali.

Urina aũt bona est qñ ⁊ alba hypostasis fuerit: ⁊ leuis: ⁊ eq̄lis ꝑm omne temp⁹. Et ita vir sapiēs ⁊ amic⁹ breuitatis existens ex ꝯtento diffinitionem ꝓtulit: ꝯtēnens substãtias ⁊ colorē q̄si particularia. Nos aũt ab eo ꝑtermissa apponam⁹ vt oēs appropinquãtes littere nō q̄lecũq; habeãt gaudiũ: multoꝝ enim intellect⁹ nō perfectã diffinitionē audientes ⁊ q̄si insipiētē summũ expositorē opinãtur. Est ergo ꝑfecta diffinitio eius ꝑm naturam vrine talis.

¶ Hic ponit diffinitionem completam hypostasis: ⁊ de hypost. alba leui ⁊ equali.

Urina bona est ⁊ laudabilis cum alba hypostasis fuerit ⁊ leuis ⁊ equalis per omne tēpus: ꝑm substãtiam vero moderatam: colore ruffo ⁊ subruffo ⁊ parum aliquid participãsruboris. Et q̄r diffinitio ita significauit: inspicere oportet in vrina hec q̄tuor: hypostasim: colorē: substãtiaꝫ: ⁊ tempus Dicamus autem vnũquodq; in vnoquoq; eoꝝ quale oportet esse.

¶ Hic declarat hypostasim naturalē penes suas ꝯditiones.

Que quidē ergo ꝑm naturã hypostasis habet albũ colorem et inferiorem locum ⁊ est leuis ⁊ indiuisa et equalis in multos dies talis permanens: hoc enim est equale in tēpore seruatuꝫ. Quecunq; ergo ex his quattuor huiusmodi quidē que ꝑm naturã sediminis ꝯuertuntur in ꝯtrarium: siue vnum: siue duo: hoc tale nō ꝑm naturã. Quemadmodum ante compositionem superius de substãtijs ⁊ coloribus fecimus: ⁊ sic nũc omnia cum hypostasi componentes exordiri habeamus. Conuertamus autem ex his que obseruãtur in hypostasi omnium vltimum quod est equale: et tribus ꝑm naturam manentibus in equale fit quartum.

¶ Quid significat alba hypostasis ⁊ cōtinua ⁊ inequalis.

Huiusmodi infirmitatē virtutis digestiue significat. Non enī omnino potuit digerere natura: sed reliquit vnum indigestum eo quod omnibus diebus digestio non fit: sed aliquando quidem digestum sedimen: aliquando vero indigestum. ¶ Rursus igitꝰ conuertamus et continuum: vt sint conuersa illa duo in vnũ: vt nō sit hypostasis continua: neq; equalis.

¶ Quid significat alba hypostasis ⁊ nō ꝯtinua ⁊ nō equalis.

Hec priori minus digesta ⁊ deficientibus ꝑm digestionem duobus: non solum enim equale amisit: sꝫ et leue: vt non sit continua sed discreta. Incidit autem continuum sedimen spiritus indigens pinguis: et nō dimittens illud esse equale: propter has igitur causas reliquum sedimen ab his duobus minus digestum vno est. Uertamus autem rursus in principio quod concessum est.

¶ Quid significat alba hypostasis nō ꝯtinua ⁊ equalis.

Est sedimē nō leue sed diuulsũ: eq̄le ꝑo. hoc tale malũ: eo q̄ nulli⁹ spũs fit: ⁊ nō possit a natura dyaforesiꝫ habere vt sit digest⁹.

¶ Quid significat alba hypostasis nõ ꝯtinua ꝛ nõ eq̃lis

Ursus autẽ est vrina nõ ꝯtinua ꝛ inequalis hic melior priore nõ enim quotidie dissipatur queadmodũ equalis: aliquãdo tamen dispergitur: aliquando vero nõ: ꝛ ꝓpterea declarat minorez esse spiritu3 diuellentem continuitatem. ¶ Hoc autem ostẽdamus in exemplo deficientis pulsus. si enim deficiens pulsus vsq ad multos dies idem permanet: maius malum est: q̃ quotidie permutari. hoc enĩ est iequale. igit̃ meli⁹ est diuulsũ inequale diuulso equali: et ꝗ stupor est audiẽtib⁹. Et de hac quidem ꝯplexione tãta sufficiãt.

¶ Quid significat cõtinuum eneorima.

Sit igit̃ sedimẽ albũ quidẽ: trãsmutet̃ aũt a loco suo vt fit in medio qđ vocat̃ eneorima a potu xenormie qđ est pẽdere. Est vero ꝛ cõtinuũ ꝛ equale hoc mediocriter indigestũ nõ valuit eũ natura digerere vt inferiorẽ acciperet locũ. hoc enim est digestũ: sed participatione alicui⁹ spirit⁹ incidẽtis eleuat̃ illđ circa mediam regionem.

¶ Quid significat alba nubes: ꝛ ꝯtinua: ꝛ equalis.

Si vero multus spirit⁹ fuerit: impellit̃ sedimẽ ꝛ sup mediã fertur regionẽ occupãs superiorẽ superficiem ꝛ vocat̃ nubes: quasi a metaphora nubiũ. ¶ Ea nubes que superiorẽ locũ occupat alba existẽs in feb. acutis spumosis colericos humores significat. Et aliter. Si in febre continua alba vrina nubes spumosas habens malum valde: significat enim dextrum hypocun. dolere. Si in febre causon nigras nubes h3: in quartanariũ trãsmutari significat. Si ṽo nõ oĩno fuerit spiritus ac inferiorem accipit locũ: ꝛ demõstat ꝑfectam digestionẽ que est ẜm naturam. ¶ Hypostasis itaq ꝛ quecunq de hypostasi dicta sunt: totidem de eneorimate: ꝛ de nube dicta oportet arbitrari: huiusmodi enim positiõe sola tantũ differentia. ¶ Itaq manifestum est: quoniam ex loco amplius nihil dicemus q̃ mensuram significatorum ꝛ significatorum. Permutatur igitur albus color ex hypostasi ꝛ fit niger.

¶ Quid significat alba hypostasis nõ ꝯtinuã ꝛ equalis hoc docet cognitionẽ malã hypost. ẜm magis: ꝛ minus.

Hoc tale malũ si fuerit q̃dẽ in nube nigrũ: min⁹ malu3. Si ṽo in eneorimate: mai⁹ malũ. Si vero in hypostasi: ꝑfecte malũ.

¶ Quid significat alba nubes nõ ꝯtinua ꝛ inequalis.

Similiter ꝛ in alba Si enim alba ꝛ continuum et equale fuerit hypostasis bonum. Si vero nubes maius bonum. Si ṽo eneorima manifestum: ꝛ melius bonum. Et de trium quidem positione sufficienter dictum est.

¶ Notificatio hypostasis a parte coloris.

Quoniam aũt diximus de tempore ꝛ substantia ꝛ loco: reliquum apponamus de colore. Erat aũt secundum naturam color sed imunis albus. hoc igit̃ nõ fit album: sed nigrum: aut liuidum: aut pallidum: aut subruffum: aut rubeum: aut viride.

¶ Quid significat rubeum aut subruffum sedimen.

Subrubeũ ergo ab aquoso sanguine fit vt superius dictum est: et significat indigestionẽ sed non mortem. Rubeũ vero factũ a sincero sanguine significat digestionẽ: et siquidem fuerit moderatuȝ: neq abũdãtiã habẽs: neq indigentiã: sine periculo est maxime. Quoniam igitur neq subrubeũ adducit periculũ materie familiare est: propriũ vero materie aquosi sanguinis proximi existẽs sanguini vt amicũ corpori nõ adducit periculũ. Quoniam vero indigestiõeȝ significat propter hoc et tẽpus expectare opȝ. Et hoc manifestũ est qđ sequitur tempus humorũ. hi quidẽ sanguine fiũt prius: vt flegma et liquor. hi vero post sanguinẽ vt colera et melãcolicus humor: sincerus vero sanguis in medio amborum est. Quando igitur subruffa apparet vrina significat ab aquoso sanguine habere colorem. Aquosus vero sanguis prior est sincero sanguine et propter hoc indigestionẽ significat. Non enim perfectũ apposuit natura aquosum colorẽ: manifestũ est igitur quoniam nequaquam digestus est. Indiget ergo tempore natura ad digestionẽ aquosi sanguinis. Rubeũ vero sedimẽ et crisim futurã in. vij. die significat. Si enim in quarta die superius nubem habet vrina rubea et alia digestionis signa. vij. die manifestuȝ quoniã egritudo iudicabitur. Quod ergo significat subruffum et rubeum dictum est.

¶ Quid significat sedimen liuidum.

Frigiditatẽ et mortificationẽ manifestat virtutis. Est autem dicere taliter. in acutus enim febribus vrina liuidã hypostasim habẽs in superuenienti die non sine periculo.

¶ Quid significat sedimen viride.

Viride vero significat calorẽ plurimũ: et cacoeticũ egritudinis.

¶ Quid significat sedimen subnigrum.

Subnigra vrina deficiat a perfecto nigro. In febre eniȝ causon vrina subnigra eneorimata hñs excelsa insaniã significat: et oẽs fluxus sanguinis plurimum superueniens crisis cũ rigore et sudore.

¶ Quid significat sedimen nigrum.

Nigrum aliquando quidem indicat frigiditatem: aliquando vero calorem: determinemus illud ita. Siquidem precesserit liuidũ: deinde sic factũ est nigrũ: frigidã habet significationẽ. Si vero viride precesserit: secutum autem est nigrum: manifestuȝ est quoniã a calore factum.

¶ Hic docet quandam cautelam.

Quoniam autem albus color bone hyposta sis creditur esse signum: nosse oportet quoniam calor multotiens deludit artificem quasi alba hypostasis bona sit: cum non sit: sed crudus humor albus in sedimine apparet: et post album decipit artificem quasi alba hypostasis bona sit. Sed hoc quidem odore discernitur: fetidum enim est. Sed et lũbis vlceratis et vesica: aut epate: aut aliqua particula per vrinas euacuatis: pus emittitur: queadmodũ dicit Hyp-

pocrates. Si sanguinē migit q̄s: aut p⁹: lūboꝝ: aut rhenū: aut vesice vlcerationē significat. Et rursus. Quibuscūq; in vrinali virga pustu le nascunt: his sanie facta ꝛ erupta solutio fit.

¶ De sedimine crudi humoris.

Manifestū q̄m sanies p eandem viā euacuata est: crud⁹ ꝟo hūoꝛ ex inequali substātia determinat sediminis. nō em̄ est ꝯtinuū ipm sedimē crudi humoris: sed velut dissolutū in minima velut bare na. Hec quidē dicta sunt: vt nō decipiat medic⁹ coloꝛe: sed discernat hypostasim ꝛ a sanie ꝛ a crudo humoꝛe. Si em̄ sanguinē ꝛ pus mingat ꝛ squamas: ꝛ odoꝛ grauis est: aut lūboꝝ: aut rhenū: aut vesice vlcera tionem significat. Hec q̄dē dicim⁹ vt nō decipiat artifex. Sed ꝛ habere nosā in vrinis sedimina ꝛ diuturna: vesicā aut lūbos litbiasim habe re significant. Et aliter. Si sanguinē mingat: lumboꝝ ꝛ vesice signifi cat vlcerationē. Hoc quidē dicim⁹ vt nō decipiat artifex inspectione sediminis facti ꝛ a sanie ꝛ a crudo humoꝛe. Et quattuoꝛ quidem diffe rentias sediminis exposuim⁹: ꝛ coloꝛē. ꝛ locum. ꝛ substantiā. ꝛ temp⁹. Et reliquum est vt hoc secundum quatuoꝛ partes demonstremus in descriptione sic.

Alba hypostasis continua equalis.
Alba hypostasis continua inequalis.
Alba hypostasis non continua equalis.
Alba hypostasis non continua inequalis.

Hec sunt quattuoꝛ differētie descriptiōis sediminis. Q̄m autē sedimē dicim⁹ tres habere locos: ꝛ significata eoꝝ dixim⁹: ꝛ in descriptiōe ei⁹ queadmodū ꝛ apparēs ratio manifestat. Aut em̄ infe rioꝛem locum habet ꝛ hypostasis nominat. Aut mediū ꝛ eneoꝛima di citur. Aut superioꝛem ꝛ nephilis vocabit. Et causas omnium pro pter quas acceperunt locos ꝛ signa vel significata eoꝛum diximus: et descriptionem eius q̄ inferioꝛē locum acceperit hypostasis. Differē tias exposuimus ad eundem modum: ꝛ in media hypostasi que eneo rima vocatur faciamus eiusdem differentias. In descriptione dica mus ita.

¶ Articella.

Album eneoꝛima continuum equale.
Album eneoꝛima continuum inequale.
Album eneoꝛima non continuum inequale.
Album eneoꝛima non continuum equale.

Iste ergo eneoꝛimatis differētie sunt quas ꝛ in descriptiōe ex posuimus. Procedens sermo docebit significata vniuscuiusq; differentie quid significent. Secundum vero tertiam differentiā se diminis superioꝛem locū tenentis que ꝛ nubes nominat: ꝛ hui⁹ diffe rētias in descriptione exponamus: ꝛ quid significent subsequenti ra tione dicemus: ꝛ significata huiusmodi non pꝛetermittemus. Est igi tur ꝛ eius descriptio sic.

Alba nubes non continua equalis.
Alba nubes non continua inequalis.
Alba nubes continua equalis.
Alba nubes continua inequalis.

Et de cōplexionibus quidē differētiarū triū hypostaseon dixi mus nihil ꝑtermittentes: ꝛ in descriptione exposuimus.

Diuersitas vrine a parte corporis.

Quoniā humanū corpus ex trib⁹ cōsistit: sc3 ex spiritibus: hu moribus: ꝛ ex terreis. i. firmis partib⁹. Humida vero corp⁹ ꝯstituētia sunt humores ꝛ eorū supfluitates: quecūq͡ȝ quidē ex pu trefactis humorib⁹ ꝑ vrinas exeūt sufficiēter exposuim⁹. Dicam⁹ igitur nūc que ex ipsis ꝑtibus firmis corporis mingunt: vt ꝑfecta ꝛ nō minus habens de vrinis doctrina fiat. Etenim earū partiū melio res quedā sunt liquefacte i olei substātiā: aut in aliquā aliā formā assimilant. Oim ergo pinguedo ꝛ caro molliora firmarū partium sunt ꝛ humidiora. Primū quidē resoluit pinguedinē ꝛ oim firma rum partium solubiliorē: deinde carnem. Pinguedine ergo lique facta in olei substātiā trāsmutat calidum. Et quoniam eadē non simul resoluitur: sed habet quoddam principium resolutionis et ascensum et statum temporum: eius cognitionem dicamus.

Quid significat vrina oleaginosa: ꝛ ð differētijs oleaginarū vrinarū.

Principiū quidē oleaginarū vrinarū est cū olei colorē hñtes: au gmētū vero apparētes vt oleū. status vero est: q᷑ sunt oleagi ne. Ergo olei colorē hñtes principiū liquefactionis declarantes quasi aquose apparēt. Que vero apparēt vbi oleū tp̄is augmento facte mixtionē ꝑfectiorē olei ad vrinā habēt. Oleagine⁹ vero facte que in statu sunt vrine tote oino: ꝛ in colore ꝛ in substātia velut oleū sunt. Urina in febre oleagina subnigra veniēs incēsionē ex spasmo ꝛ mortem significat. Quoniam aūt pinguedo vniuersalis est ſm plures diuiditur partes. Aut enim secundum lumbos ꝛ circunuol uitur: ꝛ quasi operit. i. cooperit eos. Aut ſm omnes corporis par tes circa lūbos pinguedine resoluta et per vrinas exeūte magis si mul exitus fiet q̄ȝ ea que in toto corpore est pinguedine: eo ꝙ hec q̄ dem prope vrianles meatus sit. Hec vero lōge ab his. Hipocra. ve ro discrete cōsiderās scripsit ita in aphorismis. Quibuscunq͡ȝ pin gue sedimē ꝛ multū: his nefreticā significat. manifestū quoniā lum borū pinguedine resoluta. Et aliter. Urina in causon pinguē hypo stasim habēs: mortē significat. Sine febre vero senibus hoc tale fa ctu3 peraplıgiā significat. i. solutionē ꝑtis. Et de oleaginis q̄dē vrinis ex liquefactiōe pinguedinis factis sufficiāt que dicta sunt.

Quid significant petaloides in vrina.

Quoniam igitur solide partes corporis habent in seipsis ex longitudine: et latitudine et profunditate. Quecunq͡ȝ vero in latitudine dilacerantur vel in supꝰficie raduntur: quasi quedam

petala in vrinis apparentia: vesice vitij talia sunt demonstratiua: denominationē autē habent ex his que sunt similia petalis: que ex detritis triticis sunt. Scd̄m vero supradictū modū et ex his determinant. Si em̄ fuerit febris et vrina petaloides substātiam habēs: totū patit̄ corpus. Si vero nō sit febris vesice passio est. Hec p digestionē & indigestionē terminant. Si em̄ cū indigestione totius corpis malū est. Si vero fit digestio vesice malum est.

¶ Quid significant furfuree hypostases.

Quando vero febris occupat corpus s̄m pfunda vasorum hypostases furfuree fiūt & grossiores: de petaloidibus sunt. Et tales igitur vrine predictis hypostasibus s̄m eundū modū significatiue sunt et vesice passionē esse & totius corporis. Si em̄ adsit febris: totius corporis malū. Si vero nō: vesice. Et si quid indigestuz sit: totius. Si vero digestū: vesice: sicut hypocra. dicit. Quibuscūq; in pingui vrina furfurea couenīunt: his vesica scabit.

¶ Quid significent crinoides.

Si v̄o occupet febris s̄m tres dimēsiones corpis. s. lōgitudinē latitudinē & pfunditatē: hmōi furfureis grossioris fiūt & vocātur crinoides. Scias aūt tale hoc fieri si aliq̄s sublevās molā triticum molentē in grossiores ptes tritici opat̄ tales grossiores partes tritici crinoides noiant̄. ex his igit̄ & q̄ in vrina apparēt denomiationē acceperūt. ¶ Sūt aūt hmōi crinoides vrine: aut ppter liquefactionē solidorū vehementē: aut ppter exustionē sanguinis. Sed siquidē albe fuerit: solidorū est passio. Si v̄o rubee sanguinis: quēadmodū dicit hyppocrates. In febribus acutis vrina colerica crinoides & albā hypostasim habens malū. Et aliter. In febribus diuturnis vrina crinoidē hypostasim hn̄s alijs salutarib⁹ existētibus discessuz significat. Urina in febribus eneorima crinoidem habēs diuturnā significat egritudinē. ¶ Et de grossioribus quidem hypostasibus que in vrinis sunt & apparent sufficiāt premissa.

¶ Quid significent fetide vrine & diuerse.

Fetida vero vrina differētias significat. Urina mali odoris & mordax humorū putredinē significat. Et rursum. In febribus vrina aquosa et alba & multa cuz albis eneorimatibus fetida peracopin sedat idest maniā. Et aliter. Urina ī acutis febrib⁹ pinguis nigra et fetida: vesica nihil mali habente mortem significat: significat vero putredinem: et mortificationē nature. ¶ Et de huiusmodi quidem vrinis sufficiant que dicta sunt.

¶ De sediminibus & coloribus & substātijs simul coniunctis.

Quoniam autem prius et substantie tenuis & pinguis cū coloribus cōpositiones fecimus: nunc cōiugam⁹ effusionē & sedimen cū cōpetentib⁹ coloribus: & quod significat horū singulum apponamus. Et quoniam sedimen s̄m substantiā est pingue manifestū aūt q̄m a digestione tale factū est: aut ex abundātia pinguiuz

et crudorum humorum. Ceterum sedimen hoc cum tenui substantia cõuenire nõ põt. Jungam⁹ igit ipsam effusionẽ pinguẽ cũ hypostasi r cũ colore rubeo r subrubeo. Jn cõpositionibus enim his indigestionem significantes colores conuenire non possunt. Incipiamus ergo cõpositionẽ facere cum subrubeo colore: quoniam hoc ab aquoso sanguine fit: hic vero ex perfecto. Oportet autem cognoscere qm̃ quidam colores coniuncti in substantijs effusionis: ipsi etiam in hypostasibus non tamen perfecti quidam in substantijs fiunt: sed in hypostasibus imperfecti.

¶ Quid sigat sedimen pingue subrubeũ cũ pingui substãtia vrine.

Hec compositio cõstat queadmodũ superi⁹ dictũ est: r significat lõgitudinẽ egritudinis velut si sit vrina subrubea r hypostasis subrubea r cõtinua r equalis: sedimen pingue r rubeum cum pingui substantia vrine.

¶ De sedimine pingui nigro cum pingui substãtia vrine r nigra.

Et ea ↄstat ↄpositio: r significat multitudinẽ sanguinis: r ex substantia r ex sedimine.

¶ De sedimine nigro r pingui cum substantia pingui.

Et hec cõpositio constat r monstrat adustionem: r fm̃ substantiam r sedimen. Similiter autem r cũ coloribus contingentibus cõiungi substantie r sedimini eadem significata declarant superfluitatis r indigentie excepta mediocritate vtrorũq3 substantie et sediminis cũ secundum naturam coloribus scilicet cu3 ruffo r subruffo: etenim hec significant perfectam digestionem: et in substantia: r in sedimine: et in colore. ¶ Et de vrinarum quidem disciplina et secundum genera et species et differentias conuenienter exposuim⁹.

¶ Expletus est liber vrinarum Theophili.

¶ Liber hyppocratis de lege q̃ introductorius dicit traductus per Arnaldum de villa noua de greco in latinum.



Ed: cina artiũ p̃clarissima r excellẽtissima ꝓpter indisciplinã r vtẽtiũ r idicãtiũ tal: s vana in defectu est r tiq3 magis oibus artibus: hoꝝ aũt peccatũ maxime mihi videt habere causam hanc: qz r cõtra meritũ medicine solius in ciuitatib⁹ nullũ determinatum est preter inglo riationẽ. hoc aũt nõ vulnerat compositos ex ea. simili mi enim isti sunt introductis in tragedia: etenim illi figurã r indumẽtũ r faciẽ r speciẽ hyppocrite habẽt nõ sunt aũt hypocrite. sic aũt r medici noie q̃dẽ multi: ope aũt valde pauci. cõgruit enim r si q̃s oz medicinalẽ sciẽtiã vere doceri hoꝝ ꝑticipẽ esse nature disciplinee doctrine loci altitudinis laboris r tp̃is. Primum q̃ dem opus est natura: sup oia habeat hanc: hac enim cõtra operãte vana sunt omnia. natu-

ra vero introducta ars doctrinalis fit: quã cũ sapiẽtia facere opz di sciplinatũ factũ in hoc loco q̃ apt⁹ nat⁹ fuerit ad disciplinã: ampli⁹ aũt inducere laborẽ in tẽpore multo curãdo q̃ten⁹ disciplina in naturã cõuersa apte et bene crescat et fruct⁹ afferat. q̃lis aũt est speculatio vegetabiliũ q̃ sunt in terra talis est et medicine disciplina: nr̃a eñ natura est q̃lis est regio: doctrine aũt docẽtiũ q̃lia semina: disciplina aũt q̃ ipa cadat in terrã cultã ſm tẽp⁹. loc⁹ in q̃ est disciplina est q̃le nutrimẽtũ qd̃ est ex cõuenienti aere factũ vegetabilib⁹: labor aũt cultura. tẽp⁹ aũt corroborauit oĩa et fecit nutriri pfecte. Hec aũt q̃b⁹ indigẽt medicine artẽ addiscẽtes et vere ipi⁹ noticiã accipiẽtes ita p ciuitates eũtes: nõ vbo sȝ ope medicos reputari faciũt: ignorãtia autẽ est mal⁹ thesaur⁹ et mala repositio habẽtib⁹ ipam et somnium et visio hilaritatis et gaudij expers: timiditatis et audacie nutritio: timiditas infirmitatẽ significat: audacia vo inartificialitatẽ: duo ꝝ enim hoc q̃dẽ scire facit: alteꝝ vo nescire; opinio aũt ignorare. sacre autẽ res existẽtes sacris hominibus ostenduntur; prauis autẽ nequaq̃ priusq̃ perficiatur secretis scientia.

¶ Incipit iusiurandum Hyppocratis.



Testor Apollinẽ et Esculapiũ Higineq̃ et Pãnacẽ Esculapij filias et deos et deas oẽs: me q̃tũ in me erit et q̃tũ ingeniũ meũ valebit: hec oĩa obseruatuꝝ: q̃ hoc iureiurando atq̃ his tabulis cõtinent. Tributurũ me p̃ceptori meo a q̃ hãc artẽ sum edoct⁹ nõ min⁹ q̃ parẽti a q̃ sum genit⁹. Uitã cũ eo cõmunicatuꝝ. Res oẽsq̃ illi necessarias esse intelligã p virib⁹ meis subministratuꝝ. Progeniẽ ei⁹ fratrũ loco habiturũ. Hãc artẽ sine mercede et sine pactionib⁹ edoctuꝝ. Precepta oĩa liberis et fideliter tradituꝝ meis et p̃ceptorib⁹ meis liberis ceterisq̃ discipulis q̃ se legib⁹ medicine astrinxerit atq̃ iurati fuerint: alij p̃terea nemini. In curãdis egrotis p virib⁹: et p ingenio meo necessarijs reb⁹ vsuꝝ. Nemini egritudinẽ dilatuꝝ. Nihil p iniuriã factuꝝ. Rogatũ mortale venenũ nemini datuꝝ: neq̃ id cuiq̃ cẽsultuꝝ. Neq̃ p̃gnãti mulieri ad iterficiẽdũ cõceptũ fetũ potionẽ porrectuꝝ. Uitã meã atq̃ artẽ meã purã atq̃ integrã seruatuꝝ. Laboranti lapillo haud queq̃ excisurũ: sȝ expertis ei⁹ artis hoc negociũ pmissuꝝ. Quãcũq̃ domũ ingress⁹ fuero dũtaxat liberãdis egrotis operã datuꝝ. Oẽm iniuriã: oẽȝ corruptelã: oẽ gen⁹ turpitudinis: res ẽt venereas spõte mea euitatuꝝ. Siue muliebria corpa curauero siue virilia: siue hominis liberi: siue serui: q̃ inter curãdũ vel videro vel audiero vl' ẽt extra curã in vita hominũ cognouero: q̃ reticẽda esse itelligã: nemini apituꝝ: sȝ intemeratã taciturnitatẽ seruatuꝝ. Presens igit̃ iusiurãdũ integre atq̃ incorrupte seruãti mihi oĩa tã in vita q̃ in arte mea p spera feliciaq̃ succedãt et gloria ieternũ parata sit. Trãsgrediẽti vo atq̃ piuro ꝯ̃ria oĩa eueniãt. ¶ Iurisiurãdi dñi Hyppocratis finis.

Incipit Primus liber pronosticorum.

OMnis qui medicine artis studio seu gloriā: seu delectabilē amicoꝝ copiā cōsequi desiderat: adeo prudētum regulis rationem suam muniat. 2.

Ut in singulis valitudinib⁹ p̄terita p̄ntia ꝛ futura cognoscat. Et egro reuelet q̄ de ip̄o eger minime p̄senserat. Si eñi se p cognoscat: totū se illi certi⁹ ꝯmittet. 3.

Fmisq; medicine laudabilis existit: cū actor futura in singulis perpendit q̄uis oēs minime curare possit. 4.

Quod si posset: iam non futuri preuisor: sed diuinis ꝓphetis diceretur nobilior. 5.

Uerū q̄rir acumie egritudinis hūc repēte mori subito ꝯtigit aliū v̄o medicine appat⁹ p̄uenit: ꝛ vix dieculā vite adijcit. 6.

Interest artificis vt vires egri atq; egritudinis bene ꝓpēdat. 7.

Est etiā quoddā celeste in quo opꝫ ip̄m medicū p̄uidere: cui⁹ si tāta sit prudētia: mirabilis est nimiumq; stupēda. Pōne illius est vt futuꝝ periculū vel oīno ꝓhibeat: vel cōpetēti adminiculo tolerabili⁹ fiat. Et si morituro finē: alij vero salutē ꝓnunciet: nūquid acusationem in altero meretur? 8.

Opꝫ ergo te circa acutas egritudīes sollicitū fieri. Prio eteñi faciē egri pernotabis. Utrū sit similis sano. Et etiā si sibi sano similis sit: qđ optimū est. Si vero contrarium: pessimū est. 9.

Et si nares acute. 10.

OCuli concaui: tēpora plana: aures frigide ꝛ ꝯtracte: ꝛ pulpe earū inuerse: frons arida ꝛ tensa: ꝛ totus faciei color viridis seu niger aut pallid⁹ aut plumbeus. 11.

Que si sic fuerint in principio egritudinis: opꝫ inq̄ri an vigilie precesserint: aut vētris solutiōes: aut ieiunij labores pri⁹ affuerit. Et si aliq̄d hoꝝ cognoueris p̄cessisse: min⁹ piculosuꝫ vereberis. Qđ si die ac nocte p̄cedētib⁹ q̄cq̄ hoꝝ substinuerit: nō mltū piculosuꝫ sꝑabis. Si v̄o nihil hoꝝ cognoueris: mortꝭ signū sperabis. 12.

ET si hmōi egritudo triduana fuerit qui precesserunt labores nō minus perscrutaueris: ꝺoia que sunt inquirenda circa corpus: perquirere debes etiaꝫ circa oculos. 13.

ET si lumen effugerint nolenteſq; lachrymas effuderit: atq; foras tanq̄ in suffocato ꝓminuerint: aut alter altero minor appuerit: ꝛ alba eoꝝ sanguinea ꝯmutata fuerit: ꝛ tāq̄ vene nigrioris vel pallorꝭ: int⁹ i se fuerint: ꝛ lippitudinē habeāt: ꝛ īstabiles aut tremuli fuerit: aut extra nimis extiterit: aut int⁹ multū delituerit: ꝛ tota facies horribilꝭ appuerit: oīa piculosa ꝛ mortalia idicabis. 14.

Opꝫ etiā te videre q̄d de oculis in somno videat: si ei sola alba videāt subclusis palpebris: nec solutio: aut p se: aut p catarticū p̄cesserit: neq; ex ꝯsuetudie hoc euenerit: mortꝭ signa timebis. 15

ET si palpebre inuerse fuerint aut liuide: siue labia sir fuerint liuida: aut nares distorte: his signis siue solis: siue cum predictis: mortē proximā indicabis. 16.

BOnum est egrum inuenire iacentem in latere dextro aut sinistro: ꝛ man⁹ ꝛ pedes ꝛ ceruicē nō vt in spasmo distēsa: ꝛ totuꝫ corp⁹ in sua positiōe flexibile: ꝛ minime rigidū: q̄ habitudo sanis est familiaris ꝛ amica: ꝛ iacere in modū sani est melius. 17.

QUia non est signum laudabile egrum supino corpore iacere brachijs rigidis ꝛ pedibus. 18.

Et si repente se a capite lecti ad pedes iactauerit: malum esse non dubitabis. 19.

ET si pedes nudos ꝛ tepidos inueneris: ꝛ inordinate cū labore ceruicē atq; pedes iactauerit: est pessimū ꝛ angustie signū. 20.

ET si eger iacuerit deiecta ceruice ꝛ aperto ore. 21.

ET reiecta ceruice: pedibusq; tortis. 22.

ET si super ventrē preter solitū iacuerit malū est ꝛ alienationē significat siue dolorem ventris. 23.

ET si i augmēto egritudinis repēte surgēs steterit: malū in oī acuta egritudine ꝛ pessimū est in peripleumonia. 24.

FRēdere dētib⁹ in febrib⁹ preter solitū: neq; a pueritia mortē vl' maniā significat. Qđ si frēdat cū isania mors seq̄t vicia. 25.

SI in egro corpe fuerit ātrax: aut carbūculus: siue p̄cesserit: siue egritudini superuenerit: opus est attendere. Quod si exiccatus fuerit ꝛ colorem viridem vel citrinum vel liuidū pertulerit: mortem dicit proximam. 26.

MAnuū mobilitatis signa sic pernotabis in febre acuta: in peripleumonia: ꝛ in frenesi nō vera: ꝛ in capitis dolore: si man⁹ ad faciē tulerit tanq̄ quidlꝫ positur⁹: vel quasi collectur⁹ aliquid hac illac quesierit: vel de vestib⁹ quasi pilos euulserit: vel quasi festucas de pariete decerpserit: pessimū est ꝛ mortale. 27.

SPiritus si frequēs sit significat dolorem ꝛ successionē in his q̄ sunt super dyafragma. Quod si magn⁹ ꝛ cum intermissione significat alleuiationem.

Et si idem per os ꝛ nares frigidus exierit mortale. 28.

SPiritus vero bonus cognoscit ordine suo proprio: ꝛ hꝫ euidentem salutis ostensionē in acuta egritudine: q̄ cuꝫ febre est cuius termin⁹ est in quadraginta diebus. 29.


SUdor bon⁹ ꝛ laudabilis existit in oī acuta egritudie: q̄ i die cretica fit ꝛ egrū liberat. Est aūt bon⁹ q̄ fit i toto corpe: ꝛ eger ex eo suauior ꝛ fortior efficit. Qui v° nihil hoꝝ fecerit: his ē i utilis. Frigid⁹ aūt mal⁹: peior si i ceruice ꝛ in capite solo: q̄ q̄dē i acuta febre significāt mortē. Cū lenta v° prolixitatē significat egritudinis. 30.

IN hyppocūdrijs si sine dolore fuerint: si mollia: si bn̄ ꝯposita: hic ꝛ inde bonū sit erit. Si v° feruētia: aut dolētia vl' quo

dā spasmo distēta: aut inter se dissimilia in his ꝯsiderādū est. 31.
SI enim in aliqua parte earum pulsus fuerit: angustiā vel alie nationē significat. 32.
OCuli tñ sunt i hac egritudine intuēdi: q̄ si velociter mobiles apparuerint: maniam significant. 33.
ACuta existente passione collectio si affuerit in hyppocūdrijs cū tumore ꝛ dolore malū est: cū ambas cōplectit̄. Si vo in altera earū que in sinistra est: melior est. 34.
Que collectio si in principio subitā mortē nō intulerit. 35.
ETsi vsq̄ in diē vigesimū ꝑmāserit: neq̄ febris deciderit: neq̄ dolor defecerit: in pus conuertetur. 36.
Solet huic acute egritudini infra septē dies sanguinis fluxus ex naribus vtiliter superuenire. Perquirendū est aūt an dolor adsit frōti: ꝛ scotomia: q̄ si affuerint: sanguis fluxū ex narib⁹ nūciabis. 37
In his tñ quibus etas. 35. annorum est. 38.
Apostemate vo molli exñte sine dolore ꝛ sub tactu mutabili: contingit egritudinē terminari: in predictis tamē sepius. 39.
Qd̄ si vsq̄ in diē. 40. sic manserit febre nō deficiēte: in pus cōuertet̄: ꝛ oē apa circa ventrē ad hunc modū dijudicabitur. 40.
Apostema vo solidū cū dolore horrēdū est: ꝛ cito mortiferum. Qd̄ aūt molle sine dolore ꝛ sub tactu cursile: tardius. 41.
Apostema vo circa ventrē minus colligit humorē q̄ꝫ qd̄ in hyppocundrijs. Minime omniū qd̄ sub vmbilico est. 42.
Elegantius oībus signis signū est sanguinis effusio ex his apostematibus que insunt in prenotatis locis. 43.
Omne apa diuturnū in predictis locis in pus vertetur. 44.
Oportet ergo te eē attentū in his q̄ cū putruerūt ꝑm hmōi disciplinam. Quod eminet ꝛ oino extra est: ꝛ intus minus est ꝛ pacutū: laudabile. Quod vo spaciosum ꝛ minime acutū: pessimū. 45
HOrū aūt q̄ intus crepuerūt: si qua quidē exterius apparent: pessimū. Quorū vo nihil signi est extra: meliora. 46.
PUtredo ea laudat̄: q̄ alba est ꝛ equaliter ꝑ totū: neq̄ in superficie inequalis: neq̄ mali odoris. Que vo cōtraria pessima.

¶ Explicit liber Primus pronosticorum.

¶ Incipit Secundus liber pronosticorum.


OMnis hydrops in acuta egritudine malū. Infestatur eñi febre ꝛ grauedine mēbrorum ꝛ dolore. Cōsurgit aūt ex lūbis ꝛ hylijs ꝛ epate. 2.
COnsurgens ex lūbis ꝛ hylijs significat̄ ex pedū inflatione: ꝛ diuturna vētris effusione: nō tñ cū defectu doloris: seu ventris tumoris. 2.
CUius vero origo ē ab epate fit cū tussicula: nec ꝓijciūt q̄cq̄ꝫ ꝛ tumēt pedes; nec egerūt nisi modicū ꝛ cū āgustia: ꝛ circa vētrē

fiunt apata: nō cōtinue extra manātia sȝ qñq; veluti fugiētia. 4.

ET si caput ⁊ plāte pedū ⁊ vole manuū frigide fuerint: vēter vero et latera ⁊ mādibule caluerint: malum est. 5.

Bonū ē aūt egrū ex toto calere ⁊ mollē ⁊ suauē cōuenienter esse. 6.

BOnū est modeste se habere ⁊ nō laboriose: ⁊ non repente eundem latera cōmutare: ⁊ si sibi leuis videatur. 7.

Grauis vero si fuerit manus q̄q; ⁊ crura pōderosa: horrēdū. 8.

QUod si liuor admixtus viridi vnguibus digitisq; affuerit: mortē aduentare non dubitabis. 9

Et si color hic vngues nō ifecerit sȝ cetera mēbra corripuerit: spei loc⁹ nō deerit. Proderit vero cūcta signa ppēdere. Qd̄ si egrū sufficientem videris: ⁊ vna boni significatio affuerit: termin⁹ tibi promittet cuȝ quolibet exteriori apostemate ⁊ futura salute: sȝ caloris in predictis locis pericula non deerunt. 10.

SI testes ⁊ virga p̄ter solitū diminui cōtrahiq; apparuerit: aut minui: doloris aut mortis aduentuȝ pnūciabis. 11.

Sōnus vt moris est cōueniens ⁊ naturalis vt noctē non effugiat ⁊ diē nō impediat: laudabilis. Cōtrarius vero improbandus minus tamen si a mane vsq; ad tertiam tenuerit. 12.

PEssimum est autem non dormire: aut enī magnitudinē doloris significat: aut alienationem. 13.

STercoris egestio si neq; exsiccata: neq; liuida oīno: sȝ iuncta ⁊ hora solita: signū ē ea q̄ sunt sub dyafragmate eē salubria. 14.

Si liquida: bona est si sine sonitu vētoso fuerit: nec inordinate manauerit. Si enim frequēter manat: egrū maximo labore ac vigilijs afficit: ⁊ in defectum adducit. 15.

Utile ē sterc⁹ sȝ q̄ntitatē ciboꝝ assumptoꝝ euenire: ⁊ bis vel ter i die In nocte vero semel ⁊ iā luce prima: aut solito more contingere. 16.

Utile ē ēt appropiquāte iā termino egritudīs idē sterc⁹ dēsari. 17

Et colore subcitrino fieri: nec insolidū densari. 18

Bonū est etiā si lumbricos admixtos habuerit. 19.

IN omni acuta egritudine ventrē nō plenū sȝ vt vacuū tractari: ⁊ nō tenuē sed carnosum inueniri: bonum. 20.

Late pustule nō valde pruriginose sunt. 10.

Caput dolēti vel circūdolēti: sanies aut aqua: aut sanguis defluēs ꝑm aures et nares soluūt egritudines. 11.

Melancolicis et freneticis emorroydes in nate bonum. 12.

Emorroydas sanāti antiq̄s si nō vna fuerit rdicta: periculū est fieri hydropē: aut ptisi: aut maniam. 13.
A singultu habito sternutatio supueniēs soluit egritudinem. 14.
Ab hydrope habito ꝑ in venas in vētrē aq̄ fluēte solutio fit. 15.
A dyaria habito diuturna spōtaneus vomitus superueniēs soluit egritudinem. 16.
A pleuretide habito et peripleumonia dyaria supueniēs malū. 17.
In oculis patiētem dyaria accipi: bonum. 18.
Vesicā incisam: aut cerebrū: aut cor: aut dyafragma: aut epar: aut vētrē: aut rhenes: aut intestinorum aliqd gracilium mortale. 19.
Qn̄ incisum fuerit os: aut cartilago: aut neru⁹: aut maxille tenues aut ꝑputiū: neq; crescit: neq; conglutinatur. 20.
Si in vētrē sanguis fluat ꝑter naturā necesse est in saniē cōuerti. 21.
Maniacis emorroydib⁹ aut varicib⁹ innatis: manie solutio fit. 22.
Quibuscūq; dolores a dorso in cubitos trāseūt: flōmia soluit. 23.
Si timor et pusillanimitas multū habeāt tēp⁹: habētē melancholicū perficiunt. 24.
Intestinorum si incidat aliqd graciliū: nō cōglutinatur. 25.
Herisipilam extrinsec⁹ factā: intus cōuerti nō bonū: intrinsecus vero extra bonum. 26.
Quibuscūq; in causone tremores fiūt: alienatio soluit. 27.
Quicūq; empici aut hydropici vrunt: aut incidūt: his effluēte sanie aut aqua multa et repente omnino pereunt. 28.
Eunuchi non podagrizant: neq; calui fiunt. 29.
Mulier nō podagrizat: si mēstrua nō defecerūt in ea. 30.
Puer nō podagrizat ante affrodisiam. 31.
Dolores oculorum meri potio aut lauacrū aut pyria aut flobothomia aut farmacia soluit. 32.
Trauli a dyaria maxime capiuntur longa. 33.
Acidū ructantes nō valde pleuretici fiunt. 34.
Quicūq; calui fiūt: his varices nō nascunt magne. Quibuscūq; vero innascuntur rursus capillati fiunt. 35.
Hydropicis tussis supueniēs malū. Preexistēs vero sine malo. 36.
Dissuriam flobothomia soluit: incidere vero venam que intus in talo est. 37.
A squināte habito tumorē fieri in guture bonum. Extra enim conuertitur morbus. 38.
Quibuscūq; abscōditi cācri fiūt: nō curare meli⁹ ē. Curati eñ ꝑeūt citius: non curati multū tēp⁹ perficiunt. 39.
Spasm⁹ fit ex plenitudine aut euacuatiōe. Ita singultus. 40.
Quibuscūq; dolor circa hyppocūdria sine flegmone: his supueniēs febris soluit dolorem. 41.
Quibuscūq; sanies facta in corpe nō manifestat: his ꝑpter spissitudinē saniei aut loci grossitudinē non manifestatur. 42.

Ictericis si epar durum fiat malum. 43
Quicūq splenetici a dissinteria capiunt: his superueniēte lōga dissinteria hydrops nascit aut lienteria: z pereunt. 44
Quibuscūq ex strāguria ileos innascit: hi in septē dieb⁹ pe͂ūt: si non febre superueniente multa vrina fluxerit. 45.
Uulnera q̄cūq annua fuerint vl' lōgi⁹ tēp⁹ habēt: os necesse est emittiz cicatrices fieri concauas. 46.
Quibuscunq gibbi ex asmate fiunt aut tussi ante iuuentutem pereunt. 47.
Quibuscūq flebothomia aut farmacia cōfert: hos vere flobothomare aut farmaciaz dare conuenit. 48.
Spleneticis superueniens dissinteria: bonum. 49.
Quibuscūq tumores podagrici fiunt in quadraginta dieb⁹ deferuescentes resident. 50.
Quibuscūq cerebrū sursum cōcutit: necesse est febrem z fellis vomitum superuenire. 51.
Quibuscūq sanis dolores repēte fiūt in capite: z ꝯtinuo sine voce fiūt z stertūt pereūt in septem dieb⁹: si nō eos accipiat febris. 52.
Attēdere opoꝫ iudiciū oculoꝝ in somnis. Si eñ q̄d albi appareat cōmissis palpebris: nō ex diaria existēte aut farmacie potiōe malum signum: z mortale valde. 53.
Desipientie cum risu quidem facte securiores. Cum tristitia vero moleste. 54.
In acutis passiōib⁹ cū febre luctuosa suspiria malum. 55.
Podagrica z maniaca vere z autūno mouent vt in pluribus. 56.
In melācolicis egritudinib⁹ ꝑiculose eruptiōes: aut apoplexiā: aut epilepsiā: aut spasmū aut cecitatē: aut maniā significant. 57.
Apopletici maxime fiunt etatib⁹ a quadraginta annis vsq ad sexaginta vel septuaginta. 58.
Si omentum eruperit necesse est putrefieri.. 59.
Quibuscūq a sciatica molestatis ꝟtebrū resilit foras z rursus incidat in locū suū: his muscilagines facte sunt. 60.
Quibuscūq a sciatica molestatis vertebrū resilit foras: his tabescit crus z claudicant si non vrantur.

¶ Explicit liber sextus aphorismorum.

¶ Incipit liber septimus aphorismorum.


IN acutis morbis frigiditas extremitatū malū. In osse egrotāti caro liuida malum. 2.
In vomitu singult⁹ z oculi rubei malum. 3.
In sudore rigor malum. 4.
In mania dissinteria aut hydrops aut extasis bonū. 5.
In egritudine diuturna: abstinentia z egestiones colerice malū. 6.
Ex multa potiōe rigor z desipientia malum. 7.
Ex apostematis int⁹ ruptura: dissolutio vomit⁹: z defectio al fit. 8.
In sanguinis fluxu desipiētia aut spasmus: malum. 9.

In byleon vomitus: singultus: spasm⁹ ꝛ desipiĕtia: malū. 10.
In pleuretide peripleumonia malū. 11.
In periplemonia frenesis malum. 12.
In vulneribus fortibus: spasmus: aut tethanus malū. 13.
In percussione in capite stupor aut desipientia malū. 14.
In sanguinis sputo: saniei sputum malū. 15.
In saniei sputo ptisis ꝛ flux⁹ malū: vbi vero saliua tenet: moriūt. 16.
In flegmone epatis singultus: malum. 17.
In vigilia spasmus aut desipientia malū. 18.
In ossis denudatione berisipila malum 19.
In berisipila putredo aut sanies malum. 20.
In litargico tremor malum. 21.
In forti pulsu in vulneribus emorosagia malum 22.
In dolore diuturno circa ventrem sanies malum. 23.
In colerico secessu dissinteria malum. 24.
In ossis fractura desipientia si in vacuum acceperit malū. 25.
In farmacie potione spasmus mortalis. 26.
In dolore forti circa ventrem frigiditas extremitatum malū. 27.
In vtero habenti tenasmus superueniens abortit. 28.
Quibuscūq; os aut cartilago incisū fuerit ī corpore nō auget. 29.
Si ab albo flegmate babito dyaria suꝑuenerit fortis soluit egritudinem. 30.
Quibuscūq; spūose egestiōes ī dyaria: bis a capite flegma ꝯfluit. 31.
Quibuscūq; ī febrib⁹ ī vrinis crinoides byppostases fiūt: lōgā egritudinem significat. 32.
Quibuscūq; cholerice byppostases fiunt suꝑi⁹ vero tenues acutā egrinem significat 33.
Quibuscūq; vrine distātes fiūt: bis ī corpe turbatio fit fortis. 34.
Quibuscūq; ī vrinis ampulle suꝑnatāt: nefreticā significāt: ꝛ lōgā egritudinem fore 35
Quibuscūq; pinguis byppostasis ꝛ cōglobata: bis nefreticā et acutā egritudinē fore. 36.
Quibuscūq; nefreticis existĕtib⁹ p̄dicta signa accidūt ꝛ dolores acuti circa musculos spinales fiūt siq̄dē circa extrinsecos locos fuerint: apostema futuꝝ expecta extrīsec⁹. Si vero dolores magis circa interiores locos apostema futurū expecta magis ītus. 37
Quicūq; sanguinē vomūt siquidē sine febrib⁹ salubre. Curātur vero stipticis ꝛ īfrigidātib⁹. Si vero ex febre: perniciosum est. 38.
Catarri in suꝑiori ventre in saniē cōuertūtur in viginti dieb⁹ 39.
Si sanguinē ꝛ trūbos mingit ꝛ strāguriā bꝫ: ꝛ dolor īcidit ī pitoneō ꝛ sub vĕtrē ꝛ pectinē: ea q̄ circa vesicā sunt egrotare sigt. 40.
Si lígua intemperata repēte fiat aut appoleticū aliquid corpis vl' melancolicum bmōi efficit. 41.
i superpurgato seniori singultus suꝑueniat nō bonū. 42

Si febris nō a colera beatur: aq̄ multa calida infusa a capite solutio fit febris. 43. Mulier vtrasq̧ dextras hñs nō fit. 44.
Quicūq̧ empici vrunt aut incidunt: siquidē sanies pura fluxerit et alba euadunt. Si vero cenulenta et male olens pereunt. 45.
Quecunq̧ in epate ꝓpter saniem vruntur: siquidē sanies pura fluxerit et alba euadūt. In tunica enim illius sanies est. Si vero velut amurca fluxerit pereunt. 46
Oculorum dolores: meri potio ꝛ lauacrū ꝛ flobotbomia soluit. 47
Hydropicus si tussim habeat: desperatus fit. 48.
Stranguriā et dissuriā vini potio ꝛ flobotbomia soluit. Incidere vero venā que intus in talo est bonum. 49.
Squinante habito tumor et rubor in pectore superueniens bonū: foras em̄ conuertitur egritudo. 50.
Quicūq̧ spachilon in cerebro patiunt: in tribus diebus pereunt. Si vero hos effugerint: sani fiunt. 51.
Sternutatio fit a capite ex cerebro calefacto ꝛ humectato: qđ est in capite vacuo: aere descēdente in illud vacuū ꝛ faciente sonitū: quoniam exitus est ei per angustum. 52.
Quicūq̧ circa epar dolēt: his febris supueniēs: soluit egritudinē. 53
Quibuscunq̧ conuenit sanguinē auferre ex venis: hos oportet flobotbomare in vere. 54.
Quibuscūq̧ inter rbenes ꝛ ventrē flegma concluditur ꝛ dolorem prestat non habens exitum in neutrum ventriū: his ꝑ venas in vesicā conuerso flegmate solutio fit morbi. 55.
Quibuscunq̧ epar aqua impletū in omentum eruperit: his aqua venter impletur ꝛ moriuntur. 56.
Halices: oscitatiōes: rigores: vinū mēsurate bibitū soluit egritudinem. 57.
Quibuscūq̧ cerebrum motū fuerit ab aliqua actione necesse fieri sine voce statim. 58.
Corporibus humidas carnes habentibus: famem adhibere couenit: fames enim desiccat corpora. 59.
Si a febre habito tumore non existente in collo suffocatio repente innascitur: vt deglutire non possit mortale. 60.
Si a febre habito torqueatur collū vt deglutire non possit et transglutiēdo angustietur sine tumore manifesto: mortale. 61.
Si a febre habito: tumore nō existēte in faucibus suffocatio repente venerit mortale. Si a febre habito collū conuertat ita vt vix deglutire possit: tumore non existente in collo: mortale. 62.
Sudore multo frigido calido superfluēte oportet mitti humiditatem a corporibus fortibus superius: debilibus vero inferius. 63.
Febres quecūq̧ nō deficiētes tertia die: sunt fortiores ꝛ periculose. Quecūq̧ vero sic defecerint: significat qm̄ nō periculose. 64.
Quibus febres longe: his pustule, diuturne: aut in articulis dolores fiunt. 65.

Quibuſcũq; ex febribus aut puſtule diuturne: aut in articulis do/lores fuerint: hi amplioribus cibis vtuntur. 66.

Cibus quẽ accipiũt febricitãtes ſanis ẽ vt⁹: ĩfirmis vo morb⁹. 67

Premiſſis aliquibus exeuntibus nõ motis: ſed quaſi raſura inteſti ni ſupnatauerit parua: paruus eſt morbus. Si multa mult⁹. Ho rum vero multa neceſſaria eſt vẽtris ſolutio. Si vo vẽter nõ mũ dificabitur: ſed potius iuſcula dabuntur: quanto magis dabis: tanto magis plus peiorabitur.

¶ Expliciũt aphoriſmi Hyppocratis ſm veterẽ tranſlationẽ.

¶ Incipit liber aphoriſmorũ domini Hyppocratis a dño Theodoro gaza medico e greco in latinum de nouo tranſlatorum.



Vita breuis. ars longa. Occaſio preceps. Experimentũ fallax. Judiciũ difficile eſt. Nec ſolum ſeipſum officio fungentem exhibere opʒ: ſed etiã egrum ⁊ aſſidẽtes et exteriora. 2.

In pturbationibus vẽtris ⁊ vomitibus ſpõtaneis ſi tale purgat̃ quale purgari opʒ res bene cedit ⁊ facile fertur. Sin min⁹ cõtra. Simili modo ꝯceptaculorũ inanitio ſi fiat qualis fieri opʒ: res bñ cedit ⁊ facile fertur. Sin min⁹ ꝯtra Igitur ⁊ tempus ⁊ terram ⁊ etatem ⁊ genera morborum in quibus oportet necne conſpicari officiuʒ eſt. 3.

Habitus athletarũ admodum boni tuti non ſunt ſi ad ſummũ deuenerint. Non eñ in eodẽ ſubſiſtere pñt aut quieſcere. Quod ſi nõ quieſcunt nihil ꝑficere in melius poſſunt. Reſtat igit̃ his de cauſis vt in deterius labant̃. Quãobrẽ ſoluere habitũ expedit ſine mora: vt denuo refici corp⁹ incipiat. Nec idcirco cõpreſſiões in extremũ ducẽde ſunt. Haud. n. tutũ hoc eſt: ſed ꝑ eius q̃ corrigit̃ natura ducendũ vt toleret. Oino eũationes in extremũ deducte cũ picl'o ſũt. Rurſuſq; recreatiões extreme ad piculũ agũt. 4.

Tenuis exq̃ſitaq; vict⁹ ratio in affectib⁹ tũ diuturnis oibus: tuʒ ẽt acutis q̃b⁹ nõ cõpetit: grauis moleſtaq; eſt. Jtẽq; vict⁹ q̃ in extremũ tenuitatis deuenerit: grauis eſt. Nã ſatietas quoq; in extremum acta moleſta eſt. 5.

In tenui victus rõne egri peccãt: quo fit vt maiore afficiant̃ detrimento quicq̃d eñ cõmittitur graui⁹ obuenit q̃ in aliquantulũ pleniore. His igitur ⁊ ſanis tuta nõ eſt illa admodũ tenuis diligens exq̃ſitaq; ratio vict⁹ ob eam rem q̃ difficilius errorẽ q̃ committitur ferũt. Jta fit vt tenuis ⁊ diligens vict⁹ periculoſior maxima ex parte ſit eo qui paulo plenior precipiatur. 6.

Summis morbis ſumma diligẽtiſſime remedia adhibẽda ſunt. 7.

Ubi morb⁹ pacut⁹ eſt ſtatim ⁊ labores ſummi fatigãt ⁊ tenuiſſimo victu vti neceſſe eſt. Ubi nõ ita eſt: ſed pleni⁹ agere lʒ. Tantũ in/

dulgendum est cibo quanto morbus ipse sit summo leuior. 8.
Cũ vero morb⁹ ɔsistit suo vigore: tenuissimo victu vti necesse est. 9.
Colligẽdũ ẽt est an eger possit eo victu quẽ pceperis durare ad cõ-sistendũ vigorẽ vsq3 egrotatiõis: ⁊ ille ve poti⁹ deficiat: nec durare possit ea ipa vict⁹ rõne: an morb⁹ añ õficiat atq3 hebetescat. 10
Quib⁹ igit cõsistẽtia iuxta est: his tenuis vict⁹ iuxta pcipiẽdus ẽ. Quibus aũt cõsistendi vigor postea futur⁹ est: his in eo ipso vigore ⁊ paulo ante de cibo subtrahendũ est. Tempore vero superiore vberius agenduz est vt eger sufficiat. 11.
In accessionib⁹ abstinendũ est assumere eñi cibũ nociuũ est. ⁊ qb⁹ p circuitũ veniũt accessiões: his i ipsa accessiõe abstinendũ est. 12.
Accessiões vero cõditionesq3 iudicant a morbis ⁊ anni tpib⁹ atq3 ẽt circuituũ successiuis icremẽtis: siue quotidie: siue vno iterposito die: siue etiã p interualla ampliora eueniũt: necnõ ex his q̃ superueniunt iudiciũ accipi põt. Uergi gr̃a in morbo costali si screatio purulenta statim inter initia extitit: breuẽ egritudinem fore oñdit. Sin postea puruit longã. Quin etiã vrina: aluus: sudor: morbus aut difficile aut facile nullo pacto iudicari finitiue posse: aut breues: aut longos fore significabunt. 13.
Senes facillime ieiuniũ tolerãt: mox q̃ firma etate sunt: min⁹ adolescẽtes: oĩm minime pueri: eorũq3 ipor̃ q̃ aio sunt ppensiores. 14
Qui increscũt pl̃m calorẽ innati obtinẽt: itaq3 plurimo cibo idigẽt alioq̃n corp⁹ absumit. Senib⁹ vero parx caloris iest: ⁊ ob eã rẽ paucis egẽt fomitib⁹ q̃ppe q̃ a multis oppr̃ssi extinguant: hinc ẽt feb. nõ eque acute senib⁹ accidunt: corpus eñi eorũ frigidũ est. 15.
Uentres hyeme ⁊ vere natura calidissimi sunt ⁊ somni longissimi. Itaq3 per ea tempora cibi dari copiosius debent. Caloris eñi natiui copia magna inest: vt cibus proinde plenior requiratur. Argumento etates sunt ⁊ athlete. 16.
Uictus omnis febricitantibus humidus pficit: sed precipue pueris: ⁊ his qui ita viuere consueuerũt. 17.
Et quibusnam semel aut bis assumendum sit: ⁊ plura ne an pauciora: particulatim animaduertẽdum. Tempori: etati ⁊ consuetudini impertiendum aliquid est. 18.
Cibos estate ⁊ autũno difficillime fert: hyeme facillime: mox vere. 19
Qui p circuit⁹ accessionũ exacuunt: his nihil est dandũ nec assumẽre q̃cq3 cogendũ: s3 adiectioni subtrahendũ ẽ añ iudicationẽ. 20
Que iudicant aut iudicata sunt integre: non mouere neq3 nouare vel medicamentis: vel alijs incitamentis: sed sinere debes. 21.
Que eũanda sunt eo duci debet qua maxie natura ɔmode tẽdit. 22
Concocta euacuare mouereq3 non cruda op3 nec in principio nisi turgent. Sed magna ex parte non turgent. 23.
Deiectiões nõ copia estimãde sunt: sed eo qd̃ talia deijciũtur qualia deijci op3 ⁊ facile eger fert. Atq3 vbi ad aie defectionez vsq3

ducendũ est:ita agendum modo eger durare possit. 24.
In affectib⁹ acutis raro ⁊ inter initia vtẽdũ medicamẽto euacuato rio est:idq; adhibito diligẽter examine faciẽdũ est. 25.
Si q̃le purgari op; tale purgat: ꝓdest ⁊ facile fert. Si ꝯ difficulẽ. 26

Incipit liber Secũd⁹ aphorismoꝝ domini Hyppocratis a dño Theodoro gaza medico e greco in latinũ nuper traductorum.


In quocunq; morbo somn⁹ laborẽ affert letalis est. At si iuuat letalis non est. 2.
Ubi somnus delirium tollit bene est. 3.
Sõn⁹ aut vigilia si alterutrũ modũ excesserit:male ẽ. 4
Nõ satietas: nõ fames:nõ aliđ quicq; bonum est quod naturam excedit. 5.
Lassitudies spõte eueniẽtes morbos pronunciant. 6.
Quicunq; parte corporis aliqua laborantes laborẽ ipsum magna ex parte non sentiunt:his mens egrotat. 7.
Que longo temporis spacio extenuantur lẽte reficienda sunt. Que breui breuiter. 8.
Si q̃s a morbo cibũ assumẽs nõ corroborat:pl⁹ cibi q̃ satis sit assumi significat. At vero si nõ assumenti ita euenit:euacuatione op⁹ esse sciendum est. 9.
Corpora quacũq; purgare libuerit:fluida eo facies. 10.
Corpora impura quo magis nutris: eo magis offendis. 11.
Potu q̃ cibo expleri facilius est. 12.
Que ꝑ morbos relinquunt:ab iudicatione faciunt recidiuam. 13.
Quib⁹ iudicatio istat:his nox difficilis ẽ q̃ accessionẽ ꝑcedit:subsequẽs autẽ nox facilior magna ex parte accedere solet. 14.
In ꝓfluuijs alui mutatiões deiectionũ iuuãt nisi i praua mutẽt. 15
Ubi fauces egrotãt aut tubercula in corꝑe oriunt excreationes cõsiderande sunt nam si biliose sunt corpus egrotat:si simlies sanis corpus alere tutu; est. 16.
Ubi fames est:laborandum non est. 17.
Ubi plus cibi preter naturam ingestum est:morbum id facit:patet hoc ex ipsa curandi ratione. 18.
Eoꝝ q̃ vniuersim atq; celerit alũt:excretiões q; celeriter fiunt. 19.
Morboꝝ acutoꝝ predictiões nõ admodum tute sunt neq; mortis neq; salutis. 20.
Quib⁹ iuuenib⁹ adhuc alu⁹ hũida est:his senescẽtib⁹ siccat. Cõtra q̃b⁹ iuuenib⁹ adhuc alu⁹ sicca ẽ:his senescẽtib⁹ humectat. 21.
Famẽ vini potio soluit. 22.
Quicũq; morbi ex repletiõe fiũt:euacuatiõe curãt. Quicũq; euacuatiõe: repletiõe. Eodẽq; mõ ceteroꝝ cõtraria remedio sunt. 23.
Morbi acuti intra quartũdecimũ diẽ iudicari solent. 24.
Dies q̃rt⁹ septimi index est. Octau⁹ ꝑncipiũ alteri⁹ septenarij exor

ditur. Undecimus etiã cõsiderandus est. Quartus enim secũdi septenarij est. Item decimus septimus considerandus est. Quartus enim a quartodecimo ꝛ septimus abvndecimo est. 25.

Quartane estiue breues magna ex parte sunt. Autumnales lõge ꝑsertim que hyemem attigerint. 26.

Febrẽ cõuulsioni superuenire melius est ꝙ cõuulsionem febri. 27.

His que nõ ex ratione leuãt: confidendum nõ est: nec pre metu omittẽduꝫ soluere: ea que preter rationem incidũt mala: hec enim magna ex parte infirma sunt nec perseuerare aut immorari diuti⁹ solent. 28.

Febricitãti non admodũ leuiter ꝛ per summã corporis formã si corpus ꝑstat nec vllo modo collabit: aut cõtra si magis cõsumit ꝙ ratio postulat: vitiosuꝫ est: alterũ eñi lõgitudinẽ morbi: alteꝝ imbecillitatẽ significat. 29.

Cum morbi incipiũt: si quid mouẽdum est moue. Cum consistunt ꝛ vigẽt: quiescere melius est. 30.

Omnia cũ incipiũt ꝛ finiũt: leuiora sunt. Cũ cõsistũt grauiora. 31.

Si cui ab egrotatione bene assumẽti cibum corpus nihilo proficit signum est vitiosum. 32.

Omnes fere qui sese male habent principio bene assumentes cibum nec quicquã proficientes: in fine medicinam exigunt. At vero qui principio vehementer exigẽtes postea bene assumunt: hi melius euadunt. 33.

In quouis morbo mente constare ꝛ cibum appetere bono est: contrarium vero vitio datur. 34.

Per morbos minus hi periclitantur quorum nature morbus conuenit: aut etati: aut habitui: aut tempori: ꝙ quibus non conuenit aliqua ex his ratione. 35.

In quauis egritudine partem vmbilici ꝛ imũ ventrẽ esse pleniorem melius est: admodũ extenuari atꝙ tabescere vitiosum est. Ad inferas et purgationes hoc idẽ tutum non est. 36.

Qui salubri corpore sunt: celeriter per euacuatiões oppressi dissoluuntur atꝙ etiam qui prauo cibo vtuntur. 37.

Qui corpe bñ cõstãt: difficulter ad vsuꝫ veniũt medicamẽtoꝝ. 38.

Pot⁹ ꝛ cib⁹ paulo deterior mõ suauior sit ꝙ melior: sed q̃ isuauior anteponendus est. 39.

Seniores magna ex pte min⁹ egrotãt ꝙ iuuenes. Attamẽ q̃ lõgi his acciderit morbi: magna ex pte isanabiles tota vita comitãtur. 40.

Raucedines ꝛ grauedines maiorib⁹ admodũ cõcoq̃ nequeũt. 41.

Qui sepe ꝛ multum exsoluuntur sine causa manifesta: hi de repente moriuntur. 42.

Stupor attonitus vehemẽs solui nõ põt. leuis nõ de facili põt. 43.

Qui strãgulant ꝛ reuertũt citra mortẽ: si ore spumãt nõ reficiũt. 44.

Qui obesi admodũ sũt ex natura celeri⁹ moriunt ꝙ q̃ graciles. 45.

Qui morbo comitiali laborat: si iuuenis est liberari mutatiõe potissimum: etatis: loci: victus: et vite munere potest. 46.
Si dolor geminus non eodem in loco infestat: qui vehementior est alterum leuiorem obscurat. 47
Dolores & febres accidũt magis cuȝ cõficitur pus: q̃ vbi confectũ iam est. 48.
In omni corporis motu cum fatigari incepit cessasse protin⁹: lassitudinis leuatio est. 49
Qui assueuerũt ferre labores etiam si inualidi sunt aut senes facilius ferunt: q̃ qui nõ sunt assueti quãuis robusti & iuuenes. 50
Quecũq; lõgo tpe assueta sunt etiã si deteriora sint min⁹ infestare solẽt q̃ q̃ insueta sunt. Igit̃ ad insueta quoq; mutasse ꝯueniet. 51.
Nimis repenteq; euacuare aut replere aut calefacere aut refrigerare aut alio quouis mõ corpus mouere: tutũ nõ est. Atq; nimiuȝ omne inimicũ nature est. Cõtra paulatim lenteq; agere tutũ est. Deniq; de alio transire in aliud prestat. 52.
Si cũ omnia ratione feceris: nõ id prouenit qđ ratio postulat: noli in aliud transire dum maneat qđ principio visum est. 53
Quorũ aluus est humida: hi quãdiu iuuenes sunt melius degunt q̃ quibus sicca est. At in senectute deterius. Siccatur eniȝ aluus magna ex parte his qui senescunt. 54.
Magnitudo corpis in iuuenta quidem formã liberaleȝ affert nec iniocundam. Sed in senectute vsu difficilis est: atq; deterius euadit quod procerius est.

Incipit liber Terti⁹ aphorismorũ hyppocratis a dñõ Theodoro gaȝa nuꝑ e greco ĩ latinũ traductoꝝ.



Temporum mutationes potissimum pariunt morbos. magneq; temporũ mutatiões: aut frigoris: aut estus & reliqua ex ratione grauius incidunt. 2
Naturarum alie ad estatem: alie ad hyemem bene maleve sese habẽt. 3.
Ex morbis alij ad alia tempora loca et victus genera bene maleve sese habent eodem modo etates. 4.
Per tempora quotiens eadem die modo estus: modo frigus, existit morbos autumnales expectari oportet. 5.
Austri hebetant auditũ: caliginẽ obducũt: corpa diffundũt: pigrioraq; faciũt. Caput aggrauãt. Ubi tẽpestas ita ꝑualuerit: affect⁹ eiusmodi existũt. At si tp̃s aquilonũ est: tusses: fauces: alui dure: difficultates vrine: dolores horrifici costarũ & pectorũ accidunt. Ubi tẽpestas ita eruperarit: affect⁹ eiusmodi expectato. 6.
Quotiẽs estas fit siñis veri sudoꝝ copiã in febrib⁹ expectare opꝫ. 7
Per squalores febres acute fieri solẽt: et si magna ex parte talis fit annus qualem fecerit conditionem: morbos quoq; tales expecta-

re magna ex parte oportebit. 8

In temporibus nature legitimis quumque tempestiua tempestiue red duntur: morbi constãtes sinceri et faciles subeunt. At vero iniqs inconstantes et iudicatu difficiles existunt. 9

Per autumnũ morbi acutissimi et exitiosissimi accidunt magna ex parte ver saluberrimũ est minimeque exitiosum. 10.

Autumnus tabidis malus est. 11.

Quod ad temporum attinet rationem. Si hyems squalida et aquilonia fuerit: ver pluuium australeque: febres acutas fieri estate necesse est: et lippitudines et intestinorũ difficultates maxime mulieribus et his qui humidã habent naturam. 12.

Morbi autem per imbres fiunt magna ex parte febres longe: alui fluores: putredines. 13.

Si hyems australis pluuia et tepida fuerit: ver calidũ aquilẽtũque: mulieres quarũ partus iuxta ver properant: abortũ ex qualibet causa facient. Que autẽ pepererint: imbecilles aut morbidos edẽt infantes: ita vt aut statim pereãt aut tenues atque valitudinarij viuãt. Ceteris difficultates intestinorũ et lippitudines aride accidẽt. Senioribus vero distillationes que cito interimant. 14.

Si estas squalida aquilentaque fuerit: autumnus pluuius austrinusque dolores capitis: tusses: raucedines: grauedines existunt. Tabes etiam nonnullos inuadit. 15

At si autũnus aquilonius sit et siccus: viris natura humidis et mulieribus proderit: reliquis accident lippitudines aride et febres acute et grauedines: nõnullos etiã atra bilis exercebit. 16

Conditionum anni squalores salubriores quod in totum dixerim quam imbres minusque mortiferi sunt. 17

Morbi per imbres magna ex parte cõsistunt: febres lõge: alui fluẽtes: putredines: attoniti: angine per squalores tabitudines: lippitudines: articulorum dolores: stillicidia vrine: difficultates intestinorum. 18

Cõditionũ quotidianarũ aquilones corpora cõstipatiora: cõtẽtiora mobiliora: coloratioraque faciũt. auditũ etiã adiuuãt: sed aluũ exiccãt: oculos mordẽt: et si in pectore dolor aliquis prest acrius excitatur. 19.

Austri corpora dissoluũt et humefaciunt: caput aggrauãt: auditũ obtundunt: vertigines mouent: oculis et corporibus afferunt tarditatem: aluos etiã humefaciunt. 20

Per tẽpora anni pueri et qui etate his proximi sunt: vere atque prima estate optime degũt: et maxie valẽt. Senes estate et autũno aliquãdiu reliquo autũni tempore et hyeme qui media sunt etate melius valẽt. 21.

Morbi quidẽ omnes temporibus omnibus accidere solent. Sed nonnulli certis quibusdam et oriuntur et irritantur. 22

Vere enim atre biles: furores: comitiales: profusiões sanguinis: angine: tusses: grauedines: lepre: impetigines: vertigines: pustule vlcerose plurime: tubercula: articulorum dolores. 23.

Estate nonnulli ex his ac febres cōtinue: et ardores et tertiane plures: vomitiones: etiā alui profluuia: oculorū et auriū dolores: oris vlcera: genitaliū putredines et sudamina. 24

Autūno magna pars estiuorum atque etiam febres quartane et errones: lienes aque inter cutē. tabes: stillicidia: vrine: leuitates intestinorū: coxēdices: angine: anhelationes: voluuli. comitiales: atre biles furores. 25

Hyeme costales: pulmonie: grauedines: raucedines: tusses: dolores laterū: pectorū: lūborū: capitis dolores: vertigines: attoniti. 26.

Per etates hec accidūt paruis et recēs natis puerulis vlcera oris vomitus: insōnie: pauores: inflāmationes vmbilici: humores auriū. 27

Paulo etate progredientibus cū dētire incipiūt: gingiuarū prurigines: febres: conuulsiones. alui fluores maxime cū caninos edūt: et his potissimū pueris qui corpulētissimi sunt et aluos habēt astrictas. 28

Adultioribus iā tōsille vertebre in occipitio siue luxatio in partē interiorē: anhelationes: calculi: lūbrici teretes: ascaride: verruce: satiriesis: strume. et reliqui abscessus: sed precipue que enumeraui. 26.

Adolescentibus iā et pubescentibus magna eorum pars accidit: atque etiam febres diuturne potius et sanguinis e naribus profusiōes. 30.

Plurimi vero affectus puerilis etatis iudicant siue finiūt: aut intra quadragesimū diē: aut intra septimū mēsem: aut intra septimum annum: aut cū ad pubertatē itur. Qui aūt perdurarit nec solui potuerint: pubescenti aut femine cū menstrua erumpunt: hi consenescere assolent. 31.

Adolescentibus sanguinis screationes: tabes: febres acute: comitiales et reliqui morbi: sed precipue que numeraui accidunt. 32.

Qui hanc excesserunt etatē his anhelationes: costales: pulmonie: obliuiarij: deliria: ardores bilares: alui fluores lōgi: difficultates intestinorū: leuitates intestinorū: marisce. 33.

Senioribus difficultates spirandi: distillationes: tusses stillicidia vrine: difficultates vrine: articulorū dolores renū dolores vertigines attoniti: mali habitus. prurigines corporis toti insōnie: alui oculorū et auriū humiditates. hebetudines oculorū: grauitas auriū: 34.

Incipit liber quartus Aphorismorū dñi hyppocratis a dño Theodoro gaza nuper e greco in latinū traductorū.



Mulierē vtero gerentē purgabis medicamēto si materia turget quarto mēse: et ad septimū vsque: sed eas minus: ab recentiore autē et ab auctiore cauebis. 1

In medicamētorū vsu si talia ducunt ex corpore qualia vel spōte exeāt: vtile ē. Si cōtra: cohibēda sunt. 2.

Si quale purgari oportet tale purgatur: prodest et facile fertur. Si contra: difficulter. 4.

Estate potius supra: hyeme infra ducēdū medicamētis est. 5.

Sub cane et ante canē medicamentorum vsus difficilis est. 6.

Gracilētos et ad vomitū faciles purgādos. sursum cura habēs cauēdo hyemē. 7

Qui autē ad euomēdū difficiles sunt ⁊ corpore mediocriter cōstāt infra purgabis cauendo estatem. 8.

Tabi obnoxios caue ne vnq̄ ad supernas ducas euacuatiões. 9

At vero atra bili cōmotos plenius infra eadēq̄ ratione contraria afferes. 10.

In valde acutis statim ⁊ die primi euacuandum est si materia turget. Supersedere enim in eiusmodi morbo: malo est. 11.

Quos tormina vmbilicum fatigāt ⁊ labor atq̄ lumborū dolor infestat: nec medicamento aut vllo alio mō solui cruciat⁹ pōt: his in aquam intercutē siccā decumbitur. 12

Quorū a sui leuitate intestinorū infestantur: hiberno tēpore eos supra purgare malum est. 13.

Qui non de facili supra veratrū pugātur: eorū corpora ante potionē humectāda sunt cibo pleniore quieteq̄. 14.

Cū q̄ veratrū biberit ad corpis motiões magis ad sōnos q̄etesq̄ minus ducito: motiōe corp⁹ turbari. indicio ē nauigatio. 15.

Cū libuerit vt veratrū amplius ducat: corp⁹ mouebis. Cōtra cum sistēdū cē fueris: somnū molieris nec quicq̄ mouebis. 16.

Ueratrū periculosū his est q̄ corpore integro sunt: facit enim conuulsionē. 17.

Si q̄s nō febriēs inedia exigit ⁊ cordis dolore aut caliginosa vertigine infestat̄ ac oris amaritudinē sentit: purgatiōe se egere pte superiore significat. 18.

Dolores qui supra p̄cordia infestant purgationē supra: qui infra: infra requirūt. 19.

Qui in medicamentorū potione nō sitiunt cū purgātur: hi nō desinunt priusq̄ sitiant. 20.

Si tormina acciderūt non febricitanti ⁊ genuū grauitas ⁊ lumborum dolor: purgatione infra opus esse significatur 21

Deiectiones nigre modo sanguinis atri spōte veniētes siue cū febre: siue sine febre pessime sunt: ⁊ quo plures sunt praui colores: eo pei⁹. Sȝ si ex medicamēto tales egerūtur: meli⁹ est ⁊ q̄ plures nō praui colores sunt eo melius. 22.

In quocunq̄ morbo icipiēte si atra bilis vl̄ supra vel infra exierit: letale est. 23.

Quicūq̄ ex morbis acutis aut diuturnis vulneribus aut alio quouis modo extenuati atram bilē sanguini atro similē emiserint: postridie moriuntur. 24.

Difficultas intestinorū si ab atra bile inceperit: letalis est. 25

Sāguis supra emissus q̄liscūq̄ ē: mal⁹ ē: infra aūt bon⁹ est. 26.

Si difficultate intestinoꝝ laborāti carcūle exeūt: letale est. 27.

Quibus per febres sanguis alicunde large exierit: his in recreatione alui humide reducuntur. 28.

Quib⁹ deiectiōes biliose exeūt surditate supueniēte finiunt̄. Et q̄bus surditas p̄cesserit desinit si deiectiones sequunt̄ biliose. 29

Quibusfebricitātib⁹ die sexto frigora accidūt: his difficulter iudicantur. 30.
Quibus accessionesveniūt si febris quacūq3 hora dimiserit: eadē altero die repetit: his difficile iudicatur. 31.
Qui per febres lassantur: his in articulos et maxillas potissimum abscessus decumbunt. 32.
Quibus ɔualescētib⁹ a quauis egritudine pars aliqua corporis dolore vexatur: his eam in partē absceditur. 33.
Quin etsi priusq3 egrotassent parte aliqua sui corporis ꝑdoluerint eodē morbus decumbit. 34.
Si febricitāti nullo tumore fauciū strāgulatio accidit subito letale est. 35.
Si febricitāti collū peruertitur vt vix deuorare possit sine vllo colli tumore mortiferum est. 36.
Sudores febricitāti si statim inceperit bono sunt. Et tertio die et v.et.vij.et.ix.et.xj.et.xiiij.et.xx.et.xxiiij.et.xxvij.et.xxx.et.xxxiiij. his enim sudoribus morbi iudicātur. Qui aūt non ita veniunt laborē significāt: et longitudinē morbi et recidiuam. 37.
Sudores frigidi si cum febre acuta accidūt: mortez significant: si cū mitiore: longitudinem morbi. 38.
Et qua parte corporis sudor est: ibi morbū esse significatur. 39.
Et qua parte corporis frigor aut calor est: ibi morbus est. 40.
Ubi toto incorpe mutatio fit: et mō corp⁹ frigescit: mō calescit: aut colorē aliū ab alio recipit: lōgitudo morbi significatur. 41.
Si per somnū sudoris copia sine causa manifesta euenit: vsus cibi plenioris significatur. Sed si non per cibum id accidit: inanitiōe corpus egere significatur. 42.
Sudor multus modo frigidus: modo calidus assidue fluens frigidus magis: calidus minus: morbum significat. 43.
Quecūq3 nō itermittētes tertio die vehementiores redduntur magis periculose existūt S3 si quouis mō itermittūt securitatē inesse significatur. 44.
Quos febres longe exercēt his vel abscessus in articulos: vel dolores decūbūt. 45.
Quos febres diutine habēt: his in articulos abscedit si labor accidit. Quibus aūt in articulos abscedit si labor ex febre: hi cibo pleniore vtuntur. 46.
Si rigor accidit per febrē ɔtinuā egro iā debili letale est. 47.
Excreationes in febribus nō interpolatis liuide aut cruēte: aut fetide omnes sunt male. s3 si bene excernitur salutares sunt deiectiones etiā et vrine iuuāt que cōmode exeūt. At si nihil cōmode ꝑ ea loca excernitur: malo est. 48
In febrib⁹ nō iterpolatis si exteriora frigent interiora vrūtur et sitiunt. letale est. 49.
In febre nō interpolata si labiū: aut oculus; aut superciliū aut na

sus peruertitur: si visus: si auditus defecerit egro iã debili: quicquid ex his accidit: mors in propinquo est. 50.

Quibus in febre nõ interpolata difficultas spirandi cũ delirio accidit letale est. 51.

Per febres abscessus nisi primis soluatur iudicationib⁹ morbi lõgitudinem indicat. 52.

Quibus in febrib⁹ aut in aliis morbis oculis volẽtib⁹ illacrimant nullũ est periculũ: sed quibus inuitis: periculosius est. 53.

Quib⁹ p febres lẽtore dẽtes opplẽt: his febres icidũt vehemẽtes. 54.

Quibus tusses sicce leuiter irritantur in febribus arduis: hi non admodum siti afficiuntur. 55.

Febres que per accessum inguinum accidũt: male sunt nisi genere ephimere hoc est diarie cõtinentur. 56.

Febricitanti si sudor accedit febre nõ intermittẽte malo est: morb⁹ eni progatur: plusq; hmiditatis esse significatur. 57.

Qui ꝯuulsiõe aut distẽsiõe tenet si accidit febris morbũ leuat. 58.

Qui ardore tenetur si frig⁹ acciderit soluetur eo malo. 59.

Febres tertiane septenis circuitib⁹ iudicant qḋ lõgissimũ est. 60.

Quibus per febres aures obsurduerit: his sanguis e naribus fusus aut aluus perturbata soluit morbum. 61.

Quibus per febres morb⁹ regi⁹ ante septimũ accidit: malo ẽ. 62.

Febris nisi die pari desierit solet recidiuare. 63.

Quib⁹ p febres q̃tidie frigus accidit: febres q̃tidie soluunt. 64.

Quib⁹ p febres morb⁹ regi⁹ die septimo: aut quartodecimo acciderit: bono ẽ: nisi ilia obduruerit. nã si h ita accidit: nõ bñ ẽ. 65.

In febribus si circa aluũ calor vehemẽs ac dolor ventriculi vexat male est. 66.

In febribus acutis si cõuulsiones aut viscerũ dolores vehementes acciderint: male erit. 67.

In febrib⁹ si pauores p somnuz aut ꝯuulsiões accidũt male est. 68.

In febrib⁹ spũs subsistẽs malo est: qm̃ ꝯuulsionem significat. 69.

Quibus vrine crasse: grumose et pauce sunt: nõ sine febre: si tenues copiose prodierint: proderunt: maxime vero tales exeunt his qui statim aut breui sedimẽ habeãt. 70.

Quibus vrina turbulenta qualis iumentorũ est: his dolor capitis vel adest vel aderit. 71.

Quib⁹ septimo die iudicat ad salutẽ: his vrina quarto die nubeculã hz rubicundã ⁊ reliqua ex ratione. 72. ¶ Quib⁹ vrina plucida alba emittit malo ẽ: delirij potissimũ talis eueit. 73.

Quib⁹ ilia suspẽsa murmurãt: si lũborũ dolor accesserit: his alui admodũ hũectãt: nisi flat⁹ erũpat ãt vrie copia pdeat idq; i febrib⁹. 74.

Quib⁹ in articulos abscessurũ est: his eximit abscessuz vrina cassa copiosa alba qualis in febrib⁹ laboriosis, quarto die nonnullis exire icipit. sz si sanguis q̃q; erupit breui admodũ leuabunt. 75

Si sanguis aut pus effluit per vrinã: exulcerationem aut rhenum

aut vesice significat. 76.
Quibus cum vrina crassa caruncule exigue: aut veluti capillam en ta exeũt ex rhenibus: his excernitur. 77.
Quib⁹ cũ vrina crassa furfurea ; qdã exeunt: his vesica scabie affecta est. 78.
Quicunqȝ sponte sanguinẽ mingunt: his venulam ruptam esse in rhenibus significatur. 79
Quib⁹ in vrina decident harenosa: his calculo vesica laborat. 80.
Si qs sanguinẽ mingit ꝛ grumos ꝛ guttatim emittit vrinã ac dolorẽ ad ventrẽ imũ ꝛ pectinẽ ꝛ semẽ: vitijs vesice laborat. 81
Si qs sanguinẽ aut pus aut squamulas mingit: et cũ graue olẽti a in vrina: exulceratio vesice significatur. 82.
Quibus in vrinario meatu tubercula oriuntur: his suppuratiõe facta et eruptione leuatur dolor. 83
Mictio noctu copiose facta exiguã fore delectionẽ significat. 84.

¶ Incipit liber quintus aphorismorum domini hyppocratis a domino theodoro gaza nuꝑ e greco in latinum traductorum.


Conuulsio a veratro letalis est. 2
Conuulsio a vulnere letalis est. 3
Sanguinis multe profusionis conuulsio aut singultus superueniens malo est. 4
Ex purgatiõe cõuulsio aut singult⁹ supueniẽs malo ẽ. 5
Si ebri⁹ ꝗsquã obmutuerit cõuulsus emorit nisi ꝑhẽsus a febre sit aut cũ ad eã venerit horã ꝗ crapula soluit facultatẽ recipiat loquendi. 6.
Qui a distensione prehendũtur: intra quartũ diẽ intereunt. Si tamẽ hos dies euaserint: conualescent. 7.
Comitiales quibus ante pubertatẽ accidunt cõmutationem recipiunt quibus anno vigesimoquinto commoriuntur. 8.
Costales nisi intra quartũdecimũ diẽ repurgant in suppurationẽ vertunt. 9.
Tabitudini maxime etas obnoxia est ab anno decimooctauo ad trigesimumquintum. 10.
Qui tabe infestantur: si qđ despuunt et extussiunt grauiter olet et capilli defluũt: letale signum ostendunt. 11
Qui anginã euaserũt: his in pulmonẽ absceditur ꝛ intra septimũ diem moriuntur. si tamen hos dies euaserint suppurantur. 12.
Quib⁹ ꝑ tabẽ capilli defluũt: hi alui fluxiõe supueniẽte moriũt. 13
Qui spumãtẽ sanguinẽ despuũt: his de pulmone educitur. 14.
Tabẽ detẽtis fluxio alui accedens letalis est. 15
Qui a costali superãtur si intra quadragesimũ diem a quo ruptio facta est repurgẽtur leuãtur: alioqn trãseũt in tabem. 16.
Calida si immodica sit: detrimẽta hec infert: corporis effeminationẽ: neruorũ incõtinentiã: mentis torpedinẽ: sanguinis profusionẽ anime defectionem: quibus mors sequitur. 17
Frigidiora cõuulsiões; distẽtiones; liuores; algores febriles. 18

Frigida ossib⁹: dentibus: neruis: cerebro: medulle dorsali inimica est. Calida contra: amica est. 19.

Que pfrixerit calefacieda sut exceptis his q sanguine pfudat. 20.

Frigida vlcerib⁹ mordax est: cute obdurat: dolore inseparabile mouet: liuore trahit: algores febriles quulsioes distesioes qiuebit. 21.

Nonunquam per distensionem sine vlcere iuueni bene corporato estate media frigide aque larga perfusio reuocat calorem: calor autem mala hec tollit. 22.

Calida suppuratoria vulnerū oim summū securitatis indiciū prestat: cute mollit: extenuat dolore: lenit rigores: couulsiones: distensiones mitigat: capitis aute grauitate soluit: ossib⁹ fractis plurimū prodest: sed precipue his que exuta sunt eorūq maxime his q vlcera habet capitis et q ab algore vel moriunt vel vlcerant: nec no repetibus comesis: sedi genitali vtero: vesice opitulat: his calor amicus et decretorius est: frigus inimicū atq interimes. 23.

Usus frigide vbi sanguis pfundit: attame no qua effluat sz iuxta iniicieda est. Quinetiā vbi inflāmatoes sunt aut inflāmina ad rubrū cruentū ve tendetia sanguine receti. Nā veterib⁹ quide nigredine affert: igne et sacrū no exulceratū iuuat: exulceratū ledit. 24.

Frigida qualis nix aut glacies pectori inimica sunt: tusses mouet et sanguinem et distillationem. 25.

Tumores articulorz et dolores sine vlcere atq etiā podagricos dolores et couulsa aqua frigida large effusa magna ex parte leuat: soluit: dolore extenuat: torpor enim mediocris dolore mitigat. 26

Aqua que cito calescit ꝛ cito frigescit leuissima est. 27.

Qui noctu bibere cupiunt: his admodū sitientib⁹ si obdormierint bono est. 28.

Menstrua ducuntur suffitu aromatū: que sepe vel ad alios vsus reciperentur nisi caput tentarent. 29.

Mulierem vtero gere tem purgabis medicamento si materia turget quarto mense et ad septimum vsq: sed eas minus a recentiore autem et ab auctiore cauebis. 30

Mulieri grauide capi ab aliquo morbo acuto: letale est. 31.

Mulier pregnans sanguine misso ex vena abortum facit: ꝛ magis si fetus auctior est. 32.

Mlieri sāguine euometi si mestrua erupint: leuatio mali qtigit. 33

Mulieri mestruis deficietib⁹ si sanguis e narib⁹ fluxit bono est. 34.

Mulieri pgnāti si alu⁹ nimiū fluxit piculū facied abortū iniet. 35

Mulieri quā vitia vteri infestant: aut que difficulter parit: si sternutamētum superuenit: bono est. 36.

Si mulieri menses decolores nec semp eodem tempore proueniunt purgatione opus esse significatur. 37

Si mulieri vtero graui māme subito extenuāt abortio sequit. 38.

Mulieri grauide gemis si altera māma extenuet alterū amittit: et

si dextra mãma extenuata ẽ marẽ:si sinistra feminã amittit. 39.
Si mulier nõ p̃gnãs nõ puerpa bz lac:mẽstrua ei⁹ defecerunt. 40.
Quib⁹ mulierib⁹ sanguis in vbera colligit insaniã indicat 41.
Si nosse libuerit an mulier grauida sit mulsuz ei bibẽdũ dabis cũ itura cubitũ est:post deinde si venter torquetur grauida est si minus:non est. 42.
Mulier si marẽ gerit probe colorata est:si feminã decolor est. 43.
Si mulieris pregnantis vterũ ignis sacer infestat letale est. 44.
Que preter naturam tenues vterum gerunt:abortum faciũt donec crassescant. 45.
Mulieres q̃ mediocrit corpulẽte abortũ faciũt scdo mẽse aut tertio sine cã mãifesta:his acceptabula vteri plẽa mucorũ sũt:ita ne fetũ ptinet possint:sz p̃ suo põdere p̃rũpat elabatqꝫ pt⁹ necesse sit. 46.
Que preter naturã crasse cõcipere nequeũt:his vteri os ab omẽto cõprimit:itaqꝫ impleri donec extenuent non possunt. 47.
Si vter⁹ in coxa posit⁹ suppurat:liciamẽtũ recipiat necesse est. 48.
Fet⁹ q̃ mares sũt p te vteri dextra ptinent:q̃ femie magis sinistra. 49.
Si scda pcidit sternutatorio apposito:nares τ os appbẽdim⁹. 50.
Si mẽstrua sistere placꝫ cucurbitulã grãdẽ appone ad mãmas. 51.
Que vterũ gerũt:his vulua se comprimit. 52.
Mulieri grauide si lac effluit e mãmis fetũ ĩbecillẽ eẽ sigt. At si mãme sunt firme ac solide:fetũ esse validiorẽ significat. 53
Que abortũ facture sunt:his mãme extenuãtur. Sz si denuo durescãt:dolor in mãmis fatigabit aut in coxis:aut in oculis:aut in genibus:itaqꝫ non faciet abortum. 54.
Quibus vteri os durũ est:his compressum id esse necesse est. 55.
Que vtexgerẽtes a febrib⁹ capiunt:valdeqꝫ extenuant sine cã mãifesta he difficult piũt τ cũ piculo:aut abortũ faciẽtes piclitãt. 56.
Si pfluuio mulieris pulsio aut aie defectio supuenit:malo ẽ. 52.
Si mẽstrua immodice fiunt:morbi accidunt. Et si non fiunt:morbi matricarij accidunt. 58.
Uteri aut recte ite stini inflãmatiõe vrine stillicidiũ accidit. Reni b⁹ ẽt purulentis vrine stillicidium sequitur. 59.
Si mulier nõ cõcipit τ scire placet an cõcipere possit veste obuolutã suffles infra. Nã si odor trãsmitti per os ad nares videbit:nõ esse sua culpa sterilem cognosces. 60.
Si mulieri grauide menstrue purgationes pdeunt fieri non potest vt fetus bene valeat. 61.
Si mulieri mẽstrue purgatiões nõ pdeũt:nec horror aut febris superuenit τ fastidia accidunt grauidam esse arbitrare. 62.
Mulieres q̃ p̃huidos habẽt vteros pcipe nequeũt q̃ ẽt frigidos spissosqꝫ habẽt nõ pcipiũt:fet⁹ ei extiguit. Necnõ sicci τ admodũ calidi pcipe nõ possũt genitale ei semẽ corrũpit pter inopiã alimẽti.
Que aũt modice tẽperatos obtinẽt vteros he valẽt fecũditate. 63.

Pari modo mulieribus euenit: aut eis propter corporis laxitatem difflatur euanescitque spiritus: ne semen genitale transmitti possit: aut ob spissitudinem humorum non foras decedit: aut propter frigiditatem foueri non patitur ut ad eum colligatur locum: aut propter nimium calorem hoc idem accidit. 64.
Lac febricitantibus dari aut caput dolenti malum est: et quibus ilia suspensa murmurant: et his qui sitibundi sunt. Nocet etiam quibus per febres acutas biliose deiectiones prodeunt: et quibus sanguinis multi deiectio facta est. Competit tabe confectis nisi admodum febriunt. Dandum etiam in febribus longis tussibundis: si nec ullum ex predictis urget: et preter rationem eger consumitur. 65.
Quibus tumores in vulneribus apparent: hi non maxime conuelluntur neque insaniunt sed deletis tumoribus alijs de repente conuulsiones a tergo distensiones accidunt alijs autem insania aut lateris dolor acutus et vomica aut difficultas intestinorum si tumores sunt rubicundi. 66.
Si in vulneribus validis et prauis tumor non apparet: malum est magnum. 67.
Vulnus molle et cedens bonum est: crudum et renitens malum. 68.
Dolenti partem capitis posteriorem frontis venam surrectam incidisse prodest. 69.
Mulieribus frigora inchoantur a lumbis et per dorsum ad caput deueniunt. viris etiam in parte posteriore corporis potius quam de priore: verbigratia cubitorum aut femorum curis etiam rara est: quod plus declarat. 70.
Qui a quartanis capiuntur non admodum conuulsionibus capiuntur et si antea capiebantur: quartana superueniente liberantur. 71.
Quorum cutis obtenditur squalida et sicca: hi sine sudore moriuntur. Contra quorum cutis laxa solutaque est: hi obeunt cum sudore. 72.
Qui regio laborant: hi non admodum inflantur.

Incipit liber sextus aphorismorum. Do. Hyppo. a domino theodoro gaza e greco in latinum nuper traductorum.



In longis leuitatibus intestinorum ructus acidus superueniens qui non extitit prius signum est bonum 2.
Quibus nares humentes aut genitura: hi valitudinarij degunt quibus econtrario est melius valent. 3.
In longis difficultatibus intestinorum fastidiose inedie male sunt: peiores si accidunt cum febre. 4.
Vulnera obglabrata praua sunt. 5.
Dolores aut pectoris aut coxe: aut cuiusuis membri an multum infestent animaduertendum est. 6.
Vitia renum et vesice senioribus difficulter sanantur. 7.
Dolores ventris si suspensi sunt leuius: si non suspensi grauius infestant. 8.
Ulcera aque inter cutem que in corpore fiunt non facile sanantur. 9.
Pustule late non admodum pruriunt. 10.
Dolenti caput et vehementer laboranti pus aut aqua aut sanguis effusus per nares aut aures egritudinem tollit. 11.
Vitijs atre bilis et renum si marisce superuenerint bene erit. 12.

A mariscis diuturnis sanato: nisi vna seruetur: periculũ vel aque in ter cutem vel tabitudinis imminet. 13.
Singultienti si sternutamenta superueuerint: tollũt singultuz. 14.
Ab aqua intercute detẽtus si aqua per venas i ventrem defluxerit morbo soluetur. 15.
Fluore alui diutino detẽto vomit⁹ spõte suꝑueniẽs tollit fluorẽ. 16.
Costali aut pulmonia detento si alui fluor suꝑuenerit malo est. 17.
Lippiẽtez deprehendi alui fluore bono est. 18.
Si vesica preciditur: aut cerebrum: aut cor: aut precordia: aut aliquod ex tenuioribus intestinis: aut vẽter: aut iecur. letale est. 19.
Cum precisuz os est: aut cartilago: aut gene particula tenuis: aut preputium: nec augeri: neq̃ coaalescere potest. 20.
Si sanguis ꝑter naturã in vẽtrẽ traffundit: suppuret necesse ẽ. 21.
Si varices aut marisce insanienti suꝑuenerint: insania soluet. 22.
Quecũq̃ rupta ꝺ dorso ad cubitũ ꝺscẽdũt: sãguie ꝺtracto soluũt. 23
Si mestitia ⁊ met⁹ longo tempore tenent atra bilis in vitio est. 24.
Si quod intestinum ex tenuioribus precisum est nũq̃ coalescit. 25.
Igné sacrũ deforis ꝟti introrsuz: nõ bñ est: interi⁹ foras bñ ẽ. 26.
Qui per ardores contremiscũt: his deliriuz affert solutionem. 27.
Qui suppurati aut aqua inter cutẽ laborantes vrunt aut secant: omnes intereunt: si pus aut aqua vniuersa effluxerit. 28.
Spadones neq̃ podagra laborant neq̃ calui efficiũtur. 29.
Mulier podagra nunq̃ laborat nisi menstrua defecerint. 30.
Puer podagra non laborat anteq̃ concũbere incipiat. 31.
Dolores oculorum soluit aut meri potio: aut balneum; aut fomẽtũ aut vena incisa: aut medicamentũ epatum. 32.
Qui vitio ligue balbutiũt: hi maxie ab alui ꝑfusiõe lõga capiũt. 33
Qui acida ructãt: nõ admodũ costali morbo laborãt. 34.
Qui calui sunt: his varices grandes nõ fiunt. Quibus aũt caluis varices superuenerint: his capilli denuo subnascuntur. 35.
Aqua inter cutem laborãti si tussis superuenit: malo est. 36.
Difficultatẽ vrine vena incisa soluit incidẽde sunt interiores. 37.
Ab angina detento si tumor in collo extitit: bono est: foras em̃ morbus decedit. 38.
Quib⁹ cancri occulti⁹ fiũt: eos nõ curari melius ẽ. qui em̃ curant celerius pereũt: qui nõ curant diutius durant. 39.
Cõuulsio fit vel inanitione vel repletiõe eodẽq̃ mõ singultus. 40.
Quorum ilia dolores fatigãt sine inflãmatione: his febris superueniens soluit dolorem. 41.
Quibus suppuratũ quid in corpore abditum nõ innotescit: id ꝑpter crassitudinem vel puris: vel loci delitescit. 42.
Arquatis iecur effici durum male est. 43.
Lienosisq̃ a difficultate ĩtestinoꝝ capiũt: si ea ip̃a difficꝰtas lõga ẽ aq̃ iter cutẽ suꝑueĩet: aut leuitas ĩtestinoꝝ atq̃ ita interiment. 44.

Quibus per stillicidiũ vrine superuenerit voluulus: intra septimũ diem moriũtur nisi febre superueniente vrina effluat satis. 45

In vlceribus annuis aut etiam diuturniorib⁹ os discedere cicatricesq; effici cauas necesse est. 46.

Qui gibbi ex anhelitu aut tussi efficiunt añ pubertatẽ itereũt. 47

Qui leuandi sanguine sunt aut medicamento purgandi: his verno tempore vel cultello soluẽda est vena: vel medicamentũ adhibendum est. 48.

Lienosis difficultas itestinoꝝ supueniẽs bono est. 49.

Podagrici morbi inflãmatione sedata intra quadragesimũ diem desistunt. 50.

Quibus cerebrũ precisuz est: his febrẽ ꝛ bilis vomitũ supuenire necesse est. 51.

Quib⁹ bñ valẽtib⁹ dolores subito accidũt capitis statimq; obmutescũt ꝛ stertũt intra septimũ diẽ pereũt: nisi febris p̄hẽdat. 52.

Oculoꝝ suspectiões ẽt p somnũ obseruasse cõsiliũ ẽ: nã si q̃d cãdide ptis ispicit palpebris nõ vndiq; sibi ꝯmissis nec alui fluor aut medicamẽti potio in cã ẽ prauũ hoc signũ: letaleq; admodũ ẽ. 53

Deliria que cũ risu accidũt tutiora sunt q̃ que serio. 54.

In affectib⁹ acutis q̃ affligãt cũ fe. suspiria luctuosa mala sũt. 55.

Podagrici morbi vere ꝛ autũno magna ex pte mouentur. 56.

Attibiliarijs morbis in pericula hec decũbitur: stuporẽ corporis: aut cõuulsionẽ aut furorez indicãt aut cecitatem. 57.

Stupores attoniti potissimũ veniũt a. xl. ad sexagesimũ annũ. 58.

Si omentũ decidat putrescat necesse est. 59.

Quibus a coxendice infestatis coxa recedit ꝛ redit: his mucores ea in parte gignũtur. 60.

Quibus a coxẽdice infestatis diutina recesserit coxa: his crus contabescit ꝛ claudicat nisi aduratur. 61.

Incipit liber septimus aphorismorũ dñi Hyppo. e greco in latinũ nup a dño Theodoro gaza trãslatorũ.



In morbis acutis frig⁹ partiũ extremaꝝ malo est. 2.

In osse egrotãte caro liuida: malo est. 3.

A vomitu singultus ꝛ oculorũ rubor. malo est. 4.

Horror a sudore non bono est. 5.

Ab insania difficultas intestinorum aut aqua intercutem aut mentis alienatio: bono est. 6.

In morbo diuturno inedia ꝛ deiectiones sincere malo sunt 7.

Ex multa potione rigor aut delirium malo est. 8.

A vomice ruptiõe iterna resolũo aut vomitio aut aĩe ɔ̃fectio euẽit. 9

A sanguis pfusiõe mentis cõmotio aut cõuulsio malo est. 10.


A voluulo vomitus: aut singultus: aut mentis cõmotio: aut cõuulsio accidẽs malo est. 11.

A costali pulmonia: malo est. 12.
A pulmonia delirium malo est. 13.
nem dieruз egredietur: q̄bus nō egredietur: in semel vel simul. Si aūt nō purgata fuerit mulier purgatione ptus: egritudo ipsi magis ⁊ periclitabit mori: neq; si curā hūerit in breui: ⁊ ipsa deorsum agat purgatione: hic aūt reduxi hic ꝓpterea qualr enunciē ꝙ puerorū sit segregatio membroꝝ lōgissima. in puella quidē in. xlij. diebus in puero ꝟo in. xxx. dieb⁹ diuturna. Debeo aūt ſm nūc nominare causam explanatiōis: dico nō retribui ꝙ in matricib⁹ exñti spermati minus sanguis venit a muliere ad matrices hñte femineū sperma in. xlij. diebus: in his aūt diebus articulant mēbra infantium. ab hoc aūt tpe ipsi in plus venit sanguis in puero ſm ipsum numerū et rōnem. xxx. dierū: sicut aūt habet aliud argumentū hic ꝙ hec vera sunt primis aūt. xxx. diebus quando sperma in matricem cadit minimus sanguis venit ad matrices a muliere. deinde in pl⁹: si eñi coadunatus: et multus venerit: non vtiq; sperma posset spiritum habere: suffocaretur: vtiq; a sanguine vehemente multo. Retribuitur aūt in purgatione ecōtrario: egreditur autē purgatio partus in primis diebus plurima. deinde in minus donec finiatur: multe vtiq; mulieres corrūperunt puerū pauloante. xxx. diem: ⁊ inarticulatus apparuit: quecūq; vero posterius aut simul. xxx. diebus articulata apparebant existentia: ⁊ in puella ſm rationē. xlij. dierū. qñ corrumpūtur videtur articulatio mēbrorum: siue prius corrūpat puer siue posterius sic videt ⁊ ratione ⁊ necessitate articulatio existens: in puella quidē in. xlij. diebus in puero. in. xxx. testat eñi abortus infantium ⁊ immūdificationes partus. causa autē est. q₂ femina coagulat posteri⁹ ⁊ articulat: quia sperma infirmius ⁊ humidius mulieris q̄ȝ viri: ⁊ necesse est ſm hanc rōneȝ posterius feminā coagulari q̄ȝ masculū: ⁊ mundificatio diuturnior hmōi causa cū in femia magis de substātia sit q̄ȝ in masculo. Redibo aūt iterū retro vnde discessi: qñ aūt articulatur infans ſm formas mēbroꝝ ipso aucto ossa ⁊ mēbra duriora fiunt ⁊ cauant: ⁊ hec a spū fiunt. ꝯcaua aūt exñtia attrahūt ad se a carnib⁹ sanguinis pinguissimuȝ: ⁊ tpe ꝓcedente ramificant iteruȝ extrema ossium sicut arboris extrema postremo ramificant: ita ⁊ pueri distāt: adinuicē digiti manuū ⁊ pedum: in extremis aūt vngues oriunt: finiūt aūt vene hois: oīes in digitos manuū ⁊ pedū: ⁊ grossissime quidē sunt in corpe ⁊ q̄ in capite; deīde aūt in cruribus ⁊ brachijs. ⁊ cubitis: in pedib⁹ aūt ⁊ manibus subtilissime ⁊ dēsissime ⁊ pīme vene sunt: ⁊ nerui subtilissimi ⁊ densissimi pīmi. digitis aūt manuū ⁊ pedū hi maxime sunt: extra dixit aūt sicut ex hñtibus dēsa ossa pua ⁊ venas ⁊ neruos: ita et vngues oriunt ex ipsis subtiles et dense: ⁊ accipiūt extrema venarū ꝙ nō amplius augeant ipse: neq; emineat aliqua altera: quare nō est mirandū ꝙ vngues in extremo corporis densissimi sunt similr aūt et vnguibus ⁊ capilli in capite radicant. Habȝ aūt in capite sic q̄ sunt de natura capillorum; oriuntur enim maximi et plurimi vbi

corporis cutis rarissima est: et hoc vbi capilli moderatã humiditatem in nutrimentum habẽt et vbi cutis posterius rara fit: et ibi pili posterius oriunt̃ in mento et pectine et sicubi: simul eñ spermate facto caro rara fit: et cutis et vene apiunt̃ magis q̃ in priore tpe puero exñti subtilib⁹ eñ venis exñtibus nõ descẽdit p ipsas sperma et de mẽstruis puelle eadẽ cadit ratio: simul aũt via fit et mẽstrualib⁹ et spermati virginibus et capillat̃ pecten pueri et puelle rara facta cute et simul crinis vel cutis humiditatẽ temperatã in nutrimentũ hꝫ: et nõ minorẽ: ita et barba viri hꝫ: rara eñ fit cutis tẽdẽte in ipaꝫ humiditate a capite: simul quidẽ eñ et in coitu: pariter aũt et in medio tpis crinibus mensuratã hꝫ humiditatẽ in nutrimentũ: tunc maxime quãdo tempus fit humido descendenti a capite: et in coitu descendẽdo a pectore ad barbã: significatio aũt: q in rarissimis cutis oriunt̃ pili: si quis voluerit aduerere cuti et crustã solũ facere et sanare dẽla facta cutis in cicatrice pilos nõ pducet. Quicũq aũt eunuchi pueri exñtes fiunt: pp̃ter hoc neq pilos habẽt in pectore neq in mẽto lenes fiunt toti: q: via nõ facta spmati rarificat cutim in toto corio. ¶ Secant aũt viã spmatis sicut mihi dictum est paulo ante: et mulieres aũt lenes fiũt f̃m mentum et corpus: q: in coitu ipsarum humidũ similiter iectigatũ sicut id quod est viri cutiꝫ nõ facit raram: quicunq aũt calui fiunt: isti aũt flegmatici sunt: et in capite ipsorum simul coitu iectigatũ et calefactũ flegma cadens in cutim vrit capillorum radicẽ et fluunt capilli. Eunuchi pp̃ter hoc nõ fiũt calui: q: ipsoꝶ nõ fit motus vehemẽs neq calefactũ flegma in coitu vrit capilloꝶ radices: cani aũt propter hoc fiũt: q: multo tẽpore descendẽte humido in homine sequestrat̃ albissimum et cadit ad cutim: et crinis albiorem humiditatem habens q̃ in priori tempore albior fit: et cutis vbi cani sunt albior altera fit et quicũq ex genitura caniciẽ quandã habẽt in capite: illis vbi canicies est albior alia est: illic eñ albissimũ humidũ est: hꝫ autẽ et hoc fit vbi vtiq caro humiditatem attrahit siue albam siue rubeam siue nigrã: tales f̃m colorem et pili fiunt hec autẽ dicta sunt a me. Adhuc veniã aũt ad residuũ sermonis: quando vtiq extrema corporis pueri ramificãtur extra: et vngues et capilli ramificabũtur: tũc vtiq et mouet̃ et tẽpus ad hoc fit masculo quidẽ tres menses: femine verõ .iiij. sic eñ in plurimũ accidit: est aũt et quosdam puerorum ante hoc tempus moueri: mouetur auteꝫ ante masculus: q: est fortior femina: et ante coagulatur masculus a grossiori enim et fortiori spermate fit masculus femina: quando autẽ mouebitur embryo: tũc vtiq et lac supersignat matri: mammille enim eleuantur et pupille quiescunt lucescunt autem liuescant: lac vero non egreditur et feminis densatur carnium posterius lac supersignat et venit: et rarũ autem carniũ ante propter hanc necessitatem fit lac quando matrices tumorose fuerint a puero comprimunt ventrem mulieris huiusmodi autem

quando repleta repressio fit: resilit pinguissimum a cibis et potibus extra ad omentū et carnē: sicut si quis coriū inūgat oleo multo, et permittat imbibere et postq̄ imbiberit reprimat corium represso corio resilit extra oleū ita vtiq̄ et ventre habente in ipso pingue a cibis et potib⁹ repsso a matricib⁹ resilit pingue ad omētū et carnē. et si fuerit mulier rare carnis citius sentit saltū: si vero nō posterius: et bestie in vtero habentes si quidē nō egrotauerūt ab eodem cibo et potu pinguiores fiunt ppterea. similiter autem et femina a pingui calefacto et albo exn̄te quod dulcoratū a caliditate que est in matricibus repressum venit ad mām̄illas et ad matrices parū venit p easdē venas: pcedūt em̄ vene ad mām̄illas et ad matrices et he alie similes et qn̄ accidit ad matrices lac: puer ab ipso augetur: parū mām̄ille vero recipientes lac eleuantur replete: et qn̄ parit primo motu facto tendit lac ad has mām̄illas si lactauerit: hꝫ em̄ sic lactantibus mām̄illas ampliores fiunt vene ſm mām̄illas ampliores autē facte vene a ventre attrahentes pingue tradūt mām̄ille etem̄ si vir coierit multuꝫ ampliores fiunt vene et magis ducunt coitū hꝫ aūt et hoc sic. Nutrimentum et augmentū puerorū fit: qn̄ in matricibus vadūt q̄ sunt a matre: et quomodo mater hꝫ sana et infirma: ita et puer hꝫ quemadmodum et que in terra vegetabilia: nutriuntur a terra. et qualiter vtiq̄ terra se habēt: ita et vegetabilia se habēt et que in terra: semē enim quando deponitur in terrā humiditate repletur a terra. habet enim in seipsa terra humiditatem omnimodā qua nutriūtur vegetabilia: humiditate autem repletum semē inflatur et tumescit et cogitur ab humiditate conuerti ꝟtus que est leuissima in spermate: cōuersa autē virtus a fronde et humiditate facta frondes rūpit sperma: et oriuntur primo exterius frondes: orientia auteꝫ qua non amplius possunt nutriri frondes ab hūiditate que est in spermate rumpuntur inferius sperma et frondes. et coactum a frondibus transmittitur a pondere in dorsum aut in ipso delinquitur propter grauitatem. et fiūt radices ex frondibus dense. qn̄ autem dorsum firmiter radicatum fuerit vegetabile et nutrimentum a terra faciet. tunc vtiq̄ eūauit oē: et quod consumptum est et vegetatum preter corticeꝫ. q̄ꝛ solidissimus est; iterum autem cortex putrescēs in terra immanifestus fit tempore vtiq̄: et ramificantur quedam frondium ex spermate igitur sic ab humido factum: tamen momētale existens et aquosum et augumentum motum et in deorsum et in sursum non pōt fructum emittere nō em̄ ipsi est ꝟtus fortis et pinguis ex qua semen conuertetur. quando autem infirmabitur magis vegetabile ad genus a tempore tunc vtiq̄ et venas habet amplas et in sursum et deorsum. et tunc vtiq̄ ex terra extrahitur non amplius aquosum sed grossius et pinguius et plus vt calefactum a sole ebulit ad extrema: et fit fructus ſm cognitū ex quo et factū est et mult⁹ ex medico: et ppter hoc fit, q̄ꝛ attrahit vnūquodq̄ vegetabiliū

ex terra potentiam magis q ex quo factum est: et extra viuit non secundum vnum: sed secundum multa. Quando autem fructus egreditur: nutritur a vegetabili attrahens enim vegetabile a terra fructui tradit: sol autem maturat et solidat fructum attrahens ab ipso ab aquoso ad se. Et hec dicta sunt a me de vegetabilibus a terra et aqua et seminibus. Que autem plantatur ex arboribus plante fiunt hoc modo. Ulnus autem vnus habet ramus in infirmo versus terram secundum quod ab arbore ruptum est vnde et radices emittuntur: hoc modo dicto transmutantur quando plata que est in terra humiditatem sumit a terra inflatur et spiritum habet: que autem super terram vnde spiritus hic et humiditas conuertuntur ad inferius: plante virtute quecunque erat grauissima rumpit in deorsum: et fiunt ex ipso radices molles: quando autem inferius accipiantur tunc attrahit a radice humiditatem: et tradit existenti super terram et tunc rursum superius inflatur: et spiritum habet: et quanta virtus in planta leuis est conuersa frondes facta germinat: et in superius augumentum facit. et ad inferius ita in contrarium accidit vtique eorum que fiunt ex semine et plantarum de germine. Primum enim ex semine frondes oriuntur. deinde radices ad inferius emittuntur arbor autem radicatur prius deinde frondescit: propter hoc quia in semine quidem ipso humiditatis multitudo inest: et in terra omni existenti nutrimentum inest primo sufficiens frondi: vnde frons nutriatur quousque radicetur: in ramo autem non sicut: non enim fit ex alia: inde frons primum nutrimentum habet: sed ipse ramus est sicut et arbor se habet: et hic super terram est multa: quare non poterat super terram repleri humiditate nisi ex inferiori magis virtus quedam veniens extra det quod superius est humiditatis et primo quod plantatur necesse est in seipso nutrimentum facere a terra radicibus: deinde sic a terra attrahens sursum tribuere et frondes mouere in germen et augumentum: quando autem augetur planta ramificatur ab huiusmodi necessitate: quam dicam quando plus humiditatis ipsi adueniat ex terre extracte a multitudine rumpit secundum quod plurima erat et sic ramificatur planta: augetur autem et in latitudinem et in superius et inferius propter hoc quia inferius terre hyeme quidem calidum est estate vero frigidum: hoc autem propter hoc est: quia terra humida hyeme ab aqua que a celo descendit: et reprimitur in se sicut grauiori existente humiditate: densior autem ab hac: et non habet aliquam respirationem non enim amplius inest magnum rarum: et propter hoc istius terre hyeme magis est calidum. etenim fumus collectus quidem calidior est secundum quod rarus existit: et aliter. Humida autem repressa a seipsis calide fiunt et in veloci valde a caliditate combusta putrefiunt: non enim transit respiratio per ipsa tanquam densa existentia. Si autem sicca fuerint et rare posita multo minus calefiunt et non putrefiunt. sic autem et frumenta et hordea humida existentia et fusa calidiora sunt quam sicca fuerint et rare posita. Et indumenta colligata et compressis fortiter inuoluta: vruntur a seipsa sicut ego vidi iam tanquam ab igne: et alia si quis voluerit estimare: omnia quecunque reprimuntur a seipsis calidiora inuenit quam rare posita; non enim respirare frigidum

aventis ita aũt ⁊ terra inferi⁹ repleta existente: ⁊ ipsa a seipsa repressa tanq̃ graui ⁊ densa existente ab humiditate calidum est hyeme: nõ enim est ipsius exalatio aliqua calidi: sed quãdo ceciderit ex celo aqua in ipsam quando respirat in terra ab ipso non transit ante tã q̃ terra existẽte densa: sed spiritus retro ad aquã venit: ⁊ ꝑpter hoc fontes calidiores sunt hyeme ⁊ maiores q̃ in estate: q: respirãte spiritu retro venit ad aquam tanq̃ terra dẽsiori existẽte ⁊ nõ transit ꝑ eã spiritus ⁊ aqua multa existens inq̃tum si contingat: hic autẽ rũpit distendens ⁊ viam sibijpsi facit ampliorẽ q̃ si modicus fuerit: aq̃ enim in terra non stat. sed semper tendit in decliuium: si autem trãsiret hyeme ab aqua spiritus terre per se minor aqua ꝑcederet ab ipso ex ipsa ⁊ fontes nõ essent vtiq̃ hyeme magni: hec autẽ dicta sunt a me: ⁊ terre inferi⁹ calidi⁹ videt̃ existens hyeme q̃ estate. Nũc autẽ volo dicere: quia estate inferi⁹ terre frigidi⁹ videt̃ existens q̃ hyeme estate enim rara est terra ⁊ leuis tanq̃ sole attrahente ad se ab ipsa humiditatem: habet autem terra in se aquam plus aut min⁹: spũs aũt oẽs sunt nobis ex aqua: hui⁹ autẽ simile est q: ita se habet: ab omnibus enim fluminib⁹ ⁊ nubib⁹ spiritus procedunt quotidie ⁊ cõtinue: nubes autem sunt aqua continua in aere: ⁊ tũc vtiq̃ terra rara est ⁊ leuis estate ⁊ tanq̃ in ipsa habens ⁊ aq̃ fluit ad decliuia descẽdẽte aũt aqua semper expirat exinde ali⁹ spiritus ex alio: q̃ autem erat per terrã venit leuẽ ⁊ rarã existentẽ: ⁊ frigidus terre facit. ⁊ ipsa aqua similiter infrigidatur. Habet autẽ sic quẽadmodũ si quis in vtre aquã existẽtẽ repressserit fortiter ⁊ exalationẽ aqua fecerit in pũcta vel in pũctura: aut magna aut parua acus ⁊ vtrẽ pendens subleuet nullus spiritus ꝑ perforatum procedet sed aqua: nõ em̃ habet amplitudinẽ qua expirat aqua sicut autem habet hyeme de aqua in terrã: si autẽ aqua in vtrem amplitudinẽ fecerit ⁊ pendẽs subleuabis vtrẽ spirit⁹ ꝑcedet ꝑ ꝑforatũ. amplitudo enim est spiritui ab aq̃ mota exire ꝑ vtrẽ ⁊ ꝑ ꝑforatũ spirit⁹ ꝑpter hoc ꝑcedit. Sic autẽ habent se aque estate terra: amplitudo em̃ est ipsi tanq̃ terra rara existẽte ⁊ sole attrahẽte ab ipsa humiditatẽ ad se: ⁊ trãsit spũs tanq̃ frigid⁹ existẽs ab aq̃ ꝑ ipsam rarã existẽtẽ ⁊ leuẽ ꝑpter hoc inferi⁹ ipi⁹ existẽs frigidũ estate. ⁊ aque magis spiritu qui est in terra frigido existente: ⁊ ipsa dimittit sibijpsi spiritum ad terram ⁊ pariter quidem que hauritur in puteo semper mouet spiritum tanq̃ flabellũ ⁊ ipsum facit frig⁹ prebere aque: que autem non hauritur aq̃ estate sꝫ est stãs dẽsum exñs nõ similiter recipit spm̃ ad se a terra: neq̃ in terrã ad se tradit: ⁊ pariter a sole ⁊ a aere nõ disperso in puteo: sꝫ stabili existẽte calefit prio sꝑficiale ipi⁹: deinde alteꝝ ab altero ad inferi⁹ tradit caliditate: ⁊ ꝑpter hac aqua q̃ nõ haurit̃ estate calidior est ea q̃ haurit̃. Fontes autem profundi aquaꝝ estate valde sunt frigidi ⁊ aqua hausta hyeme a terra calida existente confestim enim calida est quando autem tempus fit frigida est ab aere frigido existente

stente. exarescit enim avento ꝛ spiritus per ipsam transit quem-
admodū ꝛ aqua que hauritur estate qñ hauritur frigida cōfestim
fit calida propter hoc qꝛ terra rara existēte ꝛ spiritu existēte in ipsa
infrigidatur: quādo autem hauritur tēpus fiat stabilis: calefit eñi
ab aere calido existēte quēadmodū ꝛ aqua qui non haurit in puteo
estate: ꝛ propter hoc calida fit: quidē adhuc dicta sunt a me. Resu-
mā iterū quare estate terre inferiꝰ frigidiꝰ est hyeme autem calidū:
superiꝰ aūt terre cōtrariū huiꝰ: ꝛ oportet arbori duo nō calida fieri
neqꝫ duo frigida. simul si debet sana esse: sꝫ si ex supiori aduenit. ex
inferiori oportet frigidū aduenire sibi radices aūt qñ attraxerint
arbori retribuūt ꝛ arbor a radicibꝰ. ꝛ ita fit cōseruatio ꝛ frigidi cali
dis tanqꝫ ꝛ hominibꝰ intrātibꝰ in ventrem cibis quecūqꝫ digesta ca
lefaciūt oportet infrigidare tradendo arbori a loco ꝛ arbori. ita ꝛ ar
bori ex inferiori oportet retribuere ad superiora ꝛ ecōuerso: ꝛ auge
tur arbor ꝛ superiꝰ ꝛ inferiꝰ ꝑpter hoc qꝛ nutrimētū est ꝛ ex supiori ꝛ
inferiori ꝛ quousqꝫ mollis fuerit vehementer nō fructificat: nō eñi
est ipsi pinguis ꝟtus neqꝫ grossa que in fructū conferūt quale est. qñ
autē tēpus fit tūc vtiqꝫ in ipsa vene ample facte faciūt in ipā ex ter-
ra pinguē ꝛ grossum fluxum. sol aūt diffundēs spm̄ ipsum facit ex
trauiuere vel exire sicut leuem exn̄tem in extremitatibus ꝛ fructi-
ficare ꝛ subtilē quidē humiditatē a fructu aufert grossa aūt matu
rans sol ꝛ calefaciēs: dulcora. Arbores ꝟo q̄ nō fructificāt nō hñt
pinguedinē in seipsis quāta in fructum tradāt extra. oīs aūt arbor
qñ a tpe firmabit ꝛ sumat ex inferioribꝰ vtiqꝫ a radicibꝰ terre ces-
sat augeri quibuscūqꝫ autē arboribꝰ ab alijs arboribꝰ oculi insiti
sunt. ꝛ arbores facti in arboribꝰ viuūt ꝛ fructificāt fructū: nō simi-
lem quibus infinite sunt tali modo hoc fit. Accidit oculo primum
quidem germinare. alimentū eñi habuit primum q̄dem ab arbore
qui decisus est: deinde in qua situs est. quando autem germinabit
ita trāsmittit in arborem radices ab ipsa subtiles. in primū auge-
tur ab humiditate que est in arbore in qua situs est: deinde tēpore
facto mittit radices in terrā ꝑpterea qꝫ ī qua sitꝰ est eleuat a terra
attrahens humiditatē ꝛ nutrimētum ipsi: ꝛ exinde est quare nō ad
mirandū insitas arbores alteriꝰ fructꝰ esse: viuunt eñi a terra. hec
autem dicta sunt a me de arboribus ꝛ fructibus: ꝑpter hoc qꝛ non
est pose mihi sermonem semper factum derelinquere. Redibo autē
iterum retro cuius sermonis causa hic de his dicta sunt. dico eñi
vegetabilia in terra omnia viuere ab humiditate terre: ꝛ qualiter
se habet terra humiditate: que est in ipsa: ita ꝛ vegetabilia habere
ita ꝛ puer viuit a matre in matricibus et quomodo mater sana se
habet ꝛ ita puer se habet: si quis autem voluerit intelligere ea q̄ di
cta sunt de huiusmodi inueniet ex principio ad finem. naturā oīm
similē existere vegetabiliū enim ex terra ꝛ humana natura ꝛ hec a
me ad hoc dicta sunt. puer aūt in matricibus existēs manꝰ hꝫ apō

mentum: caput prope pedes: & nõ est vere iudicare neq; videbis in matricibus puerum vtrum caput superius habet aut inferi⁹ ex vm bilico distẽsi sunt pãniculi propositi sibi: nunc autem dico cognitio nem quam dixi enunciare pauloante sicut possibile est humane mẽ ti manifestã existentem cuilibet volenti scire de hoc: q: sperma in pã niculo est. & fm mediũ ipsius vmbilicus est: exinde primũ spirationẽ attrahit ad se: & transit extra: & ex vmbilico pãniculi sunt in aliã natu rã pueri sic se habentes quã dixi inuenies totã vsq; ad hec qualiter a me in sermõib⁹ nõ fuerit assertũ. si voluerint enim aliquib⁹ testib⁹ quib⁹ debeo dicere vti. Si quis enim voluerit oua. xx. aut plura qua liter excorianẽ supponere gallis vel gallinis siue duobus aut plurib⁹ & incipiẽs singula die a scdã vsq; ad vltimũ fm q deficiet ouũ auferat frangẽdo intendens inueniat omnia habentia secundum meã ra tionẽ vt cõgruit auis naturã comparare nature hominis. q enim pãniculi sunt ex vmbilico distensi: & alia quecũq; dicta sunt de pue ro multa se habere in ouo auiculari inuenies ex pñcipio vsq; ad fi nem: & etiã si q̃s nondum sciuit admirabiẽ in ouo auis existere vm bilicum. hic aũt sic se habent: & hec a me dicta sunt: qñ autẽ mulie ri ptus aduenit accidit tunc puero moto & calcitrãdi manibus et pedibus rũpere aliquẽ interiorum panniculorũ. rupto aũt vno alij vtiq; infirmiorem fortitudinẽ habent & rũpuntur: primum quidẽ illius continui deinde postremus. qñ autem franguntur vel pan niculi tunc soluitur a ligamento embryo: & tenditur extra iectiga tum: venientib⁹ em̃ pãniculis anterius & his apertis matrices nõ habẽt amplius potentiã puerũ retinere: simul capiunẽ vel cooperiũ tur em̃ & pãniculi matricũ quãdo puer circunuoluitur non multo post. quãdo autẽ egreditur puer cogit & dilatat matrices in exitu molles existentes egreditur aũt ad caput si scdm naturam exierit grauiora em̃ sunt ipsi superiora ex vmbilico liberata. existẽs in ma nibus incontinens magis fit ex panniculis secũdum ruptionem si mul. x. mense quãdo partus matri aduenit. Si autẽ violẽtã passio nem passus fuerit puer & ante hoc tẽpus ruptis panniculis egredi tur: & hoc si nutrimentũ prius fiat a matre puero. & sic prius partus matri aduenit: velocius autẽ. x. mensibus egreditur. s; quicũq; opi nati sunt habere puerũ tẽpus plus. x. mensibus. iam em̃ multotiẽs hoc audiui: extraxerũt hoc modo quo debeo dicere. Quãdo matri ces spiritũ acceperũt in seipsas a ventre ventositatẽ prebente iſla buntur: si enim hoc poterant & putãt vti mulieres ad se habere: tũc & si mẽstrua nõ existẽtia cõuertãtur in matricibus & fuerint diutur niora: semper defluunt in matrices est quidem quando a ventosita te que est a ventre. est autem quandoq; & calefacta: sed etiam tũc in vtero putant habere mulieres tanq; menstruis non egredientib⁹ & matricibus inflatis: deinde quando menstrua rumpuntur sponta nea: aut alijs superdescẽdentibus ad matrices & ducẽtibus deorsũ

priora τ ventositas egressa est τ mulieris vtiq; confestim post purgationē matrices aperte sunt τ ad testiculum conuerse sunt τ coeūtes cū viris mulieres cōceperunt ad se eodē die aut simul paucis dieb⁹ putāt mulieres inexperte harum rationū τ causarū illo tpe in vētre habere tunc quando menstrua non egrediebant ab ipsis τ matrices inflate erant. Quod aūt nō est diuturnū .x. mensib⁹ habere in vtero dicā nutrimentū τ augmentū quidē a matrice descendentes non amplius sufficiens puero est. quando .x. mēses aduenerint τ embryo augeatur attrahit em̄ ad se sanguinē dulcissimū pariter aūt τ a lacte auget parū: cū autem ipsi rariora hoc fiunt τ grossior existēs puer petēs plus nō existente nutrimēto calcitrat τ pāniculos rumpit τ mulieres primo pariētes hic patiunt magis: deficit em̄ nutrimentū pueris ad sufficientiā vsq; ad .x. mēses plus deficit aūt his ꝓpter hoc sunt aūt hic q̄ purgant a mēstruis plurimis alie vero paucioribus hoc aūt sp fit: τ natura τ in genere matricū est. q̄ aūt menstrua modica trāsmittūt: nutrimentum rarius se prebēt pueris in vltimo temporis. quando vtiq; ergo superiori nutrimēto indigēt faciunt calcitrare: τ ante .x. menses egreditur: parū em̄ ab ipsis egreditur sanguis: sic autem in plus accidit τ sine lacte magis esse has mulieres que modica menstrua mittūt duriorisem̄ carnis τ dense carnis sunt hac autem ratione q2 deficiente nutrimēto egreditur embryo: nisi aliqua passio violēta accidat: testimoniū autem ē auis q̄ fit ex vitello oui hoc modo accubante matre calefit ouū: τ qd existit in ouo a matre mouet. calefactū aūt qd existit in ouo spiritū hz τ attrahit aliū frigidū ab aere per ouū. ouū em̄ rarū ita tanq; apertum spiritū attractū sufficientē ire existente inferius τ auget auis in ouo τ articulatur hoc modo τ simili quo τ puer: sicut et prius dictuz est a me: fit autē ex vitello oui nutrimentum autem τ augumēmentū est ab albo quod est in ouo τ hoc vtiq; manifestum est omnibus factum quicūq; τ intellectū intendūt: quando autem deficit nutrimentum auicule ex ouo non habens sufficiens a quo viuat mouetur fortiter in ouo appetēs nutrimentū plus τ panniculi circumfranguntur: τ quando mater sentit auiculam moueri fortiter rumpens extrahit: τ hic accidunt sibi in .xx. diebus: τ manifestum est ꝙ ita se habet quando enim sculpsit auis in cortice oui: nihil est humidum quod sit dignum ratione. consumptum enim est in auiculam. Ita autem τ puer quando augetur non amplius potest mater prebere nutrimentum sufficiens: appetens igitur pl⁹ nutrimentuz presente embryone calcitrans frangit panniculos τ solutum a ligamento tendit pariter foras hec fiunt in .x. mensibus ad longissimū Et scdm hanc rationem τ bestijs τ feris partus aduenit tempore in quo singulū parit ad longius. Unicuiq; eniz animaliū necesse ē tps in quo nutrimentum rarius est embryoni. τ deficiet et partus adest et que quidē habent min⁹ nutrimentū embryonib⁹ minus pariunt.

que vero plus posterius.et hec quidē ad hoc dicta sunt a me. Puer autē qñ circūfranguntur panniculi siquidē vtiq3 in exitu ad caput facile parit mulier si autē ſm latus aut ſ3 pedes egredietur fit eñ hoc si ita egressus accidat factus autem ab amplitudine matricū et si mater in dolore non quiescat primum autem si ita egreditur difficulter pariet mulier: multeq3 vtiq3 aut ipse destructe sunt aut pueri aut simul. Parientes autem mulieres maxim e dolent q̄ primo pariunt propter inexperientiam dolorum: et maxime dolēt q̄dā secundum lumbos et anchas. dolent autem et totum corpus distant et anche ipsarum que autem maxime experte partus minus dolēt primo parientibus que vero multotiens minus dolēt. Si a capite ierit embryon caput primo extra egreditur. deinde alia mēbra consequentia: postremo autē vmbilicus: ex vmbilico autē regio tēsa ē: post hoc autē putredo venit sanguinea a capite et ab alio corpore segregata coactione et labore et caliditate et fecit vel facit viā purgationi part⁹ post exitū putredini mundificatio fit ſm tp̄s primo dictum et māmille et alia membra mulierum quecūq3 humidiora sunt rumpuntur minus quidem in primo partu. deinde tanq3 pluribus corrūpūtur partib⁹ adhuc magis rūpuntur euacuatis venis a mūdificatione ptus. hec aūt a me dicta sunt ad hoc. Semelli aūt fiunt ab vno coitu: hñt eñ vētres et sinus matrices densos. hos quidem lōgiores: alios vero propinquiores. testiculi et multorum generātia aialium plures hñt paucorū gn̄atiuis: siľr aūt oues et bestie et aues Quādo aūt mulieri accidat diuersa aut diuisa accidēs ad duos vētres et matrices rapiāt sperma et ventriū neq3 aliter ad alterū vētrē relaxet. diuisum aūt in vtroq3 vēter pticulatur et viuificatur eodem modo quo et nūc dictū est. q3 autē ab vno coitu gemelli fiunt hoc est signum canis et sus et alia aialia sunt quecunq3 ab vno coitu pariūt et duo et plura et singulū animalium in matricibus in ventre et pāniculo sunt. et hic nos ipsi dicamus fieri et hec pariunt eadē3 die omnia vt multum sic autem et mulieri ab vno coitu pueri facti. vterq3 in vētre et regione est. et pariuntur eadem die vtriq3 et primū aliter egreditur foras et regio ipsius. Quod autē femina et masculus gemelli fiunt. dico in femina et viro et in vnoquoq3 animali sperma esse et infirmius et fortius non insimul egreditur sperma: sed in duas et tres erectiones vel electiones. et non est possibile semper simile esse totū forte. quod primo egreditur et quod posterius siquidem contingat grossum et forte sperma intrare in alterum ventrium illic masculus fit. si vero in alterum humidius et imbecillius ibi femina fit. si vero in vtroq3 forte ingrediatur vtriq3 masculi fiunt. si vero infirmum vtreq3 femine fiunt. Iste sermo sic dictus totus finem habet.

Deo gratias.

¶ Et hic finis imponitur libello hypocratis de embryone siue natura fetus.

¶ Eiusdem liber secretorum incipit.



Dixit hyppocrates cũ in somnis apparet apostema nigrum in posteriori pte auris morieẽ infirm⁹. 18. die. Et cũ in iũcturis hydropis exiuerit aq̃a aut in pede liberabitur post mẽsem a die qua apparuit. 3.

¶ Super nasum aũt si apparuerit pustula sicut pannus lineus mũdus aut nigra morieẽ ĩ fine anni a die apparitionis. 4.

¶ Et qñ febriẽs habuerit dolorẽ sub hyppocũdrĳs sinistris: ꝛ apparet in loco aq̃a: ꝛ delituerit subito morieẽ in die quarta. 5.

¶ Et si pustula nigri coloris aut pauonis coloris ĩ poplite sinistri pedis: scias ꝙ est pestilentia. 6.

¶ Si patiẽs alienatus fuerit ante tertiũ diẽ morietur ante. 7.

¶ Et si exitura pustule nigra in lingua fuerit febrientis in die nõ cretico pronosticatur mortem. 8.

¶ Alienatio cito post dolorem totius corporis ꝛ cardiacam statim post somnũ significant abundantiã hu. in corpore ꝛ ꝓnosticantur mortem subitaneam. 9.

¶ Cũ exierit in palpebra patiẽtis apostema quasi auellana sine dolore ꝛ grauitate morietur in. xxxiij. die. 10.

¶ Cũ exierit in summitate nasi apostema nigrũ subito cũ forti dolore: morietur in tribus mensibus. 11.

¶ Qui carẽt odoratu sine reumate fe. ꝓnosticantur. 12

¶ Dolores iun cturarũ in iuuẽtute breuitatem vite significãt. 13.

¶ Tremor genuũ post somnũ cũ remanentia virtutis ꝓnosticatur paralisim. 14.

¶ Cum in ancha apparuerit apostema acutũ morietur in tribus mensibus. 15.

¶ Grauitas lingue post eius leuitatẽ in iuuẽtute: significat mortẽ subitaneam. 16.

¶ Cũ in auris cartilagine exierit apostema fortis doloris morietur in tribus mensibus. 17.

¶ Qui patitur ephimerã: ꝛ fluxerit sanguis ab eius naribus: morietur trigesimotertio die. 18.

¶ Qui dormierit oculis apertis absq̃ consuetudine epilepsiam significat. 19.

¶ Quando febriẽs huc illuc manibus quesierit ꝛ viderit mortuos quintodecimo die morietur. 20.

¶ In quo febriẽte apparuerint dispositiones insuete si discooperit pudẽda absq̃ pudore ꝛ loquitur verba turpia morieẽ oĩno. 21.

¶ Alienatio in omni egritudine pessimum. 22.

¶ Permanẽtia sensuum non significat euasionẽ omnino. 23.

¶ In cui⁹ crure apparuerit pustula cerulei coloris ꝛ flammei: oĩno

morietur primo mẽse. Et si fuerit sine ardore ꝛ pruritu in septem mensibus morietur. 24.

¶ Pustule nigre ꝛ virides mortale magis si fiāt cum febre. 25.

¶ Tortura mandibule vel obliquatus visus in febre acutā significat mortẽ statim. 26.

¶ Cui⁹ oculi fuerint obliqui cito alienationẽ significant. 27.

¶ Cui⁹ sensus odorat⁹ subtilior fit insueto surdū pnosticaẽ. 28.

¶ Qui appetit comedere in horis nō assuetis humores in eius stomacho pnosticaẽ: q̄ si fuerint sparsi vel cōgregati īferūt mortẽ. 29.

¶ Qui multū studuerit in libris philosophorū pnosticaẽ vigiliaꝫ. maniā vel melancholiā. 30.

¶ Qui loquitur subito turpia: ꝛ appetit subito cibaria nociua debilitatẽ significat mẽbrorum principalium. 31.

¶ Qui multū sufferunt fortis sunt cōplexionis. 32.

¶ Acuitas maliciā significat intelligentie: sed tẽperantia magis est conueniens. 33.

¶ Qui transierint ẜm ānū ꝛ acciderit eis dolor rhenū nō curantur sed que magis psunt: sunt medicine a virtute occulta opantes q̄ si trāsierint pmū ꝛ acciderit eis frenesis morientur. 34.

¶ Cū acciderit febris cū tussi ꝛ subito tussis recesserit pronosticaẽ apostema in aliqua iuncturarum. 35.

¶ Iuuenis cui acciderit pleuresis magna morietur. 36.

¶ In cuius corpore acciderit sepe dormitio mẽbroꝝ significat ipm mori subito ppter paucitatẽ spirituū in corpore. 37.

¶ Qui piger est ad motū pnosticatur dolorem iuncturarū. 38.

¶ Cuius sudor assellaꝝ fetet pnosticatur lepram. 39.

¶ Quicūqꝫ iuuenis habẽs febrẽ cū dolore capitis incurrẽs cardiacam morietur quasi subito per tres vel quatuor dies post principiū febris.

¶ Prologus Haly in librū hyppocratis de esse egrorum secundum lunam.



Dixit Hyppocras medicoꝝ optim⁹ cuiusmodi medic⁹ ẽ q̄ astronomiā ignorat: est em̄ tāq̄ cec⁹ viā baculo examinās: huc illucqꝫ miserabiliter cespitās: p qualibet boni mali ve apparẽtia fātastica ꝛ inani vt fatu⁹ trepidās ꝛ exultās. Null⁹ bō se mittere deberet in man⁹ illi⁹: q2 nō est medic⁹ pfect⁹ nec noie medici mereẽ decorari. Cognoui ergo q2 op⁹ erat sciẽdi astronomiā: ꝛ asperi in libro Hyppocratis: ꝛ inueni librū paruū sed optimū quẽ qui bene sciuerit efficietur magnus: et est valde necessarius omnibus medicis.

¶ Incipit libellus diuinus quẽ hyppocras de esse egroꝝ ẜm lune existentiam ac dispositionem edidit.

¶ De hora ꝛ crisi recumbentiū ẜm lunam.

HJppocrates dixit qp primũ aspice lunã qñ ẽ plena lumis ⁊ tũc crescit sanguis ⁊ medulla in oi hoie ⁊ bestijs oib⁹ ꝯm augmẽtũ: ⁊ in mari ⁊ in cũctis reb⁹ mũdanis. ¶ Cũ igĩ infirm⁹ cadit in lecto op⁹ est ei videre si luna exeat de cõbustiõe: tũc eñi crescit infirmitas quousqꝫ venerit ad oppositiõis gradũ: ⁊ qñ intrat in oppositionẽ vide si fuerit cũ malo planeta aut ĩ malo loco: ⁊ si aspexerit dñm dom⁹ mortis: ⁊ ꝑ hoc poteris scire vtrũ hẽat mori an nõ: ⁊ si hẽbit longam infirmitatẽ aut nõ. Nũc videamus naturam omnium signorum iuxta presentiam lune in eis. ¶ De luna in ariete.

QUum infirmitas cuiqꝫ acciderit cũ luna fuerit in ariete cuꝫ sole erit infirmitas in capite ⁊ ꝓpter calorẽ solis ⁊ dolebit ei pulsus capitis. hꝫ qꝫ febres calidas ⁊ nõ vadit caliditas ab eo: patitur qꝫ ãxietatẽ ⁊ vix loqtur: in pectore nimiũ calorẽ patiĩ: ⁊ dolorẽ ĩ pulmone. ⁊ hꝫ vehemẽtissimũ pulsuꝫ. Necesse est ergo ei vt minuaĩ sibi sanguis de vena cordis: ⁊ opꝫ vti reb⁹ frigidis ĩ potu ⁊ cibo ⁊ minuẽtib⁹ vtiqꝫ calorẽ: ⁊ hec infirmitas ꝺuenit ĩ frenesim nisi ꝓueniat medicina ⁊ piculũ ẽ mortis. ¶ Sꝫ si cũ ea fuerit mars aut saturn⁹ moriet̃ ex hac infirmitate infra. vij. dies a die cũ luna fuerit cũ sole ꝑ. 4. aspectũ ⁊ pl⁹: hoc ẽ si luna addat suo lumini. ¶ Si luna fuerit in ariete ⁊ infortuna aspexerit eã extra q̃dratũ vel oppositionẽ. Si fuerit saturn⁹ cũ ea ista infirmitas erit ĩ capite ⁊ ducet eũ extra mẽtẽ ⁊ insanit. et tũc crescit nũc minuiĩ: ⁊ est silis illi q̃ videre nõ põt. ⁊ si astronomiã nescis nõ poteris ei⁹ iudicare infirmitatẽ. ¶ Et si luna fuerit ĩ diminutõe graduũ vl' lumis qñ reuertiĩ ad ꝑmũ aspectũ saturni. i. qñ eũ dimisit: ⁊ ꝑ aliũ aspectũ eũ aspexerit termiaĩ infirmitas ĩ bonũ siue in malũ: qꝛ si inspexerit aliã infortunatã moriet̃: ⁊ si nõ aspexerit meliorabiĩ: ⁊ qñ luna dimiserit istos aspect⁹ de q̃b⁹ dixim⁹ qp dꝫ termiare ⁊ inuenerit iouẽ vl' venerẽ ꝑ aliquẽ aspectũ añqꝫ veniat ad cõbustionẽ infirmitas stabit supra cũ dõec luna venerit ĩ aspectũ vl' oppositionẽ sol': ⁊ si istos nõ ĩuenerit ⁊ mercuriũ iuenerit moriet̃: ⁊ si ĩuenerit martẽ meliorabiĩ: ⁊ hec infirmitas erit ab aliq̃ flegmate albo. ¶ Et qñ infirm⁹ ꝑmo sentit infirmitatẽ ⁊ fuit luna addẽs suo lumie ⁊ gradib⁹ ⁊ mars ⁊ sol ĩ ariete erit infirmitas in capite ⁊ insanit ⁊ nasciĩ apostema ĩ capite ꝺ flegmate albo: ⁊ exit sanguis de narib⁹. ⁊ opꝫ eũ vti frigidis: ⁊ est op⁹ ei facere medicinã vñ apa remoueaĩ. ¶ Et si luna fuerit cũ mercurio ĩ loco solis euadet infirm⁹: sꝫ pri⁹ erit ĩ magno piculo. Jõqꝫ mercuri⁹ cõcordat cũ marte ĩ vno negocio: sꝫ mars nõ facit sicut saturn⁹ sꝫ moriet̃ qñ saturn⁹ est in loco solis. ¶ Sꝫ si fuerit iupiter cũ eadẽ vel mercuri⁹ vl' ven⁹ hẽbit infirmitatẽ diuersaꝫ. Si aspexerit eã mars vl' saturnus aliq̃ aspectu op⁹ ẽ vt des ei leuẽ medicinã ⁊ leuẽ dietã qñqꝫ sedeat: qñqꝫ se voluat: ⁊ pone eũ sedere ĩ aliq̃ loco vt possit ꝑ totũ videre: et balneo vtaĩ: ⁊ fac eũ sedere plane ⁊ dormire: ⁊ da ei bibere aquã frigidã: ⁊ da ei mãducare q̃dris: qꝛ qñ ẽ aspect⁹: nõ est ei op⁹ dare medicinã ꝯm phẏsicũ nisi sicut volet. ¶ De luna in thauro.

Quando incidit infirmitas et luna est in thauro ꝛ aspicit eã mars ab oppositione vel quadrato illa infirmitas est ex sanguine et sentit caliditatẽ ꝛ siccitatẽ: et dolet in nocte ꝛ nõ põt dormire: ꝛ hꝫ volũtatẽ bibendi vinũ aut res frigidas: et est necessariũ ei minuere sanguinẽ ꝛ dare ei medicinã que reddat eũ frigidũ ꝛ humidũ. Sed si fuerit in isto aspectu saturnus cũ luna aut venerit ad eum: et nõ inuenerit fortunã morietur infra .14. diem a die quãdo inceperit ei primo infirmitas. Et si fuerit luna addens in suo lumine ꝛ gradibus: et inspexerit eã mars ex trino vel ex quadrato ꝛ luna venerit ad saturnũ et mercuriꝰ cũ ea hec infirmitas ex frigiditate ꝛ siccitate erit: et erit totus fractus ꝛ diruptus: ꝛ vix etiã pauca loqui poterit: ꝛ stomachus eius nõ põt digerere: ꝛ interius caloreꝫ non habebit: ꝛ medicina laxatiua erit ei necessaria: qꝛ ista frigiditas est de colera alba. Aspice ergo lunã qñ venerit ad oppositũ loci in quo fuerat. ꝛ cũ ibi fuerit habebit magnũ piculũ ꝛ laborẽ et morietur si nõ inuenerit cum luna fortunã aliquã in vno signo ꝛ si inuenerit cũ ea fortunã euadet vsqꝫ ad .8. dies. ¶ Sed qñ accidit alicui infirmitas ꝛ luna fuerit ĩ thauro ꝛ mars ꝛ sol ibidẽ cũ ea: habebit istã infirmitatẽ in nocte in pectore: et lingua sibi erit cõbusta: ꝛ habebit magnũ calorem in ore et in oculis citrinitatẽ: vadit etiaꝫ ad sellã ꝛ balbutiet ꝛ hꝫ febres ex sanguine ꝛ sitim nimiaꝫ patitur est ei opus medicina laxatiua ꝛ sanguinis minutione et manducet quicquid vult: ꝛ bibat de frigido: ꝛ caueat a calido. Et aspice quãdo luna fuerit in trino aspectu ad solem: si minuatur infirmitas viuet. ꝛ si crescat morietur quando erit luna in oppositione solis. Sꝫ si inuenerit iouem vel venerem non morietur: ꝛ si est in fortuna morietur.

¶ De luna in geminis.

Si luna fuerit in geminis quãdo alicui acciderit infirmitas ꝛ aspexerit eã mars aut saturnus ex quarto vel septimo: est illa infirmitas ideo qꝛ pdidit somnũ aut qꝛ habuit aliquam tristitiam vel habuit nimiam cogitationẽ de aliquo negocio: qꝛ amisit aliq̇d de rebus suis et dolebit totum corpus: et durabit hec infirmitas per centum dies et plus: postea vero habebit calorem in corpore sꝫ cum iacet in nocte se multum extendit: et dolorem habebit in epate. Et si non fuerit cum luna vna ex fortunis morietur vsqꝫ ad dies triginta. ¶ Cum luna aũt fuerit in geminis addens in suo lumine ꝛ gradibus ꝛ mars aspexerit eam ex quarto vel septimo. erit hec infirmitas ex colera rubea: ꝛ habet febres ꝛ pulsus est vehemẽs. Minuat itaqꝫ sibi ita sanguinẽ ꝛ frigidis vtatur cibis. Sed si fuerit saturnꝰ in isto aspectu: ꝛ nulla fuerit fortuna cũ luna morieẽ qñ luna venerit ad oppositionem illius in quo erat qñ incepit infirmitas. Et si aliqua fortuna eã aspexerit euadet: sꝫ in magno piculo erit. ¶ Si fuerit luna ĩ geminis ꝛ saturnꝰ ĩ ea: hec infirmitas ex hũiditate ẽ: ꝛ frigiditas eiꝰ erit ĩ capite: ꝛ iõ diligẽter aduertas ne minuas

tali infirmo sanguinē: ⁊ ne vtaꝛ reb⁹ frigidis ⁊ humidis: sꝫ da huius modi infirmitatē patiēti res cōuenienter temperatas. Et aspice qñ luna venerit in oppositionē ipsius solis: si inuenerit aliquā fortunā aspiciētē viuet debilitatus: si autem nullā fortunā inueniet morietur infirm⁹. ¶ Si vero in geminis fuerit luna ipsa ⁊ aspexerit eā alia fortuna ex bono aspectu supuiuet infirm⁹. Sꝫ ei⁹ infirmitas in aliam infirmitatē mutabiꝛ. Sed qñ dimiserit istam fortunam ⁊ nō inuenerit aliā fortunā quousqꝫ venerit in aliam oppositionem loci in quo erat nō potest scire medic⁹ quā infirmitatē habebit. Sed tūc euadet ab infirmitate sua cum luna fuerit in oppositiōe predicta. ¶ Si autē luna sit in geminis ⁊ cum ea sol ⁊ mars ⁊ ceciderit aliqs in infirmitatē. hec infirmitas erit magna: ⁊ vnus ei ocul⁹ lachrymabiꝛ. Ueniet quoqꝫ in frenesim ⁊ inest ei magnus timor: ⁊ apparēt añ faciē ei⁹ diuerse figure ⁊ imagines horribiles: ⁊ eius pulsus non inueniēꝛ: ⁊ puls⁹ capitis dolet ei. Caue igiꝛ ne minuas ei sanguinē ⁊ dā ei cibū leuē ⁊ nō multū: fac eū iacere in loco cōpetēter tēperato. Aspice igꝛ qñ luna fuerit ad aspectū quartū loci in quo primo erat: ⁊ tūc morieꝛ infirm⁹. Si luna fuerit infortunata. Si vero fortunata tunc viuet. ¶ Sed quando luna fuerit cum sole ⁊ marte: ⁊ aspexerit eam fortunata ex bono aspectu: ⁊ luna sit addens suo lumini ⁊ gradib⁹: ⁊ cum luna venerit ad quartum aspectum loci in quo prius fuit: vide ne des eis potionem aliquam: sed etiam vtatur leui cibo ⁊ balneo: ⁊ sedeat in loco alto ⁊ eminenti.

¶ De luna in cancro.

Si luna fuerit in cācro qñ aliqs i īfirmitatē īciderit: ⁊ aspexerit eā saturn⁹ ex quarto vel septimo: ei⁹ infirmitas erit qꝛ frig⁹ intensum eū inuaserat post exitum balnei ipso nō sentiēte: ⁊ nō sentit odorē aliquem: dolebit quoqꝫ ei pectus ⁊ tussim patiꝛ ⁊ paruꝫ habet caloris pulsus quoqꝫ in eo exigu⁹ reperitur aut nullus: dolēt ei etiā lumbi ⁊ stomachus: ⁊ est ei medicina pnecessaria ad mūdificādū pectus ⁊ ad tussim reprimēdam. ¶ Si vero nō fuerit cum luna ⁊ etiaꝫ non aspexerit eam aliqua fortuna bono aspectu donec venerit ad quartuꝫ aspectum loci in quo fuerat quando incepit eū infirmitas molestari: aut ad oppositū illi⁹: tūc hꝫ mori hinc vsqꝫ ad decē dies infallēter. Sed si aspexerit eā fortuna aspectu bono: tūc remanebit in vita: sed magnā habebit fatigationē. ¶ Si etiā luna fuerit in cācro ⁊ mars eā aspexerit ex aspectu quarto: vel ēt ex opposito ille quē infirmitas cepit ꝓmū nimiū vomit: vel alit euacuatiōs: ⁊ malum stomachum habet valde: ⁊ est ei multuꝫ necessaria medicina frigida ⁊ stomachi sui restrictiua: ⁊ si nō aspexerit eā aliq̄ alia fortuna conuēniēs ⁊ bona in ipo loco infirm⁹ morieꝛ anteqꝫ ad quartū aspectū veniat. ¶ Si vero luna in cācro ⁊ cursu suo sit vacua: hec debilitas siue infirmitas orta fuit ex nimio potu ex q̄ vene implete sunt sanguine ⁊ se nimiū distēdūt. Habet quoqꝫ dolorē nō modicū in nocte: habet etiā voluntatē sedēdi in altū. continuoqꝫ appetit stare discoopertus

et nō vult audire loquētē iuxta se aliquē. vtat quoqꝫ reb⁹ frigidis: tē peratis tñ q̄ eū īfrigidēt. Quādo aūt luna venerit ad oppositū cācri tūc īfirm⁹ euadet: si eā fortuna bōa aspexerit. Sꝫ si ipa iuenerit martē aut solē infirmitas hec cōuertit ad febres calidas: et pulsus ei⁹ nō cōmiscet sꝫ semꝑ vn⁹ est ei. Igit minutio ei foret necessaria qd pit⁹ medic⁹ moderare sciet et douret ꝯm infirmitatē. Si fuerit vt dixim⁹ in loco vbi fuerit ad q̄rtū g̃dū vl' oppositū. Si ēt iuener]. a. 90. vsqꝫ ad oppositū hꝫ tūc ad īfirmū: qꝛ habebit malū ī nocte: et clamabit et nimiuꝫ fatigabit: sꝫ q̄n venerit ad aspectū trinū infirm⁹ euadet. Sꝫ si iuenerit aliquā fortunā in illo bonā: nec esset residua infirmitas in aliā infirmitatē cōuertet et euadet q̄n luna fuerit reuersa ad locū suū in q̄ fuerat q̄n infirmitas eū inuaserat. Et si aduersantē sibi fortunā inuenerit īfirm⁹ morieī. ¶ Sꝫ si fortūa eā aspexerit aliq̄ aspectu bono remanebit infirm⁹ viu⁹ et euadet. ¶ Si aūt luna ī cācro fuerit et saturn⁹ cū ea vna cū Joue morbū habebit ꝑ spaciū triū dieꝝ: et tādē ꝯualebit et viuet. Si aūt luna in cācro fuerit et saturn⁹ et mars venusqꝫ cū ea et aliq̄s inceperit infirmari: hec infirmitas ꝯsurget ex nimia fatigatiōe itineris: et post suū aduētū ex itinere nimiū se cū muliere exercuit voluitqꝫ se hinc inde et multū fact⁹ est debilis: et ꝓpterea nequaq̄ minuere ei debeas. Sꝫ fac vt vtat carne assa et pullis: et maxime vt vtat cibo ꝯfortatiuo. et caueas ne ei des res frigidas: et cū exierit ꝺ loco illo et venerit ad oppositionē et nō inuenerit aliqueꝫ planetā infirm⁹ euadet q̄n veniet ad oppositionē loci in quo erat. et si fortunā bonā inuenerit valde breui in tp̄e euadet. Et si inuenerit malā fortunā crescit īfirmitas et q̄ꝓ̄mū morieī. ¶ Si aūt luna ī cācro sit: et saturn⁹ et mars et mercuri⁹ cū ea: et infirmitas aliquē īuaserit: īfirmitas talis ꝓcedit ex nimio labore scribēdi et legēdi: et ꝓuenit ēt ex sup̄fluitate colere nigre. Talis vti dꝫ medicina vtiqꝫ tꝑata colerā nigrā diuidēte. Q̄n āt fuerit egressa de loco illo et inuenerit fortunā euadet cū luna venerit ad quartū aspectū illi⁹ fortune. Sꝫ si iuenerit aliquē planetā bonū euadet quādo venerit ad oppositionē loci in quo fuerat q̄n infirmitas eū inuaserat. Sed si inuenerit infortunā durabit talis infirmitas quousqꝫ venerit ad locū in quo fuerat primo et tādeꝫ euadet. Sꝫ si inuenerit infortunā ꝓpter malū aspectū: tūc q̄n luna se reuoluet ad oppositionē talis infirm⁹ efficitur vesanus: furiosus: et mente captus. Si vero fortunam aliquam inuenerit infirmus cadet in aliā infirmitatem sed tamen euadet.

¶ De luna in leone.

Cum luna fuerit in signo leonis et aspexerit eā saturn⁹ ex q̄rto vel oppositiōe: et aliq̄s inciderit in infirmitatē infirmitas hec erit ex flegmate albo: et habebit dolorē intēsum in capite: ita q̄ est⁹ veniūt: et habebit febres multas: et nimiū durabit hec infirmitas: et maior erit interi⁹ q̄ꝫ exteri⁹ et erit q̄ꝫ maxime stiptic⁹: et si penit⁹ nullā fortunam aspexerit morietur q̄ꝫ primum ad quartum leonis aspe-

ctum applicuerit de loco cōputādo in quo fuerat qñ eū ifirmitas inuaserat. Sz si fortunā aliquā ispexerit euadet. ¶ Si xo luna in leōe fuerit ⁊ eā aspexerit mars ex q̃rto vl' septio: ⁊ aliq̃s iciderit i aliquā ifirmitatē tal' ifirmitas erit ex abūdātia sāguis: ⁊ calorē nimiū patieł ⁊ eū due feb. fortes inuadēt: vitet res frigidas ⁊ siccas. Et si aspexerit eā fortuna bono aspectu euadet post fatigatiōez magnā. Sz si fortuna bono aspectu eū nō aspexerit absq3 dubio morietur qñ veniet ad oppositionē loci in quo fuerat qñ eū ifirmitas illa ceperat. Cū iterū luna sit i leone ⁊ aspexerit eā mars aut sol ex aspcū opposito hēbit calorē maximū iteri⁹ in pectore: ⁊ hēbit pedes ⁊ manus intēsissime ⁊ excellēter frigidas ⁊ dolorē in capite: op⁹ est ei vti minutione sanguinis: si potes qñ luna est in illo signo. Sed si in illo nō potes minuere: dimitte eū donec veniat in medietatatē sui luminis vnge sibi pedes vnctione que tollat sibi infrigiditatē. ¶ Sz si mars vel sol sit cū ea in vno signo: erit hec infirmitas ex dolore cordis. Qñ xo luna venerit ad quartū aspectū loci in quo fuerat euadet. Quādo xo luna recedet de vno ex locis quos dixi ⁊ inuenerit iouē in itinere ad venerē añq3 venerit ad quartū aspectū: op⁹ est cōponere ⁊ balnea ⁊ in alto loco sedere. Si xo saturnū inuenerit conuertitur hec ifirmitas in vitiū vesice: euadet quoq3 cū luna venerit ad locū in quo fuerat primū. Et qñ luna inuenerit solē aut martē ⁊ fuerit cū ea saturn⁹ aut mercuri⁹ erit infirmitas sicut diximus ex dolore cordis: ⁊ erit lōga: ⁊ timendū est quoq3 ne veniat in mētis obliuionem. Utał quoq3 reb⁹ frigidis: ⁊ caueat a calido ⁊ ne iaceat in loco lucido. Aspice qñ venerit luna ad quartū aspectū loci in quo fuerat: ⁊ si hec infirmitas crescit morieł: si minuał: euadet donec luna ꝑgat tm̄ quantū vsq3 ad locū qñ venerit in oppositiōe. Sz si fuerit in fortuna euadet donec luna tm̄ ꝑgat q̄ntū est vsq3 ad locū in q̄ fuerat qñ infirmus eū cepit. ¶ De luna in virgine.

Cum luna fuerit in virgine ⁊ saturn⁹ aspexerit eā ex quarto vl' septimo qñ infirmitas ei accidit habebit dolorem stomachi: et ventris: tele sustinentis intestina: et interius habebit apostema de flegmate albo: interius quoq3 calorē patietur: ⁊ debilis pulsus est ei: ⁊ nemo pōt astrologice de ifirmo cogitare Utatur quoq3 reb⁹ frigidis ⁊ competenter temperatis ⁊ opus est vt saneł apostemate ita ꝙ non aperiatur. Et ista infirmitas est longa. Si vero fortuna eam aspexerit euadet post multos dies: ⁊ si in fortuna eam aspexerit morietur ad dies. 40. ¶ Cum luna fuerit in virgine et aspexerit eam mars aut sol ex quadrato vel septimo erit infirmitas cuz magno calore interius: ⁊ nimium ascendit ad sellam: ⁊ proijcit sanguinez ⁊ venenū ⁊ pulsus est ei fortis: ⁊ quādoq3 nō iuenitur: anxietatem quoq3 patił: hz etiā malū stomachum. Est igił medicina ei necessaria ꝯstipatiua: ⁊ stomachi ꝯfortatiua. vtał quoq3 reb⁹ leuibus: medicīa etiā leuis ei deł. Sz si nō aspexerit eā fortuna aliq̃ mo-

rietur vsq ad.30.dies ꝛ si aspexerit eã fortuna aliqua viuet. ¶ Cũ luna fuerit in ꝟgine ꝛ cursu infirmitas vacua erit: nã stomachus erit debilis. habebit q̃z fluxũ vẽtris: ꝛ qñ facit vrinã pũgit eũ vesi-ca: hꝫ quoq colorẽ viridẽ ꝛ vix facit vrinã. Sꝫ si fuerit cũ e a mars vel mercuriꝰ seu sol erit ĩfirmitas magna ꝛ vix loquit̃ opꝰ ẽ ei medicia q̃ paulatim fluxũ vẽtris restringat hẽbit q̃z magnũ ꝑiculũ qñ luna venerit ad loci oppositionẽ ĩ quo fuerat. ꝛ si aspexerit eã fortuna viuet: sin ꝟo moriet̃: ꝛ si fuerit sic ꝛ iueneris saturnũ cũ luna vł mercuriũ aut venerẽ aut iouẽ h̃ ĩfirmitas erit minꝰ lõga: ꝛ hẽbit dolorẽ capitꝭ ꝛ non euadet donec luna venerit ad locũ in quo fuerat quãdo infirmitas cepit.

¶ De luna in libra.

Cum luna fuerit in libra ꝛ venerit ad q̃dratũ aspectuꝫ et saturnus aspexerit eã ex quadrato vel oppositione erit hec infirmitas ex nimia potatione ꝛ maior infirmitas qñ luna erit in diminutione lumis ꝛ graduũ ꝛ tp̃a ei dolẽt pectꝰ q̃q strictũ ei fit ꝛ hꝫ flegma albũ in pulmõe ꝛ sternutat multũ. hꝫ quoq fe. leues opꝰ est ei mediciua tp̃ata ꝛ cibo tp̃ato ꝛ leui vtat̃. Si ꝟo aspexerit eam mars ex malo aspectu moriet̃. ꝛ si nõ aspexerit viuet qñ luna venerit ad opositionẽ loci in quo p̃io fuit. ¶ Si aũt fuerit luna ĩ libra et aspexerit eã mars ex q̃drato vel oppositiõe: hec ĩfirmitas erit de sanguine ꝛ hẽbit magnas feb. ꝛ pulsus sunt vehemẽtes: ꝛ in nocte videt pessimas visiões: ꝛ nõ põt dormire: ꝛ hꝫ ap̃a ex fl'ate albo: ꝛ ẽ ei necessaria minutio: ꝛ est ei opus medicina tp̃ata. Sꝫ si nõ aspexerit eã aliqua fortuna moriet̃ vsq ad.23. dies. lꝫ si aspexerit eã aliq̃ fortuna euadet cũ luna venerit ad oppositiõeꝫ loci in quo fuerat. ¶ Cũ luna fuerit ĩ libra ꝑegrina est ꝛ ĩfirmitas ẽ ex dolore pedum ꝛ manuũ interiꝰ hꝫ calorẽ ꝛ ocl'os graues q̃si violẽtos: ꝛ balbutit cũ loq̃tur: ꝛ medicina ẽ eidẽ necessaria ꝛ dieta frigida ꝛ hũida ꝛ minutio sanguis. Cũ aũt luna exiuerit de loco illo ꝛ inuenerit fortunaꝫ aut fuerit cũ ea euadet cũ lũa venerit ad oppositiõeꝫ: sin aũt moriet̃. ¶ Cũ aũt luna fuerit in libra ꝛ fuerit mars: ꝛ sol in oppõne eiꝰ erit infirmitas in capite valde magna: sꝫ si fuerit mercuriꝰ cũ luna erit dolor ĩ capite: ꝛ ocl'i eiꝰ lachrymant̃: ꝛ minutio est ei nec̃ia ꝛ medicina laxatiua. ꝛ si luna inuenerit iouẽ aut venerẽ qñ egrediet̃ de loco illo euadet alioquin moriet̃.

¶ De luna in scorpione.

Luna cũ fuerit in scorpione ꝛ aspexerit eã saturnꝰ ex quadrato vel oppositiõe erit ista infirmitas ex sanguie putrido aut de veneno: ꝛ si fuerit luna in diminutiõe sui luminis ꝛ sui gradus et nõ aspexerit eã fortuna moriet̃. Et si fuerit addens lumini ꝛ gradui ꝛ fortuna aspexerit eã viuet. ¶ Cũ aũt luna fuerit in scorpione et mars in scorpione cũ ea ꝛ iuppiter aspexerit eã ex quadrato vel oppositione hẽbit feb. ꝛ valde necessaria est ei medicina laxatiua et tp̃ata dũ exiuerit luna de loco illo ꝛ iũget se ioui ꝛ euadet. ¶ Cuꝫ aũt luna in scorpione peregrina est, infirmitas erit qñ primum in-

cipit esse leuis ꝛ ꝑ nihilo habet ꝛ vadit ꝛ mutate in malū: postea vero patit in vesicca ꝛ pustulat ei nascit ī narib⁹. Cū aūt lūa venerit ad septimū aspectū loci in quo fuerat patiet febres multas. Et cū luna fuerit ad quartū aspectum loci ꝛ nō inuenerit fortunā morietur. Si naūt inuenerit fortunā nascet ei apa in aliquo illoꝝ ꝛ viuet. ꝛ est opus ei medicina ad illā infirmitatē vt aperiatur in balneo nec in loco calido vel frigido morietur. ¶ Cum aūt luna in scorpione fuerit ꝛ cū ea mars ꝛ saturnus iste infirmus habebit febres calidas et alias frigidas ꝛ renascet flegma: ꝛ fac vt in die vadat ad sellā ꝛ nō minuas ei sanguinem. Quando vero luna egredietur de loco illo et aspexerit eam fortuna euadet vsq₃ ad diem. xiiij. Si autem non aspexerit durabit vsq₃ ad diem. 70.

¶ De luna in sagitario.

Cum aūt luna fuerit in sagittario ꝛ aspexerit eā saturnus ex quadrato vel oppositione erit infirmitas in flegmate ꝛ habebit dolorē in iecore: pedes quoq₃ erūt ei frigidi: durabitq₃ hec infirmitas quousq₃ luna iūget cū saturno bis. Si inuenerit fortunā nō durabit ampli⁹ quousq₃ luna venerit in oppōnē loci in quo fuerat. ¶ Cū aūt luna fuerit in sagittario ꝛ aspexerit eā mars ex quadrato vel oppōne: ꝛ addiderit in suo lumine ꝛ gradu est hec ifirmitas quā medic⁹ scire nō pōt nisi astronomiā habuerit qꝛ mō dicet quod dolet ei caput: ꝛ tota ꝑsona: mō aliter q̄ ita ei accidit qm̄ nimiu₃ fuit in balneo: ꝛ nimiū itroiuit in pect⁹ suū ꝛ ī caput: vomit q₃ multū ꝛ assellat: op⁹ ē ei medicina ꝯstipatiua: ꝛ vtat dieta ꝛ leui sirupo ꝑter acetosu₃. Qn̄ vero lūa exiuerit de loco illo ꝛ īuenerit saturnū moriet s₃ si īuenerit fortunā viuet: s₃ maximā hēbit fatigationē. ¶ Cū lūa fuerit in sagittario cū ioue vl' venere ꝛ erit ifirmitas ex tussi: ꝛ dolorē ī pectore hēbit: ꝛ qn̄ exiuerit de loco ꝛ aspexerit sagittariū ex q̄drato euadet. ꝛ est ei medicīa mollificatiua necessaria: caueat aūt balnea ne intret.

¶ De luna in capricorno.

In capricorno luna cū fuerit ꝛ aspexerit eā saturnus ex q̄drato vel oppōne ꝛ fuerit in luminis diminutione ꝛ grad⁹: est infirmitas ex nimia fatigatiōe sudoris ꝛ frig⁹ eū accepit: ꝛ nimis est clausus: ꝛ sternutat multū: ꝛ stomach⁹ quoq₃ ꝛ pect⁹ ei dolēt: h₃ q₃ febres ex sanguīe: vtat reb⁹ tēꝑatis. ꝛ sirupo temꝑato. Qn̄ aūt luna n aspexerit fortunā euadet: sed hēbit magnā fatigatione₃: si vero fortuna nō aspexerit moriet vsq₃ ad. 30. dies. ¶ Cū aūt luna fuerit in capricorno ꝛ aspexerit eā mars ex quadrato vel ex septimo: erit hec infirmitas ex vōitu ꝛ mlti caloris: ꝛ h₃ vētris fluxū: ꝛ ardet stomach⁹ ꝛ iflat: ꝛ h₃ magnā febrē ꝛ sudat multū ꝛ pulsus nō inuenit semꝑ vni⁹ maneriei: op⁹ est ei medicīa frigida. Si aūt luna aspexerit fortunā euadet: ꝛ si nō aspexerit moriet vsq₃ ad dies. 6. ¶ Cum aūt luna in capricorno fuerit ꝛ mars ꝛ sol cū ea fuerit ifirmitas ex nimia fatigatiōe ꝛ calefactiōe ad ignē ꝛ accepit eā feb. ex colera ci-

trina caueat a balneo ꝛ se nõ infundat in aqua frigida. Sed si exie rit inde luna euadet vsqꝫ ad dies septem.

¶ De luna in aquario.

LUna cum fuerit in aquario addens in luminẽ ꝛ gradibus ꝛ aspexerit eam saturnus ex quadrato vel septimo erit ex ni mio labore et parcit sanguinem: ꝛ ista infirmitas quandoqꝫ cre scit: quandoqꝫ minuitur: cauendum ẽ eo: aspice quando venerit ad oppositionem si melioretur viuet. Sin aũt morietᷣ vsqꝫ ad quatuor dies. ¶ Cum autẽ luna in aquario fuerit peregrina primũ habe bit malũ ꝛ dolebit interius habet quoqꝫ febres calidas et durabũt multum: ꝛ habebit magnam infirmitatem siue anxietatẽ: sed quã do luna fuerit cum sole habebit se melius aspice lunã quando egre dietur de sole. si inuenerit fortunam anteqꝫ venerit ad locũ in quo cepit infirmari infirmus euadet. sin aũt inuenerit morietur. ¶ Cũ autem luna fuerit in aquario: ꝛ saturnus vel mecuri⁹. alias mars cum ea est infirmitas ex colera nigra. Sed si luna erit addẽs lumi ni ꝛ gradibus ꝛ iuenerit eã fortuna anteqꝫ sit in oppõne loci in quo erat euadet: si aũt fortuna nõ inuenerit morietur infirmus. ¶ Cuꝫ autem luna fuerit in aquario addens in suo lumine ꝛ gradibus et saturnus aspexerit ex quadrato vel oppositione est infirmitas ex frigore qḋ eũ accepit: ꝛ hꝫ dolorẽ in capite ꝛ ventre: ꝛ opus est ei me dicina calida que frigus expellat: ꝛ si aspexerit fortunam euadet: sed vene nodi: ꝛ nerui: dolebunt ei.

¶ De luna in piscibus.

CUm luna fuerit in pisce addens suo lumini et gradibus et saturnus aspexerit eam ex quadrato vel ex septimo est hec infirmitas ex terrore quod eum suscepit: ꝛ habet in capite doloreꝫ et in ventre: ꝛ est ei opus medicina calida que frigus expellat. et si aspexerit fortunam viuet ꝛ postqꝫ euadet: tamen nodi dolebunt ei. ¶ Cum vero luna fuerit in pisce addens lumini et gradibus: et aspexerit eam mars ex quadrato vel oppositione erit infirmitas ex nimio cibo. ꝛ nimio sanguine et colera et opus est ei vt minuat sanguinem ꝛ maiorem dolorem habebit in nocte qꝫ in die. sed si nõ aspexerit eam fortuna in loco illo in quo accepit eũ infirmitas mo rietur. si autem aspexerit euadet quãdo venerit ad locũ illũ in quo incepit infirmitas. ¶ Cũ aũt luna in pisce est: ꝛ ven⁹ ꝛ iuppiter cuꝫ ea infirmatur qꝛ ludauit ꝛ bibit aquam ꝛ habebit dolorem in ocu lis: ꝛ habebit febres cum frigore: ꝛ postea cũ calore. opus est ei me dicina laxatiua ꝛ caloris expulsiua: ꝛ cuꝫ luna venerit ad oppõneꝫ illius euadet. ¶ Cum luna est in pisce ꝛ mars cum ea: erit infirmi tas: ex nimio calore. ꝛ opus est ei vt minuat sanguinem. ꝛ si fortuna eam aspexerit viuet. sin autem morietur.

¶ Explicit libellus diuinus Hyppocratis chij: quẽ de esse egrorũ ẜm diuersam lunẽ dispositionẽ edidit.

¶ Liber hyppocratis dictus capsula eburnea Qui in eius sepulchro inuentus fertur.

¶ Prologus in librum.



Eruenit ad nos q Cũ hyppocrates morti appropinq̃ret pcepit vt virtutes iste scripte ponerent in capsa eburnea: et poneret capsa cũ eo in sepulchro suo ne aliqs eã detegeret. ¶ Cũ ergo voluit cesar videre sepulchrũ hyppo. guenit ad ipz et aspexit ipm: erat aũt valde abiectũ pcepit ergo ipm renouari et fabricari et corp⁹ ei⁹ si integrũ inueniret deferri sibi: cũqz ...deret sepulchrum inuenta est in eo hec capsa eburnea: et in ea iste virtutes: delata est ergo cesari: qui in ea aspicies Misdos amico suo fideli tradidit.

Quando in facie infirmi fuerit apa cui non inuenitur tactus: et fuerit man⁹ sinistra posita super pectus suum scias q morieť vsqz ad. xxiij. dies: et precipue quando in egritudinis sue pn̄cipio palpat sepe nares suas. 2. ¶ Quando fuerit in vtrisqz genib⁹ apa magnum cũ vehemẽtia sitis scias q morietur vsqz ad octauum diẽ: et pcipue quando in egritudinis sue pn̄cipio sudauerit sudore multo. 3. ¶ Qñ fuerit sup venã q̃ est sup ceruicẽ q̃ generat somnuz: pustula gua sup ipam sicut forma pulueris: scias q infirm⁹ morieť 5 2. die a die quo infirmat⁹ est: et signũ est qd fit in pn̄cipio sue egritudis sitis vehemẽs. 4. ¶ Qñ fuerit sup liguã pustula sicut naurati. et est naurea q̃ diciť musca canina aut sicut grana pẽtadactili scias q morieť in die illo: et signũ est q desiderat in pn̄cipio sue egritudinis res calidas in suis naturis. 5. ¶ Qñ fuerit sup aliquẽ digitorũ pustula nigra gua similis borobo et dolebit: scias q morieť in duobus diebus ab egritudine sua. Et signũ erit quod fuit in generatione sua grauis corporis. 6. ¶ Qñ fuerit in pollice man⁹ sinistre pustula parua similis fabe fusci vel pallidi coloris que nõ dolet: scias q in sexto die morieť a pn̄cipio egritudinis. Et signũ est quia in pn̄cipio egritudinis assellauit assellatiõib⁹ multis valde. 7. ¶ Qñ in digito medio sinistri pedis fuerit pustula cui⁹ color est sicut tersionis aurificis scias q habẽs eam morietur. xij. die a principio egritudinis. Et signũ est q desiderat in principio egritudinis res habentes acrimoniam desiderio vehementi. 8. ¶ Quando fuerint vngues digitorum fusci vel pallidi coloris: et in fronte fuerit pustula sanguinea scias q morietur in secũda die a principio egritudinis. et signũ illius est: quia erit multe sternutationis in principio inceptionis sue egritudinis et multarum oscitationum. 9. ¶ Quando fuerit in pollicibus duorum pedum pruritus vehemens et fuerit color ceruicis fuscus valde scias q morietur quinto die egritudinis ante occa

ſum ſolis:⁊ ſignum eſt ꝙ mingit in pꝛincipio ſue egritudinis vrinā
multam exuberantem.10.¶ Quando fuerint ſuper palpebꝛam in-
firmi tres puſtule: quarum vna ſit nigra:⁊ alia fuſci coloꝛis ⁊ pallidi
⁊ alia ſubalbedini decliuis ſcies ꝙ habēs eam moꝛietur.xxvij.die a
pꝛincipio egritudinis ſue:⁊ ſignum eſt ꝙ in pꝛincipio erit ſputi mul
ti.11.¶ Qñ fuerit ſuper palpebꝛā vnius oculoꝝ puſtula ſicut auella
na leuis fuſci coloꝛis:ſcias ꝙ moꝛiet̃ ſcd̃a die ſue egritudinis.ſignū
quia in pꝛincipio ſue egritudinis doꝛmit ſomnū multū ⁊ graue.12.
¶ Qñ fluit ex narib⁹ infirmi ſanguis trahens ad ſubalbedinē ⁊ ruf
fedinē ⁊ apparet in manu ei⁹ dextra puſtula alba q̃ nō dolet ſcias ꝙ
moꝛiet̃.iij.die a pꝛincipio ſue egritudinis.⁊ ſignū eſt ꝙ nō deſiderat
cibū oīno.13.¶ Qñ appebit in coxa īfirmi ſiniſtra rubedo vehemēs
q̃ nō dolet ſcias ꝙ moꝛiet̃ in.ij.die ſue egritudīs.⁊ ſignū ē ꝙ in ꝑnci
pio inceptiōis ſue egritudinis habuit pꝛuritū vehemētē ⁊ deſiderat
comedere olera.14.¶ Qñ fuerit poſt aurē ſiniſtram puſtula nigra
ſcias ꝙ moꝛiet̃.xxviij.die ſue egritudinis:⁊ ſignū ē ꝙ d̄ſiderat pota
re aquā frigidā deſiderio vehementi.¶ Et ſi fuerit dura grauis al
ba ſimilis grano frumenti:ſcias ꝙ moꝛietur vigeſima die a pꝛinci-
pio ſue egritudinis in illa hoꝛa in qua apparuit puſtula:⁊ ſignū eſt
qꝛ mingit in ꝑncipio ſue egritudinis vrinā multā.15.¶ Qñ fuerit
poſt aurē dextrā puſtula rubea ca.ſimilis combuſtioni ignis ſcias
ꝙ moꝛietur.vij.die a pꝛincipio ſue egritudinis:⁊ ſignū eſt ꝙ vomit
in pꝛincipio egritudinis ſue vomitū multū.16.¶ Qñ fuerit ſub mē
to puſtula rubea in magnitudine fabe egyptiace ſcias ꝙ moꝛietur
52.die ab inceptione ſue egritudinis ⁊ ſignū eſt ꝙ ſpuit in ſue egritu
dinis pꝛincipio ſputū multū.17.¶ Quādo accidit doloꝛ alicui in ꝓ
putio ⁊ in pelliculā q̃ cooperit caput virge deinde apparet in cubito
puſtula fuſci coloꝛis ſcias ꝙ moꝛietur.v.die egritudinis:⁊ ſignū eſt
ꝙ deſiderat vrinā bibere in inceptiōe ſue egritudinis.18.¶ Quā
do fuerit ſup̲ latus dextrum puſtula nō dolēs fuſci coloꝛis:ſcias ꝙ
moꝛietur.ix.die egritudinis ante oꝛtū ſolis:⁊ ſignū eſt ꝙ in egritu-
dine ſua facit multas oſcitationes.19.¶ Qñ fuerit in titilico ſini-
ſtro puſtula fuſci coloꝛis ī magnitudine citonij:ſcias ꝙ moꝛiet̃.xv.
die egritudinis:⁊ ſignū eſt ꝙ accidit in inceptiōe egritudinis ſom-
n⁹ mult⁹ ⁊ grauis.20.¶ Qñ fuerint ſup̲ calcaneū puſtule nigre mul
te ſcias ꝙ moꝛiet̃.xxij.die egritudīs ⁊ ſignū ē ꝙ deſiderat in ꝑncipio
aerē frigidū ⁊ cibos frigidos deſiderio vehemēti.21.¶ Qñ fuerit ſu
pꝛa pect⁹ ſiniſtrū puſtula ſubalbida ſcias ꝙ moꝛiet̃.iiij.die egritu-
dinis ⁊ ſignū eſt ꝙ accidit in ꝑncipio egritudinis pꝛurit⁹ vehemens
in oculis:⁊ nō ſufficit ſcalpere oculos ſuos.22.¶ Qñ fuerit in me-
dio capitis puſtula nigra ſicut nux nigra leniſq̃ nō dolet moꝛiet̃.xl.
die a ꝑncipio egritudinis:⁊ ſignum eſt ꝙ accidit ei in ꝑncipio egri-
tudinis deſideriū melonū ⁊ exuberatio vrine.23.¶ Quando ſub cer
uice fuerit puſtula qua ⁊ in palpebꝛa inferioꝛi oculi ſiniſtri puſtula

etiā alba: sciasq̄ morief. xj. die egritudinis sue: ꝛ signū est q̄ accidit ei in inceptione egritudinis desiderium dulciū vehemens. Finis.

Hyppocratis de hūana natura vel d̄ elemētis liber.



Cuicūq̄ aūt cōsueuit audire dicētes de natura hūana vl teri⁹ q̄ q̄tū ipa ad medicinā ptinet: huic quidē nō est cōueniēs q̄ audiat hūc sermonē. Nō em̄ esset totū aerē hominē dicēdo eē ꝫ neq̄ ignē neq̄ aquā neq̄ terrā neq̄ aliq̄d aliud. Nameq̄ hoc manifestū est existens in homine: s; volētib⁹ hoc dicere pmitto. 2. Uidētur aūt mihi non recte cognoscere q̄d sit qui huiusmodi dicunt intentione quidem eade; omnes vtuntur dicunt autem non eadem. Sed intentionis quidem ratiocinationem eandem faciunt. Dicunt enim quidam quod est ꝛ hoc esse vnum quidam ꝛ hominem: fm vero nomina non cōfitentur. dicunt enim ipsorum hic quidem asserens aerem esse hoc vnū ꝛ omnes alius aūt ignem: alius aūt aquam: alius v̄o terrā ꝛ affert vnusq̄q̄ suo sermoni testimonia ꝛ argumēta que nihil sunt. 3. ¶ Q. d̄ q̄dem igit̄ eadē intentione oēs vtunt̄: dicūt aūt nō eadē manifestū est his qui cognoscūt ipsa. Sciet aūt vtiq̄ aliq̄s hoc maxime aduenlens ipis cōtradicētibus. 4. ¶ Idem em̄ hoīes sibi inuicē cōtradicunt eisdē audient: b⁹ ꝫriū. Nūq̄ em̄ infra ꝯ̄r idē hō accedit in eodem sermōe. S; q̄nq̄ q̄de; iste optinet: q̄nq̄ v̄o ille: q̄nq̄ aūt ꝯtingit lingua labens ad ppl̄m ꝛ iustū est vel populū cognoscere recte dicentē pbere sermonē suū semp vincētē cū reb⁹ siquidē ea que sunt cognoscit ꝛ recte asserit. 5. ¶ Sed mihi q̄de; vident̄ hmōi hoīes dicere se ipsos in oibus ipsoꝝ sermonū ab insciētia. 6. ¶ Mellisi aūt ꝛ parmenidis sermonū dirigere. 7. ¶ De his quidē igitur sufficiant mihi ea que dicta sunt. Medicoꝝ v̄o aliqui dicūt q̄ hō quidem sanguis solū est: aliqui v̄o hoꝝ aiunt colerā esse hoīem: quidā v̄o flegma. Rationē nō faciētes. Et isti omnes eandē quidem esse aiunt q̄ē vnusquisq̄ eoꝝ noīare voluerūt et hoc vnū exn̄s pmutare f; formā potētiā coactū a calido ꝛ frigido ꝛ fieri dulce ꝛ amarū ꝛ albū ꝛ nigrū omnimodū: mihi aūt nō vident̄ hec sic habere. ¶ Plurimi q̄dē igit̄ talia quedā ꝛ adhuc proxima hoꝝ asserunt.

¶ Capitulum secundum.

Ego autem si vnus esset homo nunq̄ vtiq̄ doleret: non est em̄ a quo doleat vnum existens: si igitur ꝛ doleret necesse est ꝛ quod sanatur vnum esse: nunc autem multa. 2. ¶ Multa eni; sunt in corpore que quando ab inuicem preter naturam calefiunt ꝛ infrigidātur et desiccantur et humectantur egritudines generant. 3. ¶ Or multe sunt quidem species egritudinum: multa autem et medicatio ipsaru; est. 4. ¶ Dignior autem ego dicerem sanguinē solum esse hominem et non aliud ostendere ipsum non paruitantem formam: neq̄ fieri omnimode: sed aut hoc secundum tempus aliquod

anni. aut etatis hominis. in quo sanguis existens videtur solum in homine conueniens est enim aliquod tempus esse in quo videtur ipsum in eodem esse: hoc autem dico & de eo qui dicit hominem flegma esse: & de eo qui dicit coleram. 5. ¶ Ego quidem de morbo quecunque dixero secundum legem & secundum naturam si hec sunt similia & iuuene existente: & sene & tempore & frigido & calido existente: & argumenta prebebo & necessitates nunciabo: per quas singulum augetur & diminuitur in corpore. 6. ¶ Primum quidem igitur necesse est generationem fieri non ab vno. Quomō em̄ vnū existens vnū generabit nisi alicui misceatur deinde nisi eiusdem generis sint q̄ miscentur & eandem habeant potentiam non generant: neque in hoc nobis conferunt. Et iterum nisi calidum frigido & siccum humido moderate se habeant adinuicem & equaliter: sed alterū alteri multum preemineat & fortissimū infirmissimo generatio nō vtique fiet quare quō conueniens est ab vno aliquid generari. 7. Quod autem neque a pluribus generat̄ nisi contingat bene se habentia cōplexiō e que est ad inuicem. 8. ¶ Necesse est igit̄ natura tali existēte & aliorū et ea q̄ hois humorē nō esse vnū: sed vnūquodque q̄ cōferūtur in generatione habere aliquā potētiā in corpore ſm quā cōueniūt: & iterum necesse est vnūqōque eorū discedere in sui naturā fiēte corpe hois hūidū ad hūidū: siccū ad siccū: calidū ad calidū: frigidū ad fridū. 9. ¶ Talis aūt ē aialiū natura est: & aliorū oim: sunt aūt silr oia: consistit enim ipsorum natura ab ipsis p̄dictis oibus & finit ſm predicta in hoc: vnde cōsistit singulū hoc: & accessit. 10. ¶ Corpus vero hois habet in se sanguinem flegma. co. rubeā: & ni. co. & hec est natura corporis: & propter hoc dolet & sanum est. 11. ¶ Sanum quidē igitur est quando moderate se hn̄t hec cōplexioni q̄ est ad inuicē: et potētie multitudine: & maxime ſm qō mixta fuerūt: dolet aūt qn̄ aliqd horū minus aut plus fuerit in corpe: aut discedat & nō mixtū fuerit oibus. 12. ¶ Necesse est qn̄ aliqd horum discedit constat vnde discedit in se non solum egregie egrotat: sed quando superfunditur super repletum laborem & dolorem prebere. 13. ¶ Etenim quando aliquid horū extra corpus effluit plus superabundante dolorē prestat euacuatio. 14. ¶ Si autem iterum intus facient' euacuationem & transmutationem & expulsionem ab aliis necesse est duplicem laborem prebere ſm predicta vnde differunt & quomodo superabundant. dixi aūt vtique: quecūque dixero hominem asserere esse super hec existētia ſm naturā. 15. ¶ Dico autem esse sanguinem & flegma & colerā rubeam & nigram. 16. ¶ Et horum quedam primū secundum legem noia determinata dico: & nullus eorum idē nomē esse deinde ſm naturā formas diuisas esse: et neque flegma non assimilari sanguini: neque sanguinē colere: neque colerā flegmati. Quō em̄ hec vtique assimilātia erunt adinuicē. 17. ¶ Horū colores neque similes videntur neque manu tangenti similia vident̄ esse neque frigida

similiter sunt neq3 sicca: neq3 humida: necesse ē igit ex quo iterū dif-ferunt adinuicē ſm formā ⁊ potentiā ipsa nō ē vnū. 18. ¶ Siquidez ignis et aqua nō idē sunt: scies vtiq3 his q2 hec oīa nō idē sunt: s3 vnūqdq3 ipsoꝝ h3 naturā ⁊ virtutē ꝓpriā: si em̄ cuidā hoi dederis pharmachū quod flegma agat: euomet tibi flegma. Et si dederis pharmachū colagogū: euomet tibi colerā. 19. ¶ Secundū hoc autē ⁊ co. ni. purgabit: si dederis pharmachū qđ colerā nigrā agat: ⁊ si pcusseris ptē aliquā ipsi⁹ corpis ita ꝙ vulnus fiat: fluet exinde san guis. 20. ¶ Et hec oīa faciet tibi tota die ⁊ nocte: ⁊ hyeme ⁊ estate: quousq3 potēs fuerit spiritū attrahere in se: ⁊ iterū remittere et nō potens fuerit si in ali quo eorū q̄ cōstiterit priuabitur constiterunt hec p̄dicta quō em̄ ꝯstiterit. 21. ¶ Primū aūt manifestū ē ꝙ hō h3 in se hec oīa sp̄ quousq3 viuit deinde facta sunt ex hoīe habēte: hec oīa postea infiguntur in homine habēte hec oīa quecūq3 ego dico ⁊ demonstro. 22. ¶ Qui autē dicūt ꝙ vnū est homo videnť mihi hac intētione vti aspiciētes eosqui bibunt pharmacha ⁊ destruūtur in superflua purgatione: hos quidē colerā vomentes alios vero flā hoc singulū ipsoꝝ cogitauerūt esse hoīez q2 cū purgareť videbāt ip suz mori: ⁊ dicētes sanguinē eē hominem eadē intētiōe vtunť aspi-cientes homines iugulatos ⁊ sanguinem fluentem ex corpore: hāc extimant esse animā in homine ⁊ testimonijs vtuntur in suis rōni-bus. 23. ¶ Et primū quidem in superfluis purgationibus: nullus mortuus est solā colerā purgatus: sed quare aliquis bibit pharma chuz quod colerā vomit deinde flā. 24. ¶ Postea in colera coacti vomūt. co. ni. finiētes autē ⁊ sanguinē vomunt purū hec aūt patiū-tur: ⁊ a pharmacijs agētibus flā. 25. ¶ Primū quidem em̄ flā vo-mūt: deinde colerā rubeā: postea nigrā. Finiētes aūt sanguinē pu rum ⁊ in hoc moriuntur pharmachū em̄ cū ingreditur corpus pri mū quidē agit qđcūq3 eorū que sunt in corpore: si ſm naturā maxie fuerit: demū aūt ⁊ alia attrahit ⁊ purgat. 26. ¶ Queadmodū vege tabilia ⁊ seminalia: qn̄ in terrā venerint attrahet vnūqdq3 ſm na-turā qđ inest in terra. 27. ¶ Inest aūt ⁊ ascēsuz ⁊ amarū ⁊ dulce ⁊ sal sum ⁊ omodū. 28. ¶ Primū q̄dē igiť plurimū huius attrahit in se qđcūq3 vtiq3 maxie fuerit sibi ſm naturā demū attrahit ⁊ aliam. ¶ Tale aūt q̄dē ⁊ pharmacha faciūt in corpore q̄cūq3 vtiq3 colerā agūt: primū q̄dē imixtā purgauerūt colerā: deiñ mixtā. 39. Phar-macha flegmatis ēt primū quidē imixtū flegma agūt. deinde mixtū ⁊ interfectis sanguis fluit. 30. ¶ Primū quidē calidissimus ⁊ valde rube⁹ deinde fluit magis flegmatic⁹ ⁊ colericus augeť aūt ī hoīe flegma q̄dē ī hyeme: hoc em̄ ī hyeme maxie ſ3 naturā eoꝝ q̄ sūt ī cor pore frigidissimū ē. argumēta aūt hoꝝ qđ flegma q̄dē frigidissimū: si volueris tāgere flegma ⁊ colerā ⁊ sāguinē flegma iuenies frigidis-simū existere. ⁊ ēt viscosum est: ⁊ violentia maxie ducitur post colerā nigrā, quecūq3 aūt violētia veniūt calidiora fiūt coacta a violētia:

attamē vero ⁊ ad hec omnia frigidum est flegma: videtur a sui natura: quod hyems replet corpus flegmate: scies vtiqꝫ hi homines spuunt screant flegmaticū hyeme ⁊ tumores albissimi fiunt maxie ſm hoc tp̄s ⁊ alie egritudines flegmatice: vere aūt flegma quidem est fortissimū in corpe ⁊ sanguis augetur: ⁊ frigora exeūt ⁊ aq̄ supueniūt. 31. ¶ Sāguis autem secundum hoc augetur ab ymbribus ⁊ calidis diebus et secundū naturā eñi ipsorū: hec sunt maxie annuꝫ humidū aūt est ⁊ calidū: scies aūt his hoīes ꝟe ⁊ estate: occupantur maxie a dissenterijs ⁊ ex narib⁹ sanguis fluit ipsis ⁊ calidissimi sunt ⁊ rubei estate ꝟo sanguis potēs ē ad hec ⁊ colera excitatur in corpore ⁊ descēdit vsqꝫ ad autūnū. 32. ¶ In autūno aūt sanguis modicus fit ꝯtrari⁹ eñi ipsius autūnus naturaliter fit. 33. ¶ Colera aūt estate ꝯtinet corp⁹ ⁊ autūno. 34. ¶ Cognoscēs aūt his hoīes spōte hoc tp̄e colerā vomūt ⁊ in accessionib⁹ medicinarū colere purgātur. 35. ¶ Manifestū aūt ⁊ in febrib⁹ ⁊ in colorib⁹ hoīm flegma aūt estate infirmi⁹ ē ipsuꝫ seipso: ꝯtrariū eñi est tp̄s nature ipsius siccū nāqꝫ ē ⁊ calidū. 36. ¶ Sanguis aūt in autūno fit min⁹ in hoīe. 37. ¶ Siccus eñi ē autūn⁹ ⁊ infrigidare vtiqꝫ incipit hoīeꝫ. 38. ¶ Nigra autē colera autūno multa ē ⁊ fortissima. 39. ¶ Qñ aūt hyēs aduenit colera īfrigidata modica fit ⁊ flegma augeť iteꝝ a multitudine eorūdeꝫ ⁊ a lōgitudine nociuū hñt: q̄ igiť hec oīa super corp⁹ hoīs a tēpore aūt circū imittēte qñqꝫ q̄deꝫ plura fiūt ipsis ipsa qñqꝫ minora singula ſm partē ⁊ ſm naturā: queadmodū annus tot⁹ participat oībus ⁊ calidis ⁊ frigidis ⁊ siccis ⁊ humidis. Neqꝫ eñi vtiqꝫ manet illo tp̄e aliquid horū sine oībus q̄ sunt in hoc mūdo. Sꝫ si aliq̄s deficeret oīa perirēt: ab huiusmodi eñi necessitate oīa ꝯstiterunt ⁊ nutriunť adinuicē. ita aūt ⁊ si quidē ab hoīe deficiāt ex his cognatis nō vtiqꝫ posset viuere hō. dñatur eñi in anno quādoqꝫ hyems maxime: quādoqꝫ aūt ver: quandoqꝫ vero estas: quandoqꝫ vero autūnus. 40. Sic autē ⁊ in hoīe quādoqꝫ quideꝫ dominatur flegma: qñqꝫ aūt sanguis: quādoqꝫ vero colera. 41. ¶ Primo quidē rubea deinde nigra dicta: testimoniū autē manifestius si volens eidem hoī dare id pharmachū ter in anno vomet tibi. hyeme quidē flegmatice: vere autē humidissime. Estate aūt colerice: autūno nigerrime: debent igitur his ita se habētibus quecūqꝫ quidem egritudinuꝫ hyeme augētur: estate finire. 42. ¶ Quecunqꝫ vero estate augenť hyeme finire. 43. ¶ Quecunqꝫ ipsarum in peryodo dierū nō permittātur: perydū aūt dierū iterū dicemus. 44. ¶ Quecūqꝫ aūt vere superueniunt egritudines expectare cōuenit in autūno permutationem esse egritudinis. 45. ¶ Quecūqꝫ vero autūnales egritudines harum permutationē necesse est esse. 46. ¶ Qd aūt ſm hec tēpora excedit morbus scire oportet qꝫ annus ipse fit ⁊ medicum sic oportet curās facere: ad egritudines: vt singula harum dominatur in corpore ſm qd tēpus qd est ſm naturā ipsius. Maxime aut eñ cō

gruit scire et hoc cū illis q egritudines ex repletione fiunt: has euacuatio sanat. 47. ¶ Quecunq vero egritudines ab euacuatione fiunt: repletio sanat. 48. ¶ Quecūq ab ocio egritudines gñantur labor sanat. ¶ Uniuersaliter autem scire oportet medicum.

¶ Hyppocratis de aere et aqua et regionibus Liber.



Quisquis ad medicine statū accedere curat necesse est prius anni tēpora et q̄ in eis generantur attēti' requirat. 2. ¶ Que quidem nō solū dissimilia adinuicem sepe distare vident: verūetiā et singula se in se variando sibimet alterant: in annis nāq sua tpa eorūdem cōplexionibus suū tēperamentū custodientib' q̄ morbi nascunt nō ab eisdē degenerare: sed similes et concreari videntur. 3. ¶ Ecōtra vo tpa inter se dissonātia et a se aliena dissolui q̄ difficiles pcreāt egritudines: hyems vo est frigida et humida ver vero calidū et humidū. Estas vo calida et sicca autūn' vo frigid' est et siccus: q̄ causant vtrūq si decreuerint fm magnitudinem eiusdē cōplexionis ac paruitatē in tantā vt neutrū nature sue familiare existat tps qd in eis tēporibus q̄ diuersa sunt accidere solet. 4. ¶ Est etiā qn hyēs frigidiorē humiditatē suā in sua retinet q̄litate. 5. ¶ Est qn estas calidiorē et sicciot hec iō ɔtigūt qr a vētis tā calidis q̄ frigidis: siue vniuersales siue locales sint corpori mala tpa mutantur. 6. ¶ Oportet aūt te esse attētū circa vtutes aquarū. vt pote q̄ diuerse in pondere et sapore sint: de hac eñ q̄ bibūt eorꝫ ventres calidi ac tumidi fiunt: corpora macra: cubiti et spatule tenues. Similiter facies quia maximum carnis ad splenem confluere cogitur: vnde malus sanguis procreatur. 7. ¶ Illam vero bibētes multa superabundant comestione. esuries enim illis perseuerat atq crescit: sitis quoq similiter: superiora ventrium cuꝫ media inflantur. quapropter fortibus catarticis vtendū est illis hac egritudine hyeme et estate continētur accidit aqua illis citrina: et intereūt estate vero dissinteria: lienteria lōga quartana laborāt qui morbi naturam peruertunt. et mutant et in aquā cadunt citrinam et pereūt 8. ¶ Iuuenes illorum pulmonis dolore aliis q passionibus eorum mētes perturbantibus affliguntur. 9. ¶ Senes acuta febre ardenti: et ex ventrium constrictione accidente vexantur. 10. ¶ Mulieribus apostemata de genere flegmatis albi innascunt: neq cōcipiūt neq pariunt nisi cū magna difficultate atq molestia corpora eorꝫ magna et grossa. quāto plus protenduntur in longitudine: tāto graciliora fiunt: menstrua non fm qd oportet pfluūt. 11. ¶ Pueris hernia. viri causon crurium vulneribus infestantur. Sed et qui huiusmodi nature sunt eis impossibile est vitam extendi. Sed intempestiua senecta preripiuntur. 12. ¶ Mulieres sibi grauide videntur:

cum vero partus aduenerit tempus vt eri fetu inanestumore rela
xantur: hmôi passione decepta matrix quecūqꝫ aque citrine coadu
natione intumuerit laborat. 13. ¶ Ad hāc itaqꝫ quā ꝑdiximꝰ aquā
ptinēs est: ꝛ ea que a calida terra surgit: aut a ferro metallo: vel ere
siue argēto: vel auro: vel sulphure: aut allumine: vl' pice vel nitro:
quas oēs ab ingēti cōstat exire calore huic ergo aquarū vel terraꝝ
generi nulla oīno spēs iuuatiua vel salubris: sꝫ dure oēs habent at
qꝫ bibentibus stranguriā nimiāqꝫ īportāt solutionē. 14. ¶ Uerum
ea que in altis locis aque siue puluerulētis mōticulis aliarū ꝛ opti
ma ꝛ saluberrima sapoꝛata talis neqꝫ multa vini cōmixtione indi
gēs ē hyeme calida esta te frigida: silr quoqꝫ ꝛ ille q̄ a ꝓfundiusculo
exurgūt fonte aquarū etiā melioꝛ est ea q̄ ab oꝛtu solis ꝛ maxie esti
uo tp̄e decurrit alba: perspicua atqꝫ proculdubio odoꝛifera est. 15.
¶ Que vo est lēta ꝛ grauis currēs: ea sicca atqꝫ bibētibꝰ nisi opus
fuerit minime est iuuatiua: quibusdā eñ naturis ꝛ egritudinibus
ꝓfutura vr. 16. ¶ Deprehendimus vo hoc ex lapidibꝰ q̄ in pueris
nascuntur. sꝫ ꝓpterea qꝛ vrina clara ꝛ subtilis est emittunt: qđ vero
grossum ꝛ turbidū remanet: ꝛ lapis efficitur: lac etiā si malū est la
pidē in vesica lactentis facit. Maxie aūt si calidissimū coloꝛibꝰ ru
beis ptinēs est. ventrē eñ ꝛ vesicā calefacit ꝛ vrinā incēdit ꝛ lapides
facit. quapꝛopter huiusmodi infantes vinū subtile bibere iuuat qđ
nec venas scidit nec excoꝛiādo disrūpit. 17. ¶ In mulieribꝰ aūt nō
crescit lapis qꝛ ea q̄bus mingūt loca parua sunt larga lata: nec foꝛ
titer fricāt vel scalpūt ea. nec tractādo manibꝰ cū illis sicut mascu
li ludūt: neqꝫ eñ ad eoꝛū oꝛa q̄ intra vuluā latēt lōgiꝰ remota tan
gere possunt. 18. ¶ Ceterū masculi mictoꝛiū in sūmo est virge. 19.
¶ In feminis vo lōgiꝰ ē os vesice. 10. ¶ De tēpoꝛibꝰ vo expedit cō
tēplationē tuā adhibeas vt anni habitudo si salutifera sit vel aut
egrota cognoscas. Si eñ oꝛtus stellaꝝ ꝓut dꝫ fuerit ꝛ occasus i au
tūno aq̄ multe. 21. ¶ In hyeme vero pauce: neqꝫ serenū: neqꝫ frigi
dū plus o ppoꝛtuno. Uere quoqꝫ ꝛ estate aquarū contēperantia an
nū sanū atqꝫ saluberrimū necesse est esse. 22. ¶ Si vero signa secun
dū qꝫ debent in oꝛtu ꝛ occasu nō fuerint oppoꝛtuna: hyems vo sic
ca ꝛ boꝛealis. Uer aūt pluuiosuꝫ: ꝛ australe febꝛes acutas: atqꝫ lyen
terias in estate necesse est venire. qꝛ videlicet intrans autūnus vel
estas terrā vernalis pluuie non in estate infusam inuenit sic quoqꝫ
austrinū duplicare necesse fuerit: propterea quia terra insula sit et
a solis ardoꝛe calida: ventres igitur graues molles humidi: vnde
et multa egestione abundant. Cerebꝛa autem tenera fiunt in hac
itaqꝫ qualitate dum aer habetur moꝛdet carnem et coꝛpus: acutis
sime febꝛes tunc ingruunt vel irrunt ꝛ maxime his qui flegmatici
sunt. Lyenteria vero mulieribus et quibuscunqꝫ viris naturalis
complexio humida est. Si autem caniculare tempus pluuiale fue
rit multum ꝛ hyemale vētiqꝫ super ianuas irruūt moꝛbi extiguūtur

atq autũnus speratur futurus salubris multotiens pueri r mulieres commoriuntur sed r sensum pauci quorum qui euadũt in quartanã febrem: a quartana vero in aquã citrinã deueniũt. 23. ¶ Qđ si ecõtra hyẽs austrina nimisq pluuiosa fuerit. Uer autem siccũ r boreuz: mulieres pregnãtes in vere abortiunt si tũc eis temp⁹ pariẽdi fuerit. 24. ¶ Si quoq fet⁹ emiserint anihilatos atq defectos emittũt: qui aũt continuo mouent: aut viuunt semp anihilati atq defecti. hominũ lyenteria: oculorũq dolorẽ. Alij catarruz de capite in auriculã patiunt: s3 delicatis r mulierib⁹ lyẽteriã: i delicati nãq a capite i vẽtrẽ descẽdit eis flegma. Eisãt q colerici sũt fum⁹ ascẽdit: ad cerebrũ r circũtegit illud. 25. ¶ Mulieres eorz semp egrote multi fluis menstruis redundantur nunq pinguescunt que videlicet non illis naturaliter sed ex morbo contingit: sed cũ concipiunt plurime abortiunt. nati vero eorum plurimuz spasmo r anhelitu: morboq yleos afficiuntur. 26. Hunc autem locum viri inhabitantes lyenteria r colerica dysinteria r ephydimõ idest febres longa r ventus ac emorroys affligit: pleuresis vo aut peripleumonia aut causon morbi ue acuti: ppterea qr ventres liquidos habẽt oculi eorũ casesia infestantur: nec tamẽ forti vel longa nisi quando super illos vniuersalis accidit morbus moto vc3 austro aeremq mutãtem eorum capita nebula et fumo implẽtur. Et si deniq ad quinquaginta peruenerint annos in os a capite reuma ipsi que in epilepsiã cadunt que cui aduenerit totũ corp⁹ possidebit: r maxime si caput subito calore vel frigore pcutiat: qsquis vo locus frigidorũ ventorũ locis oppositus est siue ortui ptinens siue occasui illi venti sui locales vẽti sunt a calidis aũt obtegit: aq itaq sue sicce graues digeri plurimũ dulces sunt. hitatores duri r forte r sed corz crura gracilibus tortisq sunt ptinẽtia: vẽtriũ vo iferiora hñt durissima supiora vo lenia r mollia atq currẽtia plurimũq de colera non de statu capita sana durissima: sed ipsi plurimi rũpunt: vñ r hernia onerãtur plurimũ vo in pleuresi3 morbosq acutos necesse ẽ icidãt qr vẽtres 9stricti sunt sicq ex qcũq morbo in ẽpima ducunt ei⁹ rei cã est tetan⁹ corporis r 9stipatio vẽtris in quibus etiã vene rũpuntur ex frigiditate sue aque multum comedũt nec tñ multuz bibunt quia vtriq sufficere nequeunt non illis obtalmia facile euenit: s3 si euenerit oculi cõcrepantur. 27. ¶ Iuuenes eorũ cñ ad annorũ triginta etatem peruenerint multũ in estate sanguinis per nares flurum q multũ patiuntur nonnulli in epilepsiam cadunt si tamen ciciderit fortissima est: alij diutius viuunt qr quecunq exeunt super corpora eorũ non infunduntur neq dolent: habitus rudis animiq minime modesti sunt qui vtiq locales morbi nunq in huiusmodi morbi loci incolis adueniũt nisi quãdo vniuersales affuerint. mulieres ibidẽ steriles ex frigiditate aque r siccitate cũ tarda digestiõe neq eñt menstrua illis pro oportuno: sed parua r mala adueniunt que cum

cōceperint difficiles ex malignitate aque parturiūt: neqꝫ eñi pluri mo abortiunt. q̄ aūt pariūt filios lac hr̄e nequeūt: sꝫ hoc ꝓpter cō gelationē ac frigiditatē aque ꝛ asperitatē: spasm⁹ quoqꝫ accidit il lis: dolor quoqꝫ pulmonis atqꝫ cōsumptio qđ grece epilentos nominat ꝛ maxie in parturiēdo: ꝛ ex eiusdē part⁹ difficultate: qꝛ vide licet nerui ꝛ vene que in pulmone sunt disrūpunt: pueri earū ꝛ puel le ex aqua citrina laborāt pueri quidē in testiculis: sꝫ cū adoleuerint euanescit ac dissoluitur pueri tandem polluuntur.


De ventis calidis ꝛ frigidis ꝛ vrbibus q̄ in eis site sunt ea dē intentione cōtinent. Itaqꝫ de omni vrbe quecunqꝫ est inter estiuū ortū et hyemalē sita: ꝛ q̄cūqꝫ huic cōtra posita sic est accipe re omnis vrbs q̄ in ortu solis posita est securior est q̄ꝫ que in septētrione est vel in calidi venti flatu sedet: in illa eñi calor ꝛ frig⁹ minora ꝛ sicciora. 2. Morbus quoqꝫ minor ꝛ leuior. necnō et aqua q̄ scđm solis est ortū clara leuis ꝛ humida nēpe aer ibi nunq̄ꝫ grossus habetur qꝛ nimiū a solis presentia ꝓhibetur qđ ex hoc datur intelligi: qꝛ aer humidior in mane grossior ꝛ spissior reperit: ea ꝟo que apposita est in solis occasu: humiditatē sēp h₃ aeris. Habitātiū facies pulchre ac leues colores splēdidi perlucētes nisi his qđlibet aliud accidēs obstat. 3 ¶ Masculoꝝ voces sunt clare et acute hi vero facile irascuntur nec obtemperātur germina nascentia loci meliora alijs atqꝫ salubriora. 4 ¶ Aque salsugini ꝑtinētes male sunt ac nociue: aque fontiū ꝑm ortuꝫ solis existentiū omnium sunt meliores: secundo vero omnium eoꝝ que inter estiualē ꝛ hyemalem ortū sunt: quorum etiam meliores sunt orientis ortui pertinentes. Postea vero que inter occasum estiualem et hyemalem existunt: sed harum omniū peiores meridiane sunt inter hyemalē ortum ꝛ hyemalem occasum existentiū: ille vero que in septentrionis parte: sunt alijs meliores. Quarum illas que currūt quisquis san⁹ fuerit ꝛ fortis bibere sine timore potest: de quib⁹ nimirū sicut egrotanti bibere opus fuerit illa que sue egritudini conueniat est eligēda quod si ita fecerit non deuiat a salute: ventrē duruꝫ habentem aqua saporata leuis ꝛ clara iuuat. 5 ¶ Mollem vero vnctuosuꝫ atqꝫ flegmaticū dura ac tarda digerit omnis aqua que cito degeritur: vētrē facit mollē ꝛ humidū: tarda aūt ꝛ dura calefacit atqꝫ cōstringit. praue aūt intelligūt palāqꝫ delinquunt: qui ꝑ aquā salsam ventrē mollire ex sue scientie paruitate extimāt. illa eñi contra solutionē q̄ dura est ꝛ tarde digerit. vētrē desiccat postq̄ꝫ hūidū reddūt. 6 ¶ Aq̄ pluuiales leues saporate ac lucidissime sunt. ꝑmo nāqꝫ sol ab aquis qđ subtili⁹ ꝛ leui⁹ est attrahēdo assumit: qđ inde deꝑhēdim⁹: qꝛ id qđ graue ꝛ salsum fuit in suo mō remanere videm⁹ sꝫ sol qđ leui⁹ ꝛ subtili⁹ est nō solū de fluminib⁹ attrahit: sꝫ etiā de marib⁹ ꝛ q̄buscūqꝫ locis humidis: humiditas nāqꝫ in reb⁹ hūidis īuenitur: necnō in oibus qđ humiditatis subtili⁹: ac leui⁹ est a sole de

ctari sic comprobatur: si quis enim sedeat ad solem opertus etiã vestimenti & sudat equaliter. 7. ¶ Si vero in vmbra est inequaliter: vt est longinquus a sole & remotus: vnde & aque pluuiales putrent malumq́ odorem exhalant: quia ex multis congregate sunt aquis: & tõ leuiores alijs putrescere solẽt ac mutari. cum autem sol accipit eas & in altum suspendit frigescũt & aeri commiscent: turbiduз vero suum qd nigredinem reddit seorsum in nube iungitur: quod vero le uius est purgat atq́ dulcescit. Quia de sole decoquitur sicut & oẽ cũ coquit saporitũ dulce efficitur. 8. ¶ Hac ergo humiditate fit a so le dispersa in aere atq́ suspensa: sз eam in vnum coadunatam venti ex diuersis ptib⁹ cõcurrẽtes collidũt dissoluẽtes q̃ corruit: & rursus mane cũ ea tracte: ẽm q̃ opз fiũt qd vcз plimũ nũq̃ fit nisi cũ nubiũ grex a vẽtis in vnũ pfecte est coadunat⁹: atq́ alijs vẽtis precurrẽtib⁹ interceptus dispergitur: & idẽ cũ subseq̃ẽs nubes illaз premit: & hu miditas cadit. Cũ nubibus grossis nigrescẽtibus spissis atq́ gra uatis obuiam venti veniẽtes cõfligẽdo cõprimũt. humiditas cadit sicq́ pluuia crebra descendit. He itaq́ omnes aque putribiles qui dẽ sunt sed nõ debent habere odorẽ: q̃ si contingit odor: bibentes bracosi fiũt atq́ tussim: vocisq́ sustinent grauitatem: he aque si co quãtur nihil prosunt. 9. ¶ Aqua vero glacialis atq́ niualis omnis mala est: postq́ enim semel fuerint congelate nunq̃ in pristinam cõ uertuntur naturã. q̃cquid em̃ aque saporitum est & leue clarũq́ fue rit ac purũ id gelu adueniente totũ recessit: qd vero turbidum pmã sit: qd sic poteris probare si em̃ aquã in vase ad mensurã positã sub celo congelari dimiseris cũq́ congelata fuerit in sole vel quolibet alio calido loco liq̃facta eadeз remetieris mẽsura: multo min⁹ inue nies esse. 10. ¶ Similiter autẽ de gelu & niue: ex q̃b⁹ nimirũ oĩb⁹ signi ficat: q̃ sol aque subtilitatẽ ac leuitatẽ accipit & dispergit gelu super eã nihil põt. grossum vero nõ dissoluit aut de loco remouetur. 11. ¶ Oĩs aq̃ de niue & similib⁹ peior est oĩb⁹ a q̃ multiplicat bibẽtibus strãguria: & in vesica petra: atq́ in subrhenalib⁹: dolorẽ & in coxis et herniam in testiculis gignit: & maxime ea que de magnis fluminib⁹ aliorum lacuum stagna recipientibus: vel ex multis & diuersis ri nis fluentibus est similiter & ea que de altis locis currunt. non em̃ omnes similes sunt: est em̃ saporita & dulcis & salsa hyemalis: & que de calidis currit locis. harum ergo cum alie alijs cõmiscentur mo do vincit fortior modo minor secũdum ventos. Hec em̃ septẽtriona li cõfortatur vẽto. illa vero meridiano: q̃ q̃dẽ si in vase morã fecerit: fe cẽ quoq́ necesse est vt faciat: & harenã. bibẽtes aũt hmõi quos dixi m⁹ morbis afficiunt. ¶ Quib⁹ vero vẽter mollis est & lenis: neq́ vesica multũ calida: neq́ in collo iuncta: hi sine difficultate mingũt: neq́ quicq́ turbidi in vesica relinquũt: & quorũ vesica inferiora habet ca lidissima: necesse est vt collũ habeat tortũ: q̃ ergo illa in calore natu rã excessit: eius inde collũ intumescit. quapropter & vrina non egre

ditur: sed in inferioribus retenta comburitur. Et quod itaq; leue est ꝛ subtile mictu emittitur: qđ turbidũ ꝛ grossum est ibidem cõgelatur. Sed congelatio illa in primo quidem anno fit parua: postea vero capit augumentum. quunq; abundantius mingunt: quodcunq; grossum in vesica retinetur: ꝛ sic ibi inuiscatum in lapidem conuertitur. Cum ergo mingere volunt: in os vesice lapis descẽdẽs obstruit. ꝛ vrina refragat: tũc vero dolor augumẽtat: quãobrem iuuenũ virge pruriũt. Unde ipsi scalpũt: ꝛ excoriãt eas: causam illã ibidẽ esse putãtes: vis autẽ hui⁹ rei varia est. 13. ¶ Si quis vero ignotã sibi adeat vrbẽ: illius situz inquirat: oportet ergo quomodo videlicet erga vẽtos ꝛ ortũ solis posita habeat: nõ ei in oib⁹ hoc equaliter est septentrionalis nãq; cõtra naturaz meridianam est. atq; sit⁹ oriẽtalis non sicut occidentalis est. Sed illi ciuitati que contra solis ortum ac septẽtrionalis situm ventum habet ꝛ aquã saporitam parum inter alia supradicta loca ab aeris mutatiõe nocetur: ecõtra vero cuiuscunq; humiditates ꝛ aquas salinares bibunt atq; paludestres: nec aperta est secundum orientem nec liberum hz odorem eis multũ est aeris nociua mutatio. Et etiam maximum est studium adhibendum bonitati aquarũ vel malignitati earũ. 14. ¶ Si paludestris videlicet ꝛ aut stagnea aut mollis aut grossa aut ne ab oriẽtum locis decurrat: siue petrosa siue salsa sit; aut dirigeri dura. 15. ¶ Sed nec in terris negligẽtiã habeat: si sicca sit ꝛ inaquosa vel humida ꝛ aq̃sa aut cõcaua au[illegible] arcta vtrũ edita ꝛ eminẽs. 16. ¶ Similiter aũt est ꝛ inhabitantiũ dieta: vtrũ illis amabili⁹ vel saporosi⁹ sit pot⁹ ne an cib⁹ an quies an exercitiũ vel labor vel mãducare. De his aũt oib⁹ inq̃rẽdũ est. Sciẽdũ nãq; qr si q̃s hec oia vel hoꝝ plurima q̃ dixim⁹ cognouerit. 17. ¶ Si in aliquod oppidũ ingrediatur: qđ nunq̃ antea audiuerit vel sciuerit quicq̃ ex eo nihil aliud latebit: tã de ciuili morboꝝ q̃ de corporũ habitatorum naturis: ꝛ cuiusmodi sint: morbum itaq; curare poterit: neq; in subtilitatẽ opportune curatiõis errabit: neq; eñ hec ignorãs quicq̃ curare: vel arbitrio poterit opari. postq̃ quoq; aliqđ temporũ trãsierit accidẽtia vniuersalia ꝛ accidẽtalia loci in locis in hyeme ꝛ estate vẽtura predicet: necnõ ꝛ singulos morbos q̃ singulis hominib⁹ accidere debeant ex eoꝝ dieta: nisi vero morbi ex aeris prauitate ꝓcederẽt: nõ quidẽ vniuersaliter sed particulariter ingererẽt. 18. ¶ Cũ igitur medicus temperantiã aeris tẽporumq; discordiã ꝑnotauerit, sciẽtia sua semp vtilis ꝛ ad sanitatis i..zeniũ cõuenit morbi: ea vero que de re altissima tractauim⁹ recta tenent ꝛ credũt norit astronomiã nõ minimam partẽ esse medicine q̃ quippe homines premonet mutationes partis temporuz. 19. ¶ Itẽ ciuitas que contra posita est calidis ventis. s. que inter ortum ꝛ occasum equinoctialis mediũ tenet: ea semper ab eis incutitur: aque vero illius multe ꝛ calide sunt: aque salse calefiunt in estate ꝛ refrigescunt in hyeme. 20. ¶ Habentium capita humida et fle-

gmatica ventres semper salubres et defectio semp ex possidet corpa multo cibo vel potu. sufficere ppter corporum defectionem nō pos sunt: et ideo multum recipiunt potum: quia eius multus est ascensus: que quidem ciuitas temporis vernalis est similis in temperamento caloris et frigoris. Egritudo in ea minor ac inualidior. Similiter autem et omnis ciuitas in ventos parū caloris sita habet.

¶ De diuersitate aquarum que est inter bonitatem et maliciam et diuersitate terrarum.



Hic etiam dicturi sumus que aquarū sunt meliores: vel salubriores que peiores pluiue nociue et quicquid iuuaminis: vel nocumenti eas cōmitetur. que videlicet sciētia multa est: et ad corporee sanitatis ingenium.

¶ Aque igitur turbulente stagnantes salmares et palustres: estate calide sunt: et grosse: austeri odoris proprie quia non currunt: sed permanent pluuia superueniente: atq solis splēdore perpetuo eas comburente. Itaq necessario fiunt male: et absq calore coleram rubeam generant.

¶ Hee quidem in hyeme frigide congelate atq turbide sunt ex niuibus et earum congelatione: quare flegmatice deueniūt. Brāchos et colerā pcreātes: dolor qz accidit oculis ex caloris et siccitatis in corporibus dominatione senibus catarrus: ex defectione neruorū et consumptione: quidam vero moriuntur: alijs autez latera desiccantur dextera.

¶ Si enim hyems calida p̄cesserit: et austrina: neq a natura corpora induruerint et vene. Ver aūt subseq̄tur siccum: et septētrionale: cū itaq id supflui qd hz cerebrū cum reumate: et tussi deberet dissolui: tunc poti⁹ cōgelatū reddit: atq coagulatū: postea vo intrāte estate cū suo calore sic magna mutatio fiat: p̄dicte accidūt egritudies. Sed et illi ciuitati q̄ ptra solis ortū ac septētrionis ventū siccū hz: et aqua saporita: parū inter alia supradicta et ab aeris mutatiōe nocere cōtra vero et cuiuscūq habitātes salmares aquas bibūt: atq palustres: neq posita est ſm orientem neq liberū habet odorē: eis multū est aeris mutatio nociua.

¶ Si vo estas sicca nimiūq calida fuerit: morbi cito euanescūt. Si vo pluuiosissima extēdent. quacūq em morb⁹ occasione aduenerit illū in putredinē necesse est cōuerti: quos quidez morbos mollicies ventris quā greci vocāt: et aqua curina semp consequitur: q2 nutriti sunt non cito vel leuiter: nec grauiter desiccant.

¶ Si vo estas nimis pluuiosa fuerit et austrina et autūnus similiter hyemē egrā est necesse futurā. flegmatici ergo et qui q̄draginta annorū sunt in causon. Colerici in pleuresiz ac pipleumoniā cadēt.

¶ Qd si estas sicca: et austrina: autūnus vo similiter pluuialis sit atq septētrionalis: in hyeme dolores capitis facillimeq cerebri; atq tussis; raucitas qz accidit; et reuma quibusdā vo et ptisis.

¶ Si aũt septentrionalis sit: neq̧ dieb⁹ canicule pluat: neq̧ arturi euadũt flatici ꝛ cõfortant. Similiter aũt ꝛ q̃ hũide nature sunt atq̧ mulieres. Colericis ꝟo est vade nociuũ: qꝛ eoꝝ siccitas suscipit incrementũ: accidũt itaq̧ illis accidẽtia febrisq̧ acuta ac diuturna.
¶ Alijs ꝟo colera nigra: qḋ eñ est ex colore rubeo subtili ꝛ aquoso incedit: qḋ ꝟo grossum relinquit. silr quoq̧ ꝛ de sanguine: quapropter hec p̃notata passio cõtigit: in flaticis aũt cõtra est.
¶ Juuenũ corpa nõ mollia sed sunt sicca ꝛ spissa. itaq̧ q̃ ea que diximus bene pscrutãdo nouerit ppendere: poterit prenũciare q̃ morbi sunt venturi ex tpis mutatione. Cõsiderando ipsam ꝛ mutationis eẽntiã ꝛ rursus maxime que fortior sit ꝛ supans in qua vcꝫ medicũ nõ vltro dare catarticũ opꝫ: neq̧ coquere anteq̃ decẽ dies vel plures transacti sint: fortior aũt plusq̃ nociua ea mutatio q̃ solis est mutatio estiua: mutabilior hyemali ꝛ autũnali. Hec vero dua h⁹ de causis. Considerandũ quoq̧ ꝛ arturi ortũ ꝛ occasum pleiadũ his nãq̧ tpibus morbi ꝓlongant: sed quidã magis: alij ꝟo minus alij autem mutantur in alium.
¶ Dicendum quoq̧ est a nobis de asie ꝛ europe distãtia quotq̧ diuersitates adinuicẽ hñt: in oibus aũt rebus nature: ꝛ in forma in qua etiã nõ paruꝫ distare noscũtur: de qua re: qꝛ multa sunt que referim⁹ ad eas que plurime sunt: ꝛ ad fortiores resolutiones sermonem redigere volo. Asia europe valde contraria est in omnibus nascentium hoimq̧ naturis.
¶ In illa quoq̧ quecũq̧ meliora q̃ in ista sunt: atq̧ precipua hominum vero qualitas mãsuetior: atq̧ modestior est necnõ ꝛ aie vires excellentiores ibi q̃ vsq̧ locoꝝ sint: quoꝝ itaq̧ omniũ bona ipsorũ complexio cã est: illius eñ loci regio in medio solis ortu est. vnde inhabitantes neq̧ calore: neq̧ frigore superabundãt: quod vero multitudo ibi rerũ ac magnitudo maior q̃ vbiuis locoꝝ est inde venit q̧ forte est id qḋ a natura est. qꝛ complexio equalis est: nõ tñ omnis asie terra equalis est cõplexionis: sed varia est.
¶ Que vero ciuitas inter calidũ ꝛ frigidũ: ibi media locata est ei⁹ cõplexio tpata: arbores ingentes ꝛ excelse: ꝛ aque saporite: ꝛ apte siue de celo descendẽtes siue de terre fontibus surgẽtes: neq̧ nimio exardẽt calore neq̧ multa exardẽt siccitate.
¶ Semia quoq̧ ꝛ plãte ibidẽ multiplicant: necnõ ꝛ ab ipsa terra vltro generant hoies etiã suoꝝ arboꝝ fructibus vescunt: qꝛ de locis suis ad alia sibi magis cõgrua transplantant: atq̧ gñare faciunt pecora sua castrant ꝛ armẽta: ideo qꝛ nimis quieta sunt: bonuꝫ q̃ꝫ habent alimentũ: hoies ipsi beniuoli nobiles habitu: carnosi corporis atq̧ magni: formosi parum dissimiles magnitudine voce. ꝛ pulchritudine: nã loci ꝛ regionis illius contẽperantia: temporum vicine vernalis cõplexiõis ꝯsimiles sunt. qui ergo hui⁹ nature sunt sollicitudini apti atq̧ labori nõ inuite: sed voluntatis effectu.

¶Et sciendum q ex tēperamento abūdant animalia r eorū forme variant egyptus quidē de nuberib⁹: sufficit hec nostra in hoc sententia ptinentiā ad dextrā hyemalis ortus vsq ad illū transitū q micbonitus noiatur europe similis est. Ubi enī multa tēpor mutatio est illa regio aggrestis: r inequalis longos montes r altos hñs multāq arbor varietatē. Ubi vo pua mutatio: illic inequalis regio est. Si qs aūt hoim q̄litate r hitu timet qsdā eor excelsis mōtib⁹ nimiūq aq̄sis siles eē repient q̄litate. alios aūt subtili⁹ parūq aq̄sis ptes vo palustri terre multū herbe fiere alios sicce ac grosse.
¶Adhuc quoq si tpa inter se variant. r eor forme diuerse efficiūtur: de gente vero illa que parū inter se distat vniuersaliter dixim⁹ restat vt de illis inter qs multū diuersitatis est natura ac similitudine sicut est loquemur: ab his igit qui capita longa habent exordium capiamus: qr alijs nullis similes sunt.
¶Causa ergo lōgitudinis capitū primo a mulierib⁹ est habita. i. cōsuetudo: deinde vo natura ɔsuetudinē est cōsecuta. qd ideo factū est vt illi hoies aiosi esse atq audaces insinuarent: consuetudo aūt hec adoleuit q vcz mor vt nascebat infans illū accipiebāt: eius quoq caput in longitudinē aptabāt: sicq ligabant ingeniantes vt rotunditatē amitteret. que res eor capita in longitudinē adduxit qr vcz ipsam naturam ad hoc cogit postea vo lōgioris tpis mora vsum in naturā cauillādo inseruit. Jā nūc itaq nō est cā lōgor capitum consuetudo: sed sola natura est. Quia vero sperma ab omnibus mēbris corporis descendit: sanum quidem a sanis: infirmuz quidē ab egris currēs: r rursus quidē sic opationes fiunt vt calui caluos: varij oculos varios: strabo quoq generat strabonē. Cur ergo, qui longum caput hz similiter non procreet longum: sed iam parua est capitum longitudo ad priscorum comparationem: eo q nunc consuetudo remota est: r ipsa gens est alijs cōmixta. Qui vero habitant in terra phephynos: eorum regio paludestris r calida vnde filios procreant multos fortes. cibaria ex paludibus habent mansiones calamis r viminib⁹ in ipsis paludibus moliunt. quapropter ex ipsis pauci ad alias trāseūt regiōes: trabes itaq summis r imis: cōstruētes minuendo semp inequalitatē loci machinant: hibunt aūt aquas calidas nō currentes putrefactas a sole ac pluuiarum nimietate: sed. r hoc mare qd phephynos dr: stans est nunq currens pterq quidē in illud flumina decurrūt qd si currat paruz ac pigrū est: atq subtile: qr maximū chaos illud cōcurrēdo: p pluuiā descendit: q̄re forme habitantiuz phephynos inter hominum formas prodigales sunt in crassis quidē crasse in corporeis corporee. Juncture quoq illorū r vene in carne latentes: nō appent. colore qdem citrino siles sunt aquā citrinā hñtib⁹: hui⁹ itaq regionis vēti austrini sunt: hñt etiā quendā aliū localē flatū vehementem: r corrūpentē caliditatem exhalantem incole piceon dicunt.

¶ Septentrionalis vero non eis insufflat: quia eos plene pertingere minime pôt. qd si sufflat: sufflat defecte. Hec itaqꝫ nostra ē sententia de diuersitate naturarum atqꝫ formarū in asia habitātiū.

De iracundie autem eorum ⁊ audacie paruitate subiungenda est. minus bellatores sunt qꝫ illi qui europam colūt quia quietiores atqꝫ modestiores cuiꝰ rei causa tempora sunt que in calorem quidem vł frigus non multum permutantur: sed secundum similitudinem atqꝫ vicinitatem. neqꝫ enim eorum animos perturbant: vel corpora plene de complexione in complexionem permutant quamobrem non facile irascuntur. Mutatio nāqꝫ aeris causa est commotionis hominis ad iram: neqꝫ illum quiescere permittit. hac quidem de causa asiani quieti sunt atqꝫ modesti: sed etiam aliqua ꝯsuetudo est vniuerse nanqꝫ asie non suis dominant. quidā ergo asiani non aliis obsequunt quemadmodū helleni ⁊ trabi sibi metipsis fortasse dominantes nullis obtēperando discunt prodesse: qui vtiqꝫ fortiores ⁊ animosiores ⁊ audaciores oibus sunt: qui pugnatoribus oppugnātes sibimet capiunt predā vñ ⁊ ruffe alias iuste dedecus comportant inueniuntur etiam asiani diuersi: quidā enim iusti: alii iniusti: diuersitates temporum sicut diximus cā qui etiam nubiam tenent ele ni. s. edaces sunt atqꝫ molles pigri pugnare ex temperantia temporum. 2.

¶ Et in europa quedam gens tracorum: trachi tamen plusqꝫ quelibet alia gens sibi consimiles sunt. Similiter vero egyptii in calere. turchi vigēt in frigore: terra turchorum viridis est ⁊ petrosa ac mollis: tempora vero eorum ac forme ab omni gente diuerse: sibiqꝫ consimiles sunt. regio misera sub polo est in montibus vnde septētrio sufflat: ⁊ ad quā sol cū occidit estiuo tempore appropinquat paruo quidem tempore paruoqꝫ calore calefaciens eam: ad hanc autem venti ex calidis partibus spirantes minime peruenire possunt nisi minores atqꝫ frigidiores valeant: a parte vero poli frigidi turgent propter niues geluqꝫ: ⁊ aquarū multitudinem: sine qꝫbus illa montana non sunt: vnde ⁊ inhabitata deserūtur. 3.

COr frigidiꝰ ꝛ siccius pulsū duriorē efficit: ac paruū. Spirationē vo si paruitas thoracis pportionet frigiditati moderatā: si maior fuerit: rarā ac tardā. Tales ex oibus minime irascūtur: sed vbi irasci cogant conseruāt irā. Tales preterea oim maxie pectus habent nudum pilis. De thoracis vero paruitate: atqꝫ etiā totius corporis frigiditate similiter agendum est id vnū pmiscue in cunctis preterea addentes vt quecunqꝫ de moribus hoc loco aut alio libro disseruimus in cognitionē tēperamenti: haud quaqꝫ de illis dicta sunt quos sapientie studiū bonos aut malos inuenit. Sed de his quos natura statim ab ortu vnicuiqꝫ iniecit.

¶ De signis iecoris calidioris. Ca. 30.

IEcoris calidioris signa sunt. amplitudo venarū: flaua bilis multa: ac sub ipso vigoris tpe etiā nigra. Sāguis pterea calidior: pinde totū corpꝰ hr: nisi cor cōtra egerit. venter ꝛ itē ilia pilosa

¶ De signis iecoris frigidioris. Ca. 31.

FRigidioris vo signa sunt: angustia venarū: multa pituita. Sāguis frigidior: atqꝫ etiā vniuersa corporis hītudo frigidior: nisi calefiat ab ipo corde. Nuda aūt pilis ilia ꝛ venter.

¶ De signis iecoris siccioris. Ca. 32.

SIccioris vo signa sunt: vbi sanguis crassior ac parcior sit: itē vene duriores: ꝛ vniuersa corporis habitudo siccior.

¶ De signis iecoris humidioris. Ca.33.

HUmidioris signa sunt: vbi sanguis hūidior & abūdantior fit ac vene hūidiores: atq3 ēt corp⁹ vniuersū nisi cor cōtra egerit

¶ De signis iecoris calidioris ac siccioris. Ca.34.

CAlidioris sil' ac sicciores iecoris īdicia sunt: ilia q̄3 maxi e pilosa. Sāguis paucior sil' ac siccior. Flaua bilis plurima ac sub ipso vigoris tpe etiā nigra: amplitudo venarū: ac durities. Itidez vniuersuz corp⁹ existit. Caliditas eñi de corde pcedēs vincere pōt de iecore pcedentē frigiditatē. quēadmodū frigiditas caliditatez Siccitas vo a corde humidiori in cōtrariū duci nequaq3 pōt. Media vo est de iecore pcedēs humiditas: magis eñi a cordis vincit siccitate q̄3 siccitas ab humiditate. Min⁹ vo q̄3 caliditas: item minus q̄3 frigiditas. Hec eñi ex qualitatibus a iecore pcedētibus maxime vincitur. Quocirca pspicuū ē: vt si tēperamēta amboz membroz principaliū in idē cōcurrāt: vniuersum corp⁹ p illarū natura afficiatur: ac paulopost illarum indicia exponemus.

¶ De signis iecoris calidioris & humidioris. Ca.35.

CAlidioris simul & humidioris iecoris indicia sunt: q calidi & sicci: ilia minus pilosa: sanguis vo plurimus: amplitudo venarū maxia: totius tēperamentū calidū & humidū: nisi cor cōtra operetur. Si vo plurimū his qualitatibus auget ab eo q̄ fm naturā mediocritate: putridis prō pte corripiunt egritudinib⁹ qn̄ malis humoribus repleti sunt: & adhuc magis si plurimū augetur humidū supra calidū. Si vero ecōtra: paulo. s. humidius: multo calidi⁹ moderato minus replentur malis humoribus.

¶ De signis iecoris humidioris ac frigidioris. Ca.36

HUmidi⁹ rurs⁹ ac frigidi⁹ iecur ilia hz nuda pilis ac sanguinē efficit pituitosiorē cū angustia venaz: atq3 etiā vniuersuz corpus similiter affectū: nisi in contrariū ab ipso corde ducatur.

¶ De signis iecoris frigidioris ac sicciores. Ca.37.

FRigidi⁹ vero ac siccius iecur sanguinē efficit parciorez: venulasq3 angustas: ac corpus frigidius. Item ilia nuda nisi cor ipsum vincat.

¶ De calido testium tēperamēto. Ca.38.

CAlidū testiū tēperamentum veneris appetētissimum est: marem gignit ac fecundum est. Pili in partibus genitalibus cito nascuntur: et attingunt membra que circiter sunt. Frigidū aūt ecōtrario habet. Humidū vo seminis efficit multū. Siccū vo paz seminis: ac modice crassum.

¶ De calido & sicco tēperamento. Ca.39.

CAlidum et siccum temperamentum crassum obtinet semen et q̄3 maxime fecundum: atq3 ocissime excitat statim ab initio animal ad cōcubitū. Porro tales in partibus genitalibus celerrime pilos habentes & in cunctis membris que circa sunt supra vsq3

ad vmbilici sedē infra vsq ad media femora. Hoc nanq temperamētū ad rem venereā nimiū cōmouetur: sed ocyssime implet: atq offenditur vbi inferas vim.

Quenā signa sunt vbi caliditas cum humiditate concurrunt. Ca. 40.

Ubi caliditas cū hūiditate cōcurrat: tales pilosi mināexistūt: sed magis abūdāt semine nō tn̄ magis q̄ alij appetūt: minus q offendunt vbi sepius cōcumbant. Qđ si ambo nimiū creuerint: tū calor: tum etiā humiditas nō sine lesiōe rebus venereis abstinēt

De signis humidi ac frigidi testium temperamenti. Caput. 41.

Ubi testes frigidiores: humidior esq tempamēto sint: partes q̄ circum sunt pilis vacāt: ac tarde cōcubere incipiūt: nec ad tale munus admodū cōmouētur. Aquosum preterea ac tenue semen est: atq infecūdū: et feminā gignit.

De signis sicci ac frigidi temperamenti. Ca. 42.

Frigidū ac siccū temperamētū: simile qdē in reliquis p̄dictis est. Sed semen crassius ac penitus exiguū est.

De totius corpis habitudine. Ca. 43.

Totius corpis habitudo vt antea diffinitū iā est: similis redditur cordi: iecoriq. Exuperat aūt similitudo habētis quālibet primarū qualitatū fortiorē quas sane actiuas cognomināt. Totius vero corporis habitudo de illis potissimū dr partibus: q̄cūq cernētibus prime subiacēt. Tales vo musculi sunt cunctis ossibus obuoluti: cōposite quedā carnes ex simplici primaq carne atq etiā fibris: q̄bus he annexe sunt. Propria enim substātia musculoꝝ hec vtraq est. Uasa aūt ad eos pertinentia, velut aq̄ductus q̄dam sunt nequaq̄ absoluētes substātiā: sed seruiētes ad salutē. Hoꝝ igit indicia dicent i regionibus moderatis. Immoderata em̄ regio p̄mutādo cutē p natura sua format ac nōnulla signa corrūpit. Pari mō siq̄s in regione moderata p estatem seipsum soli nudū exponat: idicia q̄cūq ducūt ex colore: ac mollitie: et duricie variabūt. At si queadmodū regio moderata habet: et ipse moderate viuat: neq exustus in sole nudus vnoquoq die plurimū. Sz nec instar vginis vt q̄dā in vmbra nutritus: signa tēperamēti diligētiora reddētur. De his igr disputātes indicia moderati in vniuerso aīalis corpe cōsideremus.

¶ De signis corporis temperati. Ca. 44.

Color ex rubro cādidoq permixtus est. Capilli modice flaui ac magna ex parte crispi reddūtur Caro modica i qualitate existit. Tale em̄ corpus medium oīm excessuū quodāmō est vt q̄ huius ipsius coparatione pingue et gracile nominatur. Itidem comparatiōe huius obesuz macilētū durū molle pilosuz nudūq dr nullū q̄ tale moderatū ēsz quasi regula polycleti summā obtinuit mediocritatē vt attrectāti neq molle appeat neq durū neq calidū neq frigidū.

Cernenti vero neq pilosum: neq nudum: neq pingue; neq gracile neq aliqua alia immoderatione affectum.

¶ De signis corporis calidioris. Cap.45.

Quecunq vero carnē moderato calidiorē habēt: nō tn̄ ficciorē: aut humidiorē. De tali em̄ presens sermo est. Apparet em̄ attrectāti tanto calidior q̄to etiā temperamēto calidior est: tāto preterea pilosior q̄ tertio calidior. Pinguedinis vero min⁹ habebit. Colorē vero rubrū ac capillos nigros.

¶ De signis corporis frigidioris. Caput.46.

Frigidioris tēperamēti indicia sunt: si pilis vacat: si pingue corp⁹ est: si frigidū attrectāti apparet: si color rubid⁹ vna cū capillis est. Ubi vero multa frigiditas habeat: liuidus quodāmō est: ac plerīq medicoꝝ solēt tales hoīes liuidos nominare.

¶ De signis corporis ficcioris. Caput.47.

Siccius preterea temperamētū tāto gracilenti⁹ ac duri⁹ moderato est q̄to ficci⁹ fuerit moderato: in reliq̄s subsimile est.

¶ De signis corporis humidioris. Ca.48.

Humidi⁹ vero temperamētū in reliq̄s subsimile est: carnosius aūt ac molli⁹ est. Ceterū cōposita primaꝝ q̄litatū tēperamēta: ꝯpositam quoq speciem habēt.

¶ De signis corpis calidioris ⁊ ficcioris. Ca.49.

Calidius ac ficcius temperamētū pilosi⁹: calidi⁹: duri⁹: atq extenuatū est ⁊ gracile: capillosq nigros hn̄t ⁊ corp⁹ nigruz si calor admodum augetur.

¶ De signis corpis calidioris ⁊ humidioris. Ca.50.

Calidi⁹ ac hūidi⁹ tpamētū molli⁹ ⁊ carnosi⁹ optīo tpamēto tāto est q̄to q̄litatib⁹ augeť. Ubi plurimū augeť putridis ꝓpte corripiť morbis: q̄n malis repleť hūorib⁹. Ubi ꝟo fuerit multo calidi⁹ paulo vero humidi⁹ moderato: tales carnosiores nec paulo pilosiores exiſtūt: nec sec⁹ attrectāti nō paulo calidiores hn̄tur. Capilli ꝟo nigri: sunt nec sine pīguedine caro est. Q̄d si paulo calidi⁹ fuerit multo aūt hūid.⁹ in his caro mollis multaq ē: ac color ex rubro cādidoq ꝯmixt⁹: ac tāgēti paulo calidiores apparēt: ⁊ vt semel dicatur in temperamētis ꝯpositis semper exuperantis qualitatis indicia exuperabunt.

¶ De frigidiori ⁊ humidiori tēperamēto. Ca.51.

Frigidi⁹ vero atq humidi⁹ tēperamentū quotiēs ambo paꝝ augētur sine pilis est cādidū molle crassum pingue. Quotiēs ꝟo ampli⁹ augeť in alijs ɋdē q̄d ꝓportioneť augmēto qualitatū. Color aūt simul cū capillis ruffus: quēadmodū si plurimū augeantur liuidus est. Q̄d si augmentū inequale fuerit qualitatū indicia auctioris qualitatis ꝓpria exuperabūt. Sed si simul frigus cū siccitate ex quo augeatur: natura durum ⁊ gracile corpus habēt: ac nudum attrectanti frigidum. Pinguedo vero ipsis alioquin exte

nuatis carni dispersa est. Ca pilli vero ac color mensure frigiditatis proportionant. Ceterum vbi calidum et siccum temperamentum in ipso vigoris tempore revertitur ad habitum frigidiorem ac sicciorem. Corpus talium: gracile: durum ac melancolicum: proindeque nigrum simul pilosumque est. Si vbi altera qualitas. multum exuperat: altera parum a mediocritate euariet: exuperabunt quidem exuperantis: alterius vero signa reddent debiliora. At vero preterea quecunque dicta sunt: aut dicenda commune temperamenti indicium est: vbi membrum facile refrigeret frigiditatis aut raritatis: vbi difficile refrigeret caliditatis aut densitatis. Si vero ledatur ab exiccantibus: reddaturque siccum: squalidum: rigidum siccitatis quemadmodum si grauet ab humectantibus humiditatis considerandum preterea vtrum omnes musculi simile an dissimile inuicem habuerint temperamentum: scrutantes in omnibus subiectorum ossium quantitatem. Nam interdum pars gracilior videt que haud quaque graciles: quantum ex musculis est. Sed propter angustiam ossium talis apparet. Itidem crassior interdum videtur non propter ossium amplitudinem: sed propter carnis multitudinem que et crescens: et decrescens: et durior: et mollior effecta: partem modo sicciorem: modo humidiorem facit. Si igitur pauca puraque fit: partem efficit duriorem. Si multa ac mollis humidiorem Nec secus similarium corporum interceptionis plus humiditatis aut minus in seipsis continentes: partem reddunt aut crassiorem: aut graciliorem: aut humidiorem: aut sicciorem. Humidiorem quidem quotiens humiditas tenuior multaque sit. Sicciorem vero quotiens crassior: paucaque habeatur. Ipsas enim partes corporis solidiores que vero solide primeque sunt: nullo pacto fieri potest vt efficias humidiores: sed satis erit si prohibeas eas cito nequaque exiccari. Sedes autem interceptas repleas humore tali vel tali: licebit Tale est proprium alimentum partium similarium ex adiectione non per venas attractum. Atque hic sermo cunctis partibus similaribus communis est: ac rursus dicet dum de causis sanis aget: nunc ad reliqua veniamus.

De signis ventriculi natura sicciori. Ca. 52.

Ventriculi signa natura siccioris sunt: si cito sitiat ac paucus potus sufficiat ac multo grauet et dolorem sentiat: quotiens superfluus fluitat esculentisque gaudeat siccioribus.

De signis humidioris. Ca. 53.

Humidioris vero signa sunt: si non sitiat: ac potum ampliorem innocue ferat: esculentisque gaudeat humidioribus.

De signis ventriculi calidioris natura. Ca. 54.

Calidior preterea ventriculus concoquit melius quam appetat: ac multo magis quecunque dura sunt: et alteratu difficilius queunt. Que enim facile alterant in eo corrumpunt. Pro ergo gaudens calidis esculentis et poculentis minime ledit a frigidis ex vsu moderato.

De signis ventriculi natura frigidioris. Ca. 55.

Et frigidior natura vētricul⁹ bn̄ appetit q̄dē ſʒ nō bn̄ concoquit potiſſimū quecūq₃ eſculēta frigida ſunt atq₃ alterari difficulter queunt: vt que celeriter in eo acescāt: ⁊ ob eā rem talis vētricul⁹ ructat acidū: ⁊ gaudet frigidis: q̄bus niſi ſeruet modū facile ledit. Nec ſecus ea q̄ extrinſec⁹ incidāt diutius adhibita nequaquā tolerat: queadmodū neq₃ calidus vētriculus tolerat calidiora. Intēperies em̄ ꝓpter egritudinē in vētriculo hoc diſſident ab his q̄ natiue exiſtūt: q₍ cōtraria appetūt nō ſimilia: queadmodū natiue. Intēperies aūt cōpoſite ex ſimpliciū ↄpoſitiōe cognoſcent̄. At vero diligēter cōſiderare oportet que ſunt dicta interſtinguētes ab his q̄ dicenda ſunt. Nō ſolū em̄ vētriculus facit vt ſitias aut nō ſitias aut vt appetas frigida aut calida: ſʒ ēt viſcera in thorace cōdita cor ac pulmo aliq̄d tale efficiūt. Sʒ q̄ pre caliditate taliū partiū ſitiūt: aerē inſpirant pleniorē longūq₃ efflant: atq₃ in thorace ſentiūt eſtuʒ: nō circa ilia: queadmodū q̄ ꝑ caliditate ventriculi ſitiunt. Quinetiā bibētes nō ſtatiʒ quieſcūt: ac frigidus potus ſitim eoꝝ poti⁹ ſiſtit q̄ multus calidus. Frigidus preterea aer inſpirat⁹ refrigerat eos: nequaq̄ leuās eos q̄bus vētriculi calor ſitim affert. Itē q̄ ecōtrario habent ab inſpiratiōe frigida inſigniter afficiunt̄: idq₃ frigiditatis in pulmone ſignū eſt maximū: ⁊ queadmodū inſpirādo frigidū ꝓſpicuā ſentiūt frigiditatē ac leſionem: ita calor illis amicus eſt. Excremēta ꝑterea expuūt pituitoſa ac cum tuſſi excreant. Atqui pulmonis ſiccitas excrementis vacat ac pituitam nequaq̄ hʒ vocem claram queadmodum humiditas obſcurā raucamq₃ vocem emittit atq₃ excrementa incurrunt: vbi clarius loqui libeat: non tamen vocis magnitudo calore efficitur queadmodū nec paruitas frigore cōſiſtit. Sʒ hoc amplitudinem aſpere arterie efflationemq₃ vehementiorem: paruitas vero contraria comitatur. Quocirca vocis magnitudo paruitaſq₃ nec ſemper: nec primaria ratione: ſed ex accidenti ſolūq₃ natiuum temperamentum non aduēticium ſequitur. Opificia em̄ temperamēto tali extiterunt. Idcirco talis vox comitatur ex voce: ꝑterea natiuū tēperamentū colligas licebit. Etem̄ vox leuis arterie ſequitur leuitatē: queadmodū aſpera aſperitatē. Arterie igitur leuitas tēperamēti ſequit̄ mediocritatem: aſperitas ſiccitatē. Aſperitas enim corporis inequalitate efficitur ſiccioris. Arteriam autem duram ſimiliarium ipſius partium ſiccitas. Inequalem vero diſperſi humoris inopia facit. Simili modo neq₃ acuta vox per naturam ſine anguſtia faucium: neq₃ grauis ſine amplitudine fieri poteſt. Anguſtia igitur natiue frigiditatis alumna eſt: amplitudo caliditatis. Ceterum diſcrimina vocum per affectiones efficiuntur: quod proportione reſpōdeant naturalibus. Nam ⁊ illa efficientium cauſaꝝ indicia ſunt de q̄bus in libro de voce abūde perpenſum iam eſt. At alie corporis partes animalis interiores obſcura temperamenti indicia habent. Sed enitendum tamē eas cognoſcere ex his que

iuuāt ac nocēt: atq; etiā naturaliū viriū actiōib⁹. Dictū est tertio libro de causis accñtiū: vt ꝑgressuʒ tēꝑamentū ꝟo⁹ ac vitiū vniuscuiusq; facultatis existat. At de tēꝑamētoꝝ signis dictū iā est.

¶ De ꝑtibus cognitu faciliorib⁹ ac difficiliorib⁹ ꝛ de eis que nullo pacto cognosci possint. Cap. 56.

Partes que magnitudine: aut figmēto: aut nūero: aut positione sunt impedite: q̄cunq; subiacent sensibus cognosci facile possunt: quecūq; vero nō subiacēt sensibus: aut difficulter cognosci aut nullo pacto pn̄t. Capitis igitur magnitudo ac figura simul cū cerebro perspicua est vt antea docuimus: atq; etiā figura: magnitudoq; thoracis. Siꝉi mō scapule: humeri brachia: cubit⁹: summe manus: coxe: femora: tibie: pedes vtrū sint figmento: nūero: magnitudine an positiōe simpliciū impedita: cognitu nequaq̄ difficile est. Itē lesiones oꝑationū: in vnoquoq; perspicue sunt. At ꝑtes corꝑis interioris cognosci non oēs pn̄t. Uidi eñ ventriculū cuiusdaʒ ita paruū rotūdū ac ꝓpēsum in ilia: vt ꝓpria circūscriptio ꝑspicue appareret spectāti ꝛ attrectāti. Nec secus vidi vesicā ita positā: vt si q̄ñ vrīe secretio cūctaret: moles circūscripta ꝑspicue appereret Nulla alia ꝑs, interior ꝑspicuā aliq̄ñ mihi ꝓbuit cognitionē: sed eniti virtutē cognoscere ꝓut fieri pōt ac vitiū earū: q̄q̄ nō firma sciētia sʒ artifici cōiectura ꝯueniet. Agam⁹ de iecore gr̄a exēpli. Uidi ñ paucos iā habere venas angustiores ac totū corp⁹ decolor. Qui si paulo plus accepissent cibi potissimū inflātis crassi ꝛ glutinosi: q̄si pōdus positū ac pendēs circa dextrū iliū in⁹ ꝓfundo sentiebāt: aut tristē extēsionē. in his igit̄ par est: vt iecur paruū angustūq; meatib⁹ habeat̄. Uidi ꝑter ea aliū pituitosum q̄dem tota habitudine vomere singulis dieb⁹ croceā bilē. Noui igit̄ oportere scrutari excremēta ipsi⁹ a c paꝝ bilis hēbāt: existimaui igit̄ meatū emittētē hūorē felleū nō parū sui partē ad ostiolū vētriculi piloꝝ: noiant transmittere: queādmodū in q̄busdā accidit aīalib⁹. Ex q̄bus ꝑspicuū est vt in his que sensu cognosci nō queūt: cognitio disiectiōis oꝑationū et vsus partiū admodū cōducat. Sicui ergo libet vt est dictuʒ cognoscere impedita corꝑa dissecādi: exerceat artē ꝛ oꝑatiōes: vsusq; partiū cognoscat. Sed de vtrisq; seorsum dicato volumie docuim⁹ de q̄bus in fine libri dicet̄: vt artis studiosi scire valeāt ex quonam libro talia ꝓcepta colligere cōueniat. Sed de his satis.

¶ Quibus signis cognoscat̄ corpus egrotū. Cap. 57.

AT quecūq; corꝑa nunc egrotabilia sunt. i. q̄cunq; egrotant cognosci opꝫ: si sensibus subiacent mutatione naturaliū affectionū veluti coloris: figure: numeri: positionis: molliciei: duriciei: caliditatis: frigiditatis: ꝛ vt in totum dicat̄ lesiōe oꝑationū aut excretione humorum: aut dolore: aut tumore ꝓter naturā: aut oibus his: aut q̄busdā. Particulatim ꝟo cerebri affectiōes morbose cognoscunt̄ delirio sensuū: aut cogitationis: aut motuū lesione: aut

excretione humoꝝ ex palato naso oculis auribus: aut dolore qui in ipso fatiget. Cordis vero egritudines cognoscunt difficultate spirandi: subsultione cordis pulsu arterie: iracūdia placiditate: febribus: frigore: coloꝝ diuersitate ac dolore qui in ipso fatiget. Jecoris dispōnes cognoscunt humoꝝ inopia aut copia ac mutatiōe ad habitū pter naturā: pallore: itē distributione: cōcoctiōe: aut excrementoꝝ mutatione: atq; etiā pondere: loci tumore dolore nō solū q̄ ibi affligat sed q̄ rōne cōsensus spiratiōis afferat difficultatē aut tussim. Pari mō vētriculi egritudines innotescūt cōcoctione appetitu humidi sicciq;: ꝛ excrementoꝝ secretione euariantiū. Jtidē singultu ructu: nausea: vomitu: ac spē materie reiecte per vomitū: dolore: tūore: ꝛ spirādi difficultate. Quietiā thoracis dispōnes cognoscuntur spirationis difficultate: tussi dolore loci: screatione. Morbi vero aspe arterie cognoscunt: spirationis difficultate: tussi ac dolore loci: screatiōe: vocis lesiōe atq; in reliq̄s cibus qd̄ pportiōe rn̄deat: ex tumore: dolore: lesiōe opationū: atq; etiā excretiōe hūoꝝ indicia ducunt. Tū aūt pter naturā inflāmatiōe: duricie: tumore describit. Dolor quouis loco fatiget: aut solonem cōtinuitatis: aut alterationē significat subitā. Cōtinuitas vero soluit vbi mēbrū erosum sit aut incisum aut collisuꝫ aut extēsum. Substātia alterat calliditate: frigiditate: hūiditate: siccitate. Uirt⁹ pterea aut debilē facit opationē: aut mēdosam: aut nullā. At q̄cūq; excernunt: siue ptes affectaꝝ ptiū siue excremēta siue materie in mēbris cōdite ppriam exhibebūt significationē. Sed de his libro de affectis ptib⁹ latius definitū iā est: quē null⁹ ex maiorib⁹ in viā docēdi ꝛ rōnē redegit: aut ad integrū tradidit: nec aliquā aliā cōmentationē quaꝫ antiq̄ores inchoarunt quidē: sed nequaq̄ absoluerunt.

¶ Quib⁹ signis cognoscat corp⁹ egrotaturū ꝛ gualiturū. Cap. 58.

Egrotantium igit indicia ex illo volumine pducunt. Egrotaturi vero cōualituriq; signa hac via ꝛ rōne discunt. Egrotaturi igit signa media quodāmodo sunt iter ea q̄ sanis egrisq; accidūt. Jn sanis em̄ cūcta p naturā existūt: in egris pter naturā inquātū egri sunt: in cōfinio hoꝝ sunt ea q̄ significāt egritudinem. Quedā qꝛ p naturā q̄dē existunt sed q̄litate aut quātitate: aut tpe euariāt: q̄dā pter naturā sunt quidē sꝫ minora q̄q̄ in morbis hn̄tur: ꝛ ob eā rē corpoꝝ dispōnes q̄cūq; egrotatura sunt neutre censentur: ac signa earū primaria rōne indicant sanitatē: scdaria egritudinem. Jta fit vt hec ipsa p diuersitate hitudinis tū neutra: tuꝫ etiā egra dicant. Neutra quatenus presentē indicāt affectionem. Egra quatenus pnunciāt futurā. Simili mō se hn̄t q̄cunq; signa sana in egrotis appent: vt sana sint: qꝛ futurā significant sanitateꝫ. Egra vero inquantū pn̄tē dispōneꝫ oñdunt: ita efficit vt quecūq; signa ambas significāt dispōnes: neutra existant ex vna neutre vocis significatiōe. Porro nequaq̄ videri mirabile dꝫ vt ea ip̄a signa

per habitudinem diuersaꝝ tres obtineāt rōnes tū sana ꝛ egra tuꝫ etiā neutra: ac vt ex vtraqꝫ significatiōe q̄cunqꝫ signa in cōualescentib⁹ existūt neutra vocent: queadmodū signa q̄ in senectute hn̄tur Hec ḡ cūcta plurib⁹ notiōib⁹ rōnibusqꝫ subiacēt. Quecūqꝫ vo i sanis ad itegrū sūt: soli sanoꝝ subiacēt notiōi. Itē q̄cūqꝫ i egris hn̄tur neqꝫ ꝑmōstrātia sanitatē futurā. Sꝫ de his deicepsdicemus.

¶ De signis pronosticis. Cap. 59.

De signis ꝑnosticis in primis agēdū est. Cūqꝫ duplex eoꝝ differentia sit in primis aggrediemur ea q̄ q̄titate aut qualitate aut tp̄e nō ipsa forma euariāt ab indicijs naturalib⁹ vbi gr̄a appetitū cibi intensum aut exolutū aut tp̄e nō cōsueto aut nō soliti cibi aut excretionē materie humidioris aut durioris. Itidē excrementoꝝ humentiū inopia aut exuperantia p̄ter naturā aut coloris cōditiōis ve mutatio aut tp̄is eūationis ꝛ isomnia ac somn⁹ plurimus aut in tp̄e minime cōsueto. Pari mō circa potū multuꝫ aut paruū aut calīm aut frigidū cupiditas minime ꝯsueta queadmodū circa rei venereę vsuꝫ imoderata aut importuna cupiditas sudor amplior iusto aut mior. Pigrities circa motū: au tētāti moueri grauitas: aut exolutio fortꝫ: mēstruoꝝ supp̄ssio: maior ve aut minor eūatio: nec sec⁹ vacuatio ex mariscis. Quinetiā circa edulia aut potionē nō sīl'is supiori voluptas futuri morbi indiciū est. Eodē mō mētis hebetudo non naturalis aut insolita obliuio: aut in somno visa nō cōsueta: atqꝫ ēt audit⁹ olfact⁹ ac vis⁹ hebetiores marcidioresqꝫ: ꝛ in vniuersuꝫ q̄ cūqꝫ ꝑ naturā extiterūt ꝑtim crescentia ac decrescētia ꝑtim: ꝑtim tp̄e aut q̄titate variantia. Itidē corꝑis moles maior aut mior. Et vbi maior sit: rubidiorqꝫ: ꝛ albidior: aut velut liuidior: nigriorqꝫ. Nec sec⁹ ructus: sternutamentū: ac flatus amplior aut incertior: q̄ꝫ q̄ ꝑ naturam est. Pari rōne q̄ cūqꝫ ex naribus: aut aurib⁹: aut palato excernunt q̄b⁹ cerebrū expurgat q̄titate q̄litate aut tp̄e variātia. Itaqꝫ hec oīa sub naturali gn̄e ꝯtinent Mordicatio vo vētris aut stōachi aut intestinoꝝ aut deijciendo aut vomēdo aut mīgēdo aut aliq̄s ali⁹ dolor moderat⁹: sub gn̄e p̄ter naturā ꝯtinent. Nondū tn̄ egrotare ita se hn̄tes dicunt queadmodū neqꝫ grauati caput: aut dolētes: quotiēs nōdū ab illa solita oꝑatiōes ipediant: atqꝫ egrotādi termin⁹ talib⁹ dispōib⁹ talis est. Quocirca ex habitudine eadē dispōnē morbosaꝫ neutrāqꝫ dicem⁹ instar cōꝑatiōe roboris ferētis aut euicte facultatis: vnaquecꝫ dispositio p̄dicta: aut morb⁹ aut neutra dispō est. Nec sec⁹ vbi sensus non maiori: minoriqꝫ rōne a se inuicē dissidēt: sed p̄ter naturā existūt: indicia morboꝝ sunt: quoad exigua fuerint: nec dū solitas adducere queāt oꝑatiōes vbi gr̄a. in gustu q̄tiēs salsam aut amarā aut aliquā aliā qualitatē sentiat: semꝑ comedēdo: aut bibēdo: aut etiā nulla re tali ingesta saliua ipsa talis appareat. In odoratu vo quotiēs aliquā vnā sentiam⁹ q̄litatē nullo odorabili p̄nte: aut etiā

presentibus plura ac diuersa cuncta perinde quasi similia sentia-mus. Sepe vero nullus sensus aut rei male olētis efficit nulla re p̄-sente male olente. In auditu vero sonitus ac strepit⁹ p̄ter naturā quē admodū in visu q̄cūq̱ obuersari videt̄ nigra turbida cerulea: ruffa flaua: rotūda: oblōga: extenuata: crassa cūcta ob oculos volitātia. In sensu vero tāgēdi quotiēs inequalitas quedā: aut densitas: aut grauitas: aut extēsio: aut stupor: aut vlcerosa affectio vniuersa cor-poris habitudine appeat: quēadmodū in q̄uis pte extēsio: aut col-lisio: aut mordicatio: aut grauitas quotiēs exigua fuerint: nec diu tius immorentur: dispositionem quidem neutram esse ostendunt: prenunciant vero morbum.

¶ De signis corporum iam egrotantium: quo pacto mortē aut sanitatem ostendant. Caput. 60.

Quecunq̱ vero signa in egrotis appent indicātia sanitatem ac mortē. Prima quidē sana: alia vero generatim q̄dē egra sunt: speciatim exitiosa dicuntur. Ducunt̄ vt in vniuersum dicatur ex opationum v̄tute vitioq̱: pticulatim ex opatiōib⁹ pticularibus quarū genera antea docuimus. Primo genere ꝯtinent̄ partes p̄nci-pales. Scd̄o v̄o ptes illi ānexe. Tertio gn̄e collocant̄ ptes q̄ seip̄as gubernāt: sꝫ a mēbris principalib⁹ appendices quasdā suscipiunt. Porro quartū gen⁹ eorū q̄ dicta sunt ad p̄sentiendū inutile est. Sꝫ ex accedēti interdū p̄senſio fieri pōt quēadmodū ex oībus excremē tis: ex his q̄dem rōne cōsensus excremētis: q̄r cōcoctionē crudita-tēq̱ indicāt. Quocirca nequaq̱ fieri pōt: vt non semper aut natu-ram dn̄ari materie: aut materiā nature: aut neutrū alteri⁹ indicēt Si igit̄ dn̄etur natura: sana signa dicunt̄. Si natura vincat̄ egra: neutra v̄o quotiēs equaliter pugnent. Perspicue igit̄ cōcoctionis signa sana sunt: quēadmodū cruditatis indicia egra. Ubi v̄o neq̱ cōcoctionē p̄spicue indicēt: neq̱ cruditatē neutra dicant̄. Neutra p̄terea sunt: q̄cūq̱ mō hoc modo cōtrariū indicāt: quēadmodū di-giti nigrescētes signa decretoria. Alia sunt de q̄bus lib. de indicijs ꝑpensum iam est: quēadmodū de singulis opationib⁹ lib. de causis accidētiū. Ex his igit̄ locis pticularē materiā oēm colligere ꝯuenit ipse breuitati studens hic sisto sermonē de signis: deinceps de cau sis agemus.

¶ Artis parue Galeni liber terti⁹ interp̄te Laurētiano medico.

¶ De causis sanis custodiētibus ⁊ efficiētib⁹ sanitatē. Caput. I.

Cum cause sane: egre: neutreq̱ sint: in primis de causis sanis agem⁹. Cūq̱ earū ip̄arū he custodiāt sanitatem: ille efficiant sintq̱ custodiētes priores efficiētib⁹ tp̄e ac dignitate: a custodienti bus exordiemur. Cum ergo sanum corpus nō simplex sit: sed multi plex vt antea definitum iam est: in vnoquoq̱ eorum causa custo-diens propria erit: quandoquidem causa ad aliquid est. Rursus igitur hoc loco ab optima corp̄is p̄paratōe petito initio cās cōpa

ratiōe illi⁹ sanas cōsiderem⁹. Ea℞ inuentione rei ipsius natura sub ministrabit. Si eñ corpus nō posset pati: nec alterari semp optima preparatio ꝑmaneret nec indigeret arte gubernāte. Sed cū alteret corrūpat: ac ꝑmutet minime custodiēs quā amissio obtinuit conditionē: idcirco auxilio eget. Ergo q̇t modis alterat: tot gn̄a auxilio℞ rū habebit .i. cārū custodiētiū sanitatē: q̄ vt cōstat ex dictis corrigētes cāe gn̄e sunt. Sʒ q: paulatim corrigūt ꝓusq̧ lesio vniuersiʒ incidat: medici nequaq̧ dicūt futurū ꝓcaueri malū: sʒ pn̄tem custodiri ꝑparationē. Corp⁹ igr̄ alterat a q̇busdā necessario: a q̇busdā nō necessario. Intelligo necessario alterari ab illis q̇b⁹ abstineri nō pōt. Nō necessario ṽo q̇b⁹ p̄t abstinere. Ergo i aere circūeūte necessario diuersat: comedit: bibit vigilat: dormit necessario. Gladio n̄ vtit necessario nec bestijs. Quocirca i ꝑmo cārū gn̄e ars circa corp⁹ ꝯsistit. i scdo mime ꝯsistit. Si igr̄ q̄cūq̧ corp⁹ alterāt necessario diuiserim⁹ i vnoq̧ʒeo℞ ꝓpriū gn̄s cārū īueniem⁹. Primū itaq̧ ē aer circūueniēs. alte℞ mot⁹ ac q̇es toti⁹ corpis ac ꝑtiū. Tertiū somn⁹ ac vigilia. quartū ea que ingerunt. Quintū ea que excernuntur ac subsistunt. Sextū animales affectiones. Corpus igitur ab aere circumeunte: aut calefit: aut frigescit: aut exiccatur: aut humectatur: aut cōiūctim afficit: aut ex tota substantia alterat. Porro ab ipō motu quieteq̧: si vtrūq̧ fuerit immoderatū calefit: aut frigesit: aut siccat aut humectatur: aut cōiunctim afficitur. Itidem ex somno ac vigilia necessario afficitur. Simili mō ex his que ingerunt aut excernunt: aut subsistūt: ⁊ ex aīalibus affectionibus. Etem̄ cuncta hec partim ꝑspicue partim per medias causas alterāt corpus corrumpuntq̧ sanitatē. At de his seorsum perpensum iam est libro qui est de tuenda valitudine. Cuncta ergo dicta gn̄a sanarum causa℞ materie quepiā sunt cōgrue q̄ adhibite conseruant sanitatem: incōgrue vero morbos cōmittūt. Quocirca perspicuū ex his est: vt nō alia substātia cā sana sit: alia egra: sed eadē substātia ex habitudine interdū sana: interdū egra reddatur. Ubi eñ corp⁹ indiget motu: exercitatio sana quies egra habetur. Ubi quiete idiget q̇es sana est: exercitatio egra. Nec secus de cibo potu ⁊ alijs oībus dicēdum est. Unūq̇dq̧ eñ vbi egēti corpori adhibeatur cum propria quātitate ⁊ qualitate sanum efficitur. Ubi ṽo aut nullo pacto egenti corpori precipiat: aut nequaq̧ congrua mensura morbosum consistit: ac duplex intentio circa sanum egrumq̧ est rei adhibite qualitas ac quātitas. Inferre aūt tēpus ceu tertiū ab his diuersum: alienum est a rōne quādoquidē in his ipsis cōtineatur. Si eñ re talia ac tanta opus est scʒ ⁊ congruo tempore adhibeatur necesse est: atq̧ idcirco tempus inducitur. quia corpus morti obnoxium est ac facile mutatur: ⁊ fluit: ac pro diuersitate mutationum alias alijs subsidijs indiget. Quapropter tempus in his que sunt dicta genere tertium nequaq̧ est: sed ad faciliorem doctrinam sepenumero: tanq̧ tertio vtimur ob causam

predictam. Sed cum in his intentionibus: tum alie cause sane: tum etiam propositum gen⁹ est: rursus eas ipsas causas recensebimus. Optime igitur preparationis corporum: vbi circumueniens aer fuerit moderatus: congruet etiam alie cause moderate: quas maxime docui: puta quies: motus: somnus: vigilia moderata: et que ingerunt atque egerunt moderata. Sed vbi fuerit immoderat⁹ tantum a mediocritate recedendum quantum a mediocritate variat. Intentiones mediocritatis sunt in aere quidem circumeunte: vt minime rigeas propter frig⁹: neque sudes propter estum. In exercitatione autem vbi primum ceperit sudare corp⁹ statim quiescat necesse est. In edulijs concoctionis diligentia excrementique mediocritas in quantitate et qualitate. Ceterum in his appetit⁹ equatur quodam modo concoctioni. Quo fit vt non op⁹ sit preceptis ac regulis quantitatem adhibendorum optime tientib⁹. Nam optima natura quantum appetit tantum bene concoquit. Simili modo natura ipsa somni metitur quantitatem in habentib⁹ optimam preparationem: ac excitantur a somno quando corp⁹ non insuper indiget. Quinetiam ipsis ita viuentib⁹ per excrementa: aut excretiones alui: vrine: ac toti⁹ corporis nihil committitur. Illa namque mediocritas adhibendorum sana reddit Totius autem corporis spirationem exercitatio moderata efficit salutarem. Hi preterea fugiant. s. opum excessum omnium animalium affectionum. ire: tristicie. furoris: timoris: et inuidie. Hec enim remouent naturalem conditionem: corpusque alterant. Atque rei veneree vsus apud Epicurum null⁹ salutaris habetur. Sed reuera sanus est ex tanto temporis interuallo: vt corpus in vsu neque sentiat exolutionem: ac lenius spiratiusque redditur. Porro concumbendi tempus est quando corpus diligenter medium fuerit omnium exteriorum intemperierum: neque nimium repletum: neque ieiunum: neque nimium refrigeratum: neque nimium calefactum aut exiccatum: aut humefactum immoderate. Quod si interdum peccet exiguum est peccatum: sed prestat vt repletum calefactum ac humefactum: potius quam ieiunum aut refrigeratum exiccatum corpus vtatur concubitu. Ceterum qualitatem vniuscuiusque eorum que dicta sunt in optima natura eligere oportet. Exercitationis quidem in qua omnes corporis partes ex proportione moueantur: neque hec nimium laboret: illa parcius laboret. Cibus autem ac potus maxime moderatus adhibeatur necesse est. Ille enim proprius moderate nature existit. Itidem in alijs dicendum est. Ubi vero corpus ab optima preparatione recedat: non multum tamen cause quoque custodientes sanitatem permutande sunt quod proportione respondeat. Sed cum hec corpora multa sint: de vnoquoque eorum seorsum agendum est.

¶ De causis quibus intemperies insite custodiuntur quibusque corriguntur et ad habitum optimum perducuntur. Ca. 2.

Corpus igitur temperamento varians: mediocritate autem partium officialium non varians duplicem habet formam sanarum causarum

Alterā custodientiū ipsius temperamētū. Alterā pducētiū ad optimā preparationē. Cause igitur custodientes temperamētū tñ variabunt a causis nature optime cōgruētib⁹: qītū toti⁹ corpis temperamentū ab illa variet. Corpus enī calidi⁹ victu indiget calidiori: frigidi⁹ frigidiori: sicci⁹ sicciori: ꝛ humidi⁹ humidiori. Silr mō copulatim calidius ac siccius: calidiori ac sicciori: ꝛ in reliquis trib⁹ copulis: qđ pportione respōdeat. Utet enī materia causarū recte: qui vires earum insitas agnoscit. verbi gratia. vt mot⁹ media insomnia excretio ꝛ oēs affectiones aīales exiccēt corp⁹. Contraria vero ijs humectēt. Eodē mō de calefacientib⁹ ac refrigerātib⁹: studijs: poculētis: esculentis: ꝛ vt simpliciter dicetur: ꝗ oīm circa corp⁹ causarū agnoscit materiā ac vires causis suis vtetur. Similes similib⁹ adhibēdo quotiēs pristinū corpis libuerit custodire tēpamētū. Quotiens vero libuerit pmutare: ꝛ ad habitū ducere meliorē: aliđ est causaꝝ genus sanum predictis contrariū equaliter in diuersuꝫ recedēs a causis temperatis ac medijs: quas optime nature ꝯgruere docuimus. Calidus enī ꝛ siccus vict⁹ nequaꝗ̄ efficiet bene temperatā diligēter calidius ac siccius tpamētū. Sed vict⁹ tāto frigidior ꝛ humidior moderato quāto natura fuerit calidior. sicciorꝗ̄ Tale enī causarū gen⁹ natiuas corrigit intēperies. Alterū vero qđ est predictum custodit: ac medici vtroꝗ̄ causarū genere inuicē vtūtur. Uerū corrigere insitam intemperiē ex multo ocio opus est paulatim deducendo corpus ad habitū meliorē. Natura enī non tolerat subitā alterationē. Per negocia vero necessaria in eadē dispositione custodire opꝫ. Sed quodāmō tale causarū genus custodiēs appellauim⁹. Forte enī rectius dixeris alterās curaꝫ ꝛ impedimētū in situm corrigēs appellari qꝛ ad vniuersum gen⁹ sanitatis respicientes nō ad speciales eius differētias: quecūꝗ̄ custodiūt sanitatē custodiētes cunctas cās noīauim⁹: siue adeo custodiant sanitatē: vt etiā deducāt ad habitū meliorē: siue pristinā corporis preparationē tñmō custodiāt ꝛ cōseruāt. Quecūꝗ̄ vero dispositionē efficiāt deteriorem morbosas. Ubi igitur omnes corporis partes male temperate similiter sint: similia adhibeātur subsidia: vbi dissimiliter dissimilia necesse est. Fieri enī potest vt ventriculus frigidior iusto existat: caput autem calidius: ꝛ vtrumꝗ̄ proprijs remedijs egeat. Itidem ꝛ aliarum vnaqueꝗ̄ partium aut humidior: aut siccior: aut calidior: aut frigidior moderatoꝗ̄ victu indiget pprio intemperiei. Non igitur equaliter exercebimus omnes tales corporis partes: neꝗ̄ similiter humectabimus et excicabim⁹: aut aliquid aliud tale efficiem⁹. At de his libro de tuenda valitudine latius difinitum iam est.

¶ De causis quibus impedimenta figmenti corriguntur ꝛ vt quattuor corporum discrimina habeantur. Caput. 3.

Cause partium officialium sane partim impedimentorum figmenti partim magnitudinis numeri positionis existunt. In figmento igitur multa impedimenta habentur. Nam figura partis: et sicubi in ea cauum est per naturā aut ostiolum: aut meatus: aut asperitas quedam: aut leuitas: quotiens excesserint propria mediocritate paruum quidem affecta sana corpora nominantur. Multum vero perpessa dicuntur egrotabilia. Quotiens autem tā tum affecta sint vt offendant operationem: iam egrota vocantur. In quantitate ergo excessus ac defectus ad eas ipsas deducūt differentias. In numero vero excedens aut deficiens quelibet similarium partium aut plures: hoc genere continetur. Item quecunque substantie in nobis preter naturam cōsistunt. Restat aliud genus positionis cuiuslibet simplicis partis: in quo quattuor differentie existunt. Prima inquam optima est. Secūda paululum quiddam variat: et ob eam rem sanum adhuc efficit corp⁹. Tertia egrotabilis est vbi multum excessit. At quarta iam egroti corporis vbi plurimum remouetur. Quecunque ergo partes peccant figura quemadmodum blesi: vari: distorti: si recens affecte sint fingendo ac ligando ad habitum naturalez reuocantur. Si duriores effecte sint corrigi minime possunt. Eodez modo quecunque pecant cauo similiter increscentes corriguntur: vbi perfecte sint emendari non possunt. Itaque deligatio ac quies parum efficit cauum: functio partium ac spirationis cohibitio magnum. Simili modo ostiolum aut meat⁹ quotiēs fuerint equo maiora: quies ac deligatio minora efficere solent. Maiores efficiunt partes motu naturali simul cum moderata frictione et alijs quecūque plus sanguinis trahere assolent. At partium deficientiū quecunque ex sanguine gignūtur nequaquam impos emendatio est. Quecūque vero ex semine creantur ppe impossibilis est. Veruntamen interdum loco earum alia efficias similem habētia vsum licebit. At omnium earum natura opifex: medicus minister est. Quecunque vero exuperant numero: sublatio causa sana est. Sed considerandum est in quibus id fieri: aut nequaquam fieri possit: quod si non: commutare tentandum est simili modo positionis vitia emendantur. Ceterum constat: vt duo aut tria sepenumero impedimenta circa vnam partem consistant: quemadmodum in eo qui habebat ventriculum paruum simul ac rotundum ac super septo transuerso positum: peccabat enim in eo magnitudo figmentuz ac positio: qui si frigidior temperamento extiterit ad habitum naturalem reuocari minime potest. Quippe qui ab ipso temperamento ledatur. Cum enim difficulter spiraret repleto ventriculo: parum cibi: et qui non grauet ac multum nutriat bis aut ter in die afferatur necesse est. In alio vbi infartio in iecore subinde existeret ob angustiā vasorū victus extenuans curauit infartionem.

¶ De causis sanantibus solutionē continuitatis. Caput. 4.

SEquens est vt agam us de solutione cõtinuitatis que inest simi laribus partibus ac officialibus communis est. ac forte quis non concedet interdum eam inesse integre sanis: quippe que semp affectio sit nequaq̃ꝫ videns similem dubitationem super vnoquoqꝫ genere futuram. Nisi enim sensibilis operationis lesio morbum intersti ngat a sanitate: sed ex qualitate dispositionis tantummo do consideretur assidue affectionis decretum admittas necesse erit cum nemo sit: qui operationes cunctas optimas habeat. Sed hec questio vt pote contemplationem requirens diligentiorem per se seorsum dicato opere tractabitur. De causis corporũ cõfecte egrotantium deinceps agendum est ab intemperie petẽtes initium.

¶ De causis corporum confecte egrotantium. Ca. 5.

DEfiniendum antea est id quod oẽs fere medici pretermit tunt: vt alie cause sint intemperiei iam confecte: alie eius q̃ preterea conficiatur quemadmodum alie future. Supreme ergo in temperiei: que futura est: cause partim sub ipsa precautionis diligẽ tia: partim sub ipsa sanitatis conseruatione continentur. Prima sub ipsa tantũ curatiua collocatur. Intemperiei autem inter vtrã qꝫ medie cause sub ipsa precautionis vigilantia: ac curandi rõne collocatum. Morbus enĩ si iam existat confectusqꝫ sit curetur opꝫ. prohibeatur autem si nondum existat sed futurus sit ex dispositio ne in corpore. Ubi vero conficiatur: quod confectum est curetur. Quod vero futurum est ꝓhibeatur necesse est. Porro ꝓhibebitur dispositione: qua fieri solet sublata: ac talis dispositio nominatur causa pregressa. Morbus vero qui iam confectus est curabitur dis positione qua primum naturalis operatio ledit̃ soluta: quã egritu dinis causam nominamus. Sanatio vero vnam habet ac primaꝫ et maxime propriam intentionẽ dispositioni que est soluendam cõ trariam. Hoc enĩ genere omnes cause efficientes sanitatem conti nentur: particulatim pro natura dispositionum contrarie eligan tur cõueniet. Itaqꝫ calide dispositiõi frigida cã contraria est: frigi de calida: ⁊ in alijs eodeꝫ mõ dicendũ. Si enĩ quicq̃d est preter natu ram: immoderatũ est: quicq̃d vero per naturã moderatũ: quodli bet immoderatum ab immoderato contrario ad habitũ naturalẽ reuocet̃ necesse est ac cõstet vt calidũ ac frigidũ potentia non ipsa imaginatione sumendũ sit. Intelligo potentia tale quod ꝓprie ve reqꝫ tale est. Ipsa aũt imaginatione quod primore sensu tale eẽ vi deatur: sꝫ vere tale minime sit. Sed quonãmodo talia cognosci cõ ueniat libro de simplicibus medicamentis perpensum iã est. Ad in ueniendas igitur causas sanas in morbo qui iaꝫ confect⁹ est: docẽ di via vtendum est qua talia potentia interstinguantur ab his que imaginatione talia videntur. In morbo vero qui preterea cõ ficitur: ea ipsa docendi via vtendum est atqꝫ etiam ea qua morboꝝ cause parue stinguentur. Fingamus putridis humorib⁹ accẽdi fe

brem indicatio in his est alteratio euacuatioq;. Alteratio quidē se dans putredinē manente causa. Euacuatio omnē de corpe educēs substantiā. Sed pdicta species alterationis cōcoctio est: quā a nō nullis causis fieri cōuenit inuenientes in illis an habeamus ita sanorū cognitionē. Euacuatio efficitur sanguinis missiōe, clisteri vrina rspiratiōe p cutē atq; et auocādo deriuādo ad aliū locū. hoc genere cōtinentur mouere mēstrua: aperire mariscas: purgare ex naso palato inueniētes materias qbus qualitate rq;titate rmō vsus adhibitis euacuatio efficiat: in hac artis parte causas sanas inueniemus: ac de modo inuenīēdi tales causas libro de curādi viar ratione dictū iā est. Simili mō rp alias tres intēperies. Etem vnū cōmuneq; habēdo pceptū vnāquāq; causam efficientem excidere. tū aūt ire ad egritudinē: q cōfecta est: causarū sanarū inuētionē adipiscemur. Itidē per intēperies cōpositas simpliciū cōpositio pcepta sanitatis indicabit: si studuerimus vt magnitudini intēperiei qd pportione respōdeat: cā sana peruestigetur: verbi gratia: si qs decē numeris recessit a naturali in dispositionē calidiorē septez in sicciorē: cā sana per talē dispositionē decē numeris recedat in habitum frigidiorē. septē in humidiorē opz. Si igitur tale medicamentū affecte parti adhibeat tāto frigidi⁹ ac humidi⁹ erit quātū indicatio pcipit. at vbi ps affecta posita fuerit in pfundo molliri opz: tale efficere medicamentū quo minus in itinere pri⁹ exoluatur. Si igit op⁹ sit medicamēto calidiore moderato nō solū tāto sit calidi⁹ quāto indiget passio: sz ex superabūdāti abijciatur id qd pter positionē fuerit necessariū. Si frigidiore nō simpliciter tāto frigidi⁹ efficere opz: sz etiā materiā cōsiderare necesse ē. Si em crassior fuerit nequaq; pfunde admodū penetrabit sz ecōtrario efficiet cōdēsando cutē. Si vero tenuior fuerit fieri poterit vt pfunde admodū se insinuet. Itidē in humefaciētibus rexiccātib⁹ crassior ac tenuior substantia sumēda est: ac ab affecte partis positione indicatio sanā vestigat causam: quemadmodum hoc loco definitum iam est.
A figmento vero ac positiōe quotiēs emissacula sensibilia habeat peruia tendentia aliorsum: aut quotiens nihil eiusmodi habeat. Emissacula igitur deferētia in membra pcipua aduocabimus ac in non pcipua mēbra irritabimus. Cōstatq; vt sanatio efficientiū intemperierū causarum: per euacuationem existat. Ipsarum enim intemperierum tantummodo alteratio sanatio est. Ceterum vbi soluatur continuitas sanationis intentio vnio est: que inq; in partibus officialibus impossibilis est. In similaribus vero non semp possibilis est. Sed in quibusdā vt in carnosis agglutinatio sanatio est: nec interest vbi libeat appellare cohalitum. At qui ipsam antecedit: quotiens vulnus grande extiterit: adductio dissidentiū partium: que sub ipso figmenti genere cōtinuetur. Ut vero deligatio adducens dissidentes partes stabilis maneat: rhabende ac fu

ture vtiles sunt. Natura autem agglutinat dissidentes partes: ac pristinam reddit vnitatem. Medici vero officium est in primis vt est proditum adducere in vnum dissidentes partes: deinde custodi re quemadmodum adducte sunt. Postea prouidere quominus inter labia aliquid incidat: ac demum ipsam partis substantiam sanam custodire. Primum ac secunduz quonammodo facere liceat dictum iam est. Tertium adducendo partes dissidentes fiet si nihil extrinsecus incidere sinamus: quemadmodum sepenumero pilus: aut oleũ aut alius humor cadens inter partes agglutinãdas earum prohibuit vnionem. Postea vero tempore sequẽti tertia intẽtio perficitur: si materia effluat. Effluet aũt materia incidendo ac cõgrue figurãdo. Porro substãtia mẽbri sana custodiet per ea q̃ mediocriter exiccent: atq; hec curatio est solutiõis cõtinuitatis in mẽbro carnoso quotiẽs ipsa per se sola existat. Quõ sicui alteri permiscet morbo plures indicationũ intẽtiones hñtur: quas deinceps docebimus: vbi de cõpositis aut incõplexis preceptis agemus. Hoc loco ad reliquas cõtinuitatis solutiones eundum est.

¶ De fractura. Ca. 6.

Fractura ergo cõtinuitatis solutio in osse est: que inquam curari non potest quantum ex prima intentione est: sed secundo quodãmodo curari aliquatenus potest. Prima igitur intẽtio vt in vnũ coalescat: fieri minime potest propter duritiem partis. Secũda vero deligatio ẽ: quã facere potest porus. s. tophus lapis ligatus circa fracturam. Porus. i. tophus lapis inquãtum ex materia et natura efficitur cõis cum ceteris est. Inquãtum vero prope formam ossis ex alimẽto illius fieri debet. Ceterũ molle ac puerile os coalescere potest. Sed raro huius affectionis generatio est: sine implicatione aliorum. Nam magna ex parte musculi adiacentes simul cũ alijs corporibus patiuntur effracto osse. Quocirca curationis intentio duplex est. Altera in osse: altera in corporibus q̃ circa sunt. Sed de tali intentione implexis affectibus partium carnosarũ dictum iam est. De fractura hac parte agendum est. Cum igitur affectionis sanatio ex poro. i. topho lapide fit: proprio ossis alimẽto opus est. Cuius excrementuz ad pori idest tophi lapidis generationem subijciatur nature oportet. Quod moderatum quantitate et qualitate sit: necesse est et ob eã rem sanguis talis ac tãtus eo ducẽdus est: quali quãtoq; porus. i. tophus lapis fieri possit. Cunq; ille effluat per fistulas effracti ossis cõsiderare cõuenit ipsius quãtitatẽ ac qualitatẽ et ita ducere sicciorẽ aut humidiorem. Sz de his oĩbus libro de curãdi via et rõne diffusius dictum iam est.

¶ De pũctione nerui ac tendonis. Ca. 7.

Nerui preterea ac tendonis punctio propter exuperantẽ sensum et quia pars continua origini est prompte aduocare potest conuulsionem: maximeq; quotiens nihil possit foras efflari: oc

tecato vulnere cutis. Igitur aperire opꝫ ac siccare materia tenuio re: que se insinuare in profundum possit vsq; ad neruum vulneratū At de hoc libro de curandi via ꝛ ratione satis iam dictuꝫ est. Ha- ctenus de simplicium dispositionum causis sanis.

¶ De implexu dispositionum Ca. 8.

De implexis deinceps agendum est. In vlcere ergo implica- tur in primis quidem cauum quam non aliam dispositionē sed vlceris differentiā esse existimant. Est autem non vlceris diffe- rentia: se d alterū genus totius morbi in quo substantie corruptio facta est. Itaq; sanatio duplici affectu duplici eget intentione. Nam continuitatis solutio vnionem substantie corruptio gene- rationem requirit ac generationis intentiones pauloante expla nate iam sunt. Quinetiam rerum natura ostendit: vt in primis talem sanare dispositionem deinde venire aggredi opus sit. Quo- tiens ergo pars inanis repleta fuerit: vlcus vero equale extiterit alteram intētionem auferri contingit. Interposita enim recens ge nita carne inter vlceris labra: partes vniri dissidentes impossibile est. Sed aliam intentioneꝫ curationis inuenire oportet. Inuenim' autem si naturam ipsam consideremus partis cui per naturā inest tegi cute. Igitur a nobis efficiendum est. Quod si impossibilis in- tentio est: simile aliquid cuti .i. carnem cuti subsimilem efficienduꝫ Talis vero siccior atq; astrictior est. Quocirca siccantibus ac strī gentibus medicamentis minime mordentibus cobalescendo vlce ri opus est. Nec secus vbi sordes affuerint intentio est detergere. Medicamentum vero salutare detersorium est. At de his libro de medicamentis dictum iam est. Quinetiam vbi inflammatio que- dam: aut effractio: aut durities: aut tumor ex vlcere fatiget: illa prius curari predicta via oportet. Itidem si quid vlceri affluat sa- nandus antea fluor est. Eodē modo si intēperies quedā in vlcere affligat: intēperiei auxilia antea adhibenda sunt: sed de his satis.

¶ De curatione figmenti. Caput .9.

De figmento deinceps agendum est quod in plures differen- tias secari potest. Sed ab euidenti incipiendum est: quod ex figure mutatione efficitur. Corporis igitur si increscat figura mul tarum partium corrigi potest: sin increuit emendari vlterius non potest. Intentio autem in his que curari possunt: in diuersum ab- ducit distorsionis. Quod si fractura non recte explanata alicuius membri figura peccet contracto iam poro idest topho lapide. Si preterea porus idest tophus lapis recens fuerit: effringendo rur- sus recte fingere: deinde inducere porum idest tophum lapidem oportet. Infartio preterea hoc genere morbi continetur. Ubi igi- tur ab humore crasso ac glutinoso efficiatur: vnam habebit inten tionem contrariam affectioni: intelligo infartionem. Causa au- tem sana detergens atq; incidens medicamentum existit: vbi a ster core duro efficiatur opilato intestino. In primis quidem habebit

Etates oẽs sunt quattuor. ¶ Etas adolẽdi q̃ vocat etas adolescẽtie: ⁊ ẽ fere vsq; ad. 25. ãnos. ¶ Postea ẽ etas cõsistẽdi q̃ vocat etas pulchritudinis ⁊ est fere vsq; ad. 35. aut. 40. ãnos. ¶ Etates minuẽdi cũ virt⁹ nõ admittit; ⁊ hec est etas senectutis q̃ fere est vsq; ad annos. 60. Et est etas minuendi cũ manifesta virtutis debilitate ⁊ hec q̃dem est etas seniũ ⁊ finis vite. ¶ Adolescẽtie vero etas diuidit' in etatẽ ĩnfantie. Et hec q̃dem est cũ mẽbra pueri nondũ ad motiones ⁊ ambulãdũ sunt apta. ¶ Et in etatẽ dentiũ plantatiuã q̃ est post ambulationẽ: ⁊ anteq; sit fortis: ⁊ illud est cũ nondũ gingiue sunt omnibus dentibus replete. ¶ Postea est etas cõcussiõis qđ' q̃dẽ est post vehemẽtiã ⁊ natiuitatem dẽtium ⁊ anteq; polluant. ¶ Deinde est etas algulemati vel alguadi ⁊ rebac. i. cum ab eo egreditur sperma que est quousq; barbescat. ¶ Postea est etas fortitudinis que est donec sinat crescere. ¶ Infantiũ vero solũ ab infantia vsq; ad iuuentutem complexio in calore fere tempato ⁊ in humiditate fere superflua existit. ¶ Medici autem antiqui inter se disceptauerunt de duabus caliditatibus pueritie ⁊ iuuentutis. ¶ Fuerunt enim eorum quidam qui dixerunt quod caliditas pueri est maior: et ideo propter illam plus crescit. Ideoq; omnes eius operationes naturales desiderij et digestiones sunt maiores et diutius durantes: quoniam calor innatus qui inest eis

ex spermate magis est aggregatus et est minoris temporis. ¶ Et ex eis fuerunt qui dixerunt quod calor inatus in iuuenibus ē valde fortior quoniam eorum sanguis est maioris quātitatis et magis spissus. Ideoq accidit eis fluxus sanguinis ex narib9 plus et forti9. Et qd eorum cōplexio plus ad colerā declinat: et puerorū cōplexio plus declinat ad flegma. Et qd iuuenes vehemētiorū motionum existunt motus vero nō est nisi propter calorem. Et ipsi etiam vehementioris istibre existunt: et sunt melioris digestionis: et hoc ex calore. De siderium nāq nō est ex calore sz ex frigiditate. Ideoq canin9 appetitus ex frigiditate sepius contingit. Signū aūt quod vehementioris istimbre isti existant est: q neq nausea accidit eis: neq vomit9 neq fastidium: quemadmodū contingit pueris propter digestiue eorum maliciam. Et signum q eorū cōplexio magis colere ptinet est q omnes eorum egritudines sunt calide: sicut febris tertiana: et eorum vomitus totus est colericus. Egritudines autem plurime que pueris eueniunt sunt frigide et humide: et eorum febres flegmatice et plurimum qd vomūt est flegma. Et augmentum qd est i pueris nō est ppter fortitudinē caliditatis eorū: neq est nisi propter multā ipsorum humiditatē: maximū etiā eorū desiderium significat caloris eorum diminutionē. ¶ He quidē sunt duarum sectarū snie et ipsarum rōnes. ¶ Galenus ambabus vero sectis contradicit. Dicit enim q eorum caliditates in radice sunt equales. Sed puerorum caliditas ē maioris quantitatis et minoris qualitatis. s. acuitatis et iuuenum caliditas est minoris quātitatis et maioris qualitatis. s. acuitatis ¶ Et huius quidē declaratio sicut ipse dicit est vt opinemur vnaz solam caliditatem in mensura aut corpus subtile calidum vnuz in quantitate et qualitate in substantiam humidam multam semel penetrasse: sicut aqua: et alia vice penetrasse in substātiam siccam et paucam: sicut lapis. Et cum sic fuerit inueniem9 caliditatē aqueaz maioris quantitatis et minoris caliditatem lapideam minoris quantitatis et acutioris qualitatis. Et ita debes agnoscere caliditatem que est in pueris et iuuenibus. ¶ Pueri enim non fuerunt generati nisi ex spermate quod est multum calidū. et huic calori nondum accidit res que ipsum extinguat. Puer nanq augeri non cessat sed crescēdo graditur. Neq adhuc stetit: nedum q iam retrocedat. Iuuenibus vero nihil accidit quod eorum calorem augmētet innatum neq etiam aliquid quod ipsum extinguat: sed ille calor in eis conseruatur humiditate minoris quātitatis et qualitatis simul donec ad declinationem perueniat. Neq tamē huius humiditatis diminutio est adhuc diminutio q̄ caliditatē retinere nō possit: neq est nisi quia agmentum facere nō valet. Quasi humiditas tanta erat prius q duas res facere poterat custodire videlz calorē et superesse etiam ad augmentum faciēdū. Ad vltimū vero ad hoc deueniet q neutrā duarū rerū efficere valebit: opz ergo vt i medio

talis existat φ possit vnā rē efficere et nō alterā. Falsum aūt est vt dicamus ipm posse agmentare: et nō posse retinere calorem innatū Quō enim in re augmentum prestare potest qd radicē nō valet cu stodire? Restat ergo vt dicamus φ calorem custodire po test: et in corpore augmentum prestare non potest. Et scitum est φ hec est etas inuentutis. ¶ Quod autē dixit secunda secta φ augmentum qd est in pueris nō est nisi ꝑpter humiditatē ⁊ nō propter calorem est dictio falsa. Humiditas namqꝫ augmenti est materia. Et mate ria nō patit̄ ꝑ se: neqꝫ ꝑ se creatur: immo apud operationē virtutis in eā agentis. Uirtus aūt hoc agens est aīa aut natura ꝑcepto dei. Neqꝫ agit nisi cū instrumēto: ⁊ illud ē calor inna tꝰ. ¶ Qd aūt dixe rūt ēt φ vehemēs desideriū qd est in pueris non est nisi propter fri giditatē ꝯplexionis eoꝝ est dictio falsa. Ex malo nāqꝫ desiderio: qd est ꝑpter frigiditatem cōplexionis nō ꝑuenit istimbre: neqꝫ nutri mentū. Pueroꝝ enī istimbre melior est φ̄ esse potest in pluribus ho ris. Neqꝫ in eoꝝ corporibus nisi foret ꝑpter hoc de permutatione eius qd comedit̄ plus prouenit φ̄ fit illud quod dissoluit̄: propter quod crescunt. Aliqñ vero accidit eis malitiam istimbre ꝑpter eo rū gulositatem: ⁊ qꝛ eorū comestiones malis disponūtur ordinibꝰ: ⁊ comedūt res malas ⁊ hūidas: ⁊ mltas ⁊ desuꝑ malis mouent̄ moti bus. Quapropter de superfluitatibus plus ī eis adunat̄: vnde pur gatione indigent ⁊ precipue eorum pulmones. Ideoqꝫ eorū anheli tus est spissior et velocior. Magnitudinem tñ nō habet eo φ eorū virtus nondum ad cōplementum peruenit. ¶ Hec est dictio de cō plexione pueritie ⁊ iuuētutis: queādmoduꝫ Gal. declarauit cuius nos sumus interpretes. ¶ Preterea faciendū est φ caliditas post tempꝰ cōsistendi minui incipit: propterea φ aer circūdans materiā eius que est humiditas exiccat. Calor quoqꝫ innatus qui est intus ad hoc adiuuat. Et labor prouenīens ex motionibus corporeis et animalibus que necessarie sunt in vita. Et defectꝰ nature ad resistē dum illi toti semper. ¶ Omnes enim virtutes corporee sunt finite Hoc autē iā ratiocinatū fuit in scia naturali: eiꝰ ergo oꝑatio non semper existit in materijs. ¶ Ampliꝰ si hic virtus īfinita foret ⁊ sem per ꝑmutationē in corꝑe faceret eiꝰ qd dissoluit̄ equaliter ⁊ vno mō dissolutio tñ vno mō nō esset: immo semꝑ quotidie augeretur: ⁊ cor pus dissolutionē tolerare nō posset: ⁊ dissolutio humiditatū finiret quāto magis cū due res se iuuēt ad minorationem faciendam ⁊ re trocedēdū. Et postφ̄ sic est opꝫ necessario vt materia destruat̄: ⁊ ca lor extiguat̄: ⁊ ꝑcipue cū ad eiꝰ extictionē adiuuet̄ ꝑter vel ꝑpter ma teriei defectū alia cā. Et illud est humor extraneꝰ q accidit assidue ꝑpterea φ cibꝰ priuat̄ digestione. Et adiuuat ad extinguēdū ipm duobꝰ modis. Uno suffocādo ⁊ tegēdo. Alio q̄litati obuiādo. Hic eñ hūor est flegmaticꝰ frigidꝰ. Et hec ē mors naturalis cuiqꝫ indi uiduo destinata ꝯm suā primā cōplexionē vsqꝫ ad terminū quē ī sua

potẽtia h3 ad suã hũiditatẽ ɔseruãdã. Unũquodq3 em̃ eorũ terminũ ꝓpriũ h3 q̃ i idiuiduis diuersificat̃ ꝓpter cõplexionũ diuersitatẽ. Et hi quide3 sunt termini naturales. Sũt vero alij termini abbreuiati Totũ tñ diuino ꝑuenit ꝑcepto. ¶ Qđ ergo ex hoc acq̃siuim⁹ est ꝙ puerorũ ⁊ iuuenũ corpa quãtũ ad qualitatẽ sunt calida. Et corpa se nũ ⁊ decrepitorũ sunt frigida. S3 puerorũ corpa eq̃li sunt hũidiora ꝓpter augmẽtũ. Et hoc q̃dẽ nobis insinuat experimẽtũ qđ de mollicie ossiũ est ⁊ neruorũ vel mẽbrorũ iporũ. Et cõsideratio qm̃ parũ est ei quo fuerũt sperma ⁊ spũs vaporalis. ¶ Senes aũt ⁊ decrepiti ꝓprie ꝑter hoc ꝙ sunt frigidiores adhuc sunt sicciores. Et hoc q̃dẽ scit̃ experimẽto qđ habet̃ de duritia ossiũ eorũ ⁊ asperitate cutis eorũ. Et ɔsideratiõe. Eo ꝙ ꝓlixũ est tp̃s ex q̃ fuerũt sperma ⁊ sanguis ⁊ spũs vaporalis. Et in pueris q̃dẽ ⁊ iuuenib⁹ est igneitas equalis. S3 in pueris pl⁹ abũdat acritas ⁊ aq̃itas. Et i senib⁹ ⁊ decrepitis pl⁹ abũdat terrestreitas q3 in illis duob⁹: ⁊ est in decrepitis pl⁹. ¶ Juuẽt⁹ aũt h3 cõplexionẽ magis eq̃lẽ cõplexiõe pueri. Cõparatiõe tñ pueri est ei⁹ cõplexio sicca. Et senis ⁊ decrepiti ɔꝑatiõe est hũida. Decrepit⁹ vero est siccior iuuene ⁊ sene in mẽbris simplicib⁹: ⁊ hũidior vtrisq3 hũiditate extranea madefaciẽte. ¶ Scđm vero diuersitatẽ cõplexionũ generũ femine frigidioris existũt cõplexiõis. Ideoq3 sunt in creatura minores masculis. Et sunt hũidiores. Ergo ꝓpter ɔplexionẽ earũ ⁊ frigiditatẽ multiplicant̃ earũ supfluitates: ⁊ ꝓpter paucũ ipsarũ exercitiũ. Et substãtia carniũ est rarior: licet viri caro ex parte cõplexiõis ei⁹ qđ ei admiscetur sit rarior. Sua nãq3 spissitudine pl⁹ ꝓhibet̃ in ipam penetrare qđ a venis ⁊ neruorũ vtilis ad eã ꝑfluit. ¶ Qui vero terras inhabitãt septẽtrionales hũidiores sunt. Et q̃ artes exercẽt aq̃s: hũidiores existũt. Et q̃ ab istis diuersificãt̃ diuersi existũt. ¶ Signa aũt ɔplexionũ narrabim⁹ vbi vniuersalia signa ⁊ particularia referemus.

¶ Doctrina quarta.

¶ Doctrine quarte ad sciẽdũ quid sit humor ⁊ eius diuisiões. Ca. j.

Humor est corp⁹ humidũ liq̃dũ in qđ in ꝑmis nutriẽs cõuertit̃ ¶ Eius vero est hũor bon⁹. Et ē illđ de cui⁹ ꝓprietate est vt fiat pars substãtie nutriti sol⁹: vel cũ alio ⁊ assimilari ei solus vel cũ alio ⁊ in summa materia restaurationis ei⁹ qđ ex ea dissoluitur. Et eius superfluitas est humor malus. Et est quod istud agere nõ consueuit aut raro in bonũ cõuertit̃ hũorẽ: vñ antea a corpe expelli ⁊ ꝓijci d3. ¶ Dicim⁹ ergo ꝙ hũiditatũ corporis: q̃dam sunt ꝑme: q̃dam secũde. ¶ Prime sunt quattuor humores quos paulopost nominabim⁹ Scđarũ vero due sunt diuisiões. Aut em̃ sunt supfluitates: aut nõ supfluitates. ¶ Supfluitates vero in sequentibus nominabimus. ¶ Et que sunt non superfluitates sunt humores q̃ a ꝑncipali dispositiõe conuersi mẽbris delegati fuerũt: s3 nõdũ alicui⁹ mẽbrorũ simpliciu3 opatiõe ꝑfecta pars effecti sunt. Quorũ sunt q̃ttuor spẽs. ¶ Una est

humor in foraminib⁹ extremitatū paruarū venarū cōtēt⁹ mēbris sim plicib⁹ ꝓpinquarū imbibētiū ea vel eā. ¶ Alia est humor ꝑ oia simplicia trāsiēs mēbra sicut ros q̄ in nutrimētū cōuerti est apt⁹ cū corpus nutrimento caret: ⁊ vt mēbra humectet: cū aliqua causa fortis mot⁹ aut alia exiccauerit. ¶ Tertia est humor q̄ parū an̄ea ꝯgelat⁹ fuit. Et est nutrimētū qđ in substātiā mēbrorū ex ꝑte cōplexiōis conuersū est. Sed ex parte essentie complente⁊ similitudinis conuersū fuit. ¶ Quarta est humor q̄ est int⁹in mēbris simplicib⁹ a ꝑncipio natiuitatis: ꝑ quem partiū eorū cōtinuitas existit: cui⁹ ꝑncipiū est in spermate. Spermatis v̄o principiū est ex humoribus. ¶ Et dicem⁹ etiā ꝙ humores humorosi boni⁊ supfluivel nō supflui q̄ttuor cōtinent generib⁹: genere sanguinis qui omnib⁹ illis melior existit. ⁊ genere flegmatis: ⁊ genere colere rubee: ⁊ genere colere nigre. ¶ Sanguis v̄o natura calid⁹ existit⁊ humid⁹. Cuius sunt due species: naturalis: ⁊ nō naturalis. ¶ Naturalis aūt est cu⁹ color est rube⁹ malo carēs odore⁊ est valde dulcis. ¶ Non naturalis vero sunt due diuisiones. Ali⁹ eñ est q̄ a cōplexiōe bona fuit mutat⁹: nō ꝓpterea ꝙ aliq̄d ei admistū fuerit: sed q2 ei⁹ cōplexio in seuitiata fuit. verbigratia: q2 aut fuit infrigidatus aut calefactus. Et est alius qui nō fuit mutat⁹ nisi propter humorē malū q̄ ei admistus fuit. Quod est ꝟm duas diuisiōes. Aut eñ ad eum humor deforis venit⁊ penetrauit in ipsum⁊ corrupit. Aut in ipsomet fuit generatus humor. verbi gratia. aliqua eius pars putruit⁊ eius subtile in cholerā rubeam⁊ spissum in coleram nigrā conuersum est. Et remanserūt ambe aut vna earū in eo. Et hui⁹ q̄dē diuisionis partes ꝟm illud quod ei admiscet ⁊ ipsius species de speciebus flegmatis: speciebus colere nigre: ⁊ speciebus colere rubee diuersificantur⁊ aquositas ei⁹. Plerūq3 ergo fit turbidus. Et aliquando fit subtilis. Et aliquando niger multa infectus nigredine. Et aliquādo albus. Similiter quoq3 in odore sui ⁊ sapore mutat. Fit namq3 amar⁹ aut salsus aut acetosus. ¶ Flegmatis autem aliud est naturale: ⁊ aliud non naturale. ¶ Naturale est quod est aptum vt in aliquo tempore fiat sanguis: quoniam est sanguis non bene coctus. Et est quidam modus dulcis flegmatis quod non valde existit frigidum: immo corporis comparatione est frigiditatis pauce: sanguinis vero comparatione ⁊ colere rubee est frigidum. ¶ Et est etiam flegma dulce quod non est naturale quod non est flegma saporem non habens quod nominauimus: quod fit cum accidit vt cum eo sanguis misceatur naturalis: ⁊ quod multotiens in rheumatismis ⁊ in saliua sentitur. Dulcis vero naturalis receptaculum. Dixit Galenus naturam non fecisse membrum proprium quēadmodum duabus fecit coleris. Hoc namq3 flegma sanguini propinquam habet similitudinem: ⁊ egent eo membra omnia: ideoq3 fecit natura vt cum sanguine vadat. ¶ Dicim⁹ aute3 ꝙ hec indigentia est propter duas res. Una est necessaria: ⁊ alia inna-

tiua. ¶ Necessaria vero est propter duas res. Una est vt sit iuxta membra ad hoc vt cum membra nutrimētum quod ad ipsa consueuit venire amiserint qd est sanguis bonus propter retētionē materiei eius que a stomacho fit et epate: propter aliquas causas que acciderunt operent in eo virtutes naturales eorum et coquant: et digerant: et nutriantur ex eo. Et sicut calor innatus digerit ipsum et certificādo facit ipsum sanguinem: similiter calor extraneus ipsum plerumque putrefacit et corrumpit. Hanc vero necessitatis partem non habent due colere. Due namque colere flegmati in hoc nō communicāt qd calor naturalis ipm rectificat: et facit ex eo sanguinem licet in hoc communicent ei qd calor accidētalis ipm mutat: et facit ex eo rē putridā et corruptam. Altera est vt sanguini admisceatur vt ipsum aptum reddat ad membra flegmaticarum complexionum nutrienda in sanguine: quorum qui eas ē nutriturus oportet flegma actualiter esse secundum mensuram notam: sicut est cerebrum: et hoc quidem in duabus est repertum choleris. ¶ Juuatiua vero est vt humectet iūcturas et mēbra q multe existūt motiōis: ne siccitas eis accidat propter calorem qui ex motu prouenit et fricatione. Et hoc quidem est iuuamentum stās in terminis necessitatis. ¶ Nō naturalis aūt flegmatis aliō est superfluitas diuerse essentie vsque ad sensum et istud est mucilaginosum Et aliud est in substantia equale in sensu: et in veritate diuersum: et est flegma crudū. Aliud est valde subtile et ipsum est aquosum. Aliud est valde grossum album videlicet. et illud quod vocatur gipseū: et ipm est cuius subtile fuit resolutum ideo quod in foraminibus et iūcturis diu fuit retentum quod oībus existit grossius. Et ex flegmate est quoddam quod est salsum: quod omnibus flegmatis speciebus acutius est et siccius et leuius. Omnis vero salsuginis causa est: vt aquose humiditati pauci saporis: aut priuate eo terree partes aduste complexionum siccarum et saporis amari equali temperamento misceantur. Si enim multe fuerint: amarus sapor prouenit. Et ex hoc quidem similiter fiunt sales et aque salse. Et est etiam cum sal fit ex cinere alchali et calce: et ex aliis cum in aqua coquuntur: et colatur. et coquitur illa aqua donec in salem coaguletur: aut ita dimittitur donec coaguletur. ¶ Similiter quoque flegmati tenui quod saporem non habet: aut cuius sapor adeo est paruus quod non superat: cum colera sicca natura se miscuerit adusta equalitatis admixtiōe ipsum faciet [illegible]llum et calefaciet: hoc igitur flegma est colericū. ¶ Galenus vero dicit flegma hoc salsum fieri propter ipsius putredinem aut aquositatē que ei admista fuit. ¶ Et nos quidem dicimus putredinem ipsum salsum efficere: ideo quod in ipso adustionem facit et cinereitatem: que cum eis humiditate commiscetur. Sola autem aquositas cum ei admiscetur salsedinem in ipso efficere non valet: cum ibi vlla alia non fuerit causa. Et mihi quidem videtur quod illa aut permutationis est: sed continuitatis. tunc enim locutio completa erit. Et ex fleg-

mate est qd est acetosum. Et quemadmodum dulce est secundum duos modos: dulce per suam essentiam: et aliud propter rem extraneam que admixta fuit. Similiter acredo flegmatis acetosi secundum duos contingit modos. Uno quidem quia res extranea admixta fuit: que est colera nigra acris quam in subsequenti nominabimus. Altero propter causam que in ipsomet contingit: et illud quidem est ut flegmati dulci qd diximus ipso dulci existente accidat sicut accidit aliis succis dulcibus que prius bulliunt et postea acescunt. Et aliud ponticum cuius dispositio est quemadmodum hec dispositio. et fortasse erit eis ponticitas propterea quod colera nigra pontica ei admixta fuit et fortasse erit eius ponticitas propter causam qua in se vehementi infrigidatione infrigidatum est: adeo quod eius sapor ad ponticitatem sit conversus. Ideoque eius aquositas congelata est et ad siccitatem parum et terrestreitatem altera est. Et neque fuit calor debilis qui ipsum bullire faceret et converteret in acredinem: neque calor fortis qui ipsum concoqueret. Et est flegmatis species vitrei spissi grossi vitro liquefacto similis in sui viscositate et ponderositate. Qd plerumque est acre: et plerumque saporem non habebit. Et videtur quod illud ex eo qd est grossum saporem non habens sit crudum: aut convertitur in crudum. Et hec quidem est illa flegmatis species que in principio rei erat aquosa frigida: que neque putruit: neque res alia ei admixta fuit: sed sic permansit recondita donec fuit ingrossata et frigiditas fuit ei addita. ¶ Iam igitur declaratum est quod corrupti flegmatis modi ex parte saporum ipsius sunt quattuor: salsum: acre: ponticum: et insipidum. Et ex parte sue essentie sunt quattuor aquosum: vitreum: mucilaginosum: et gipseum. Crudum vero in collectione mucilaginosi continetur. ¶ Colera autem rubea: alia est naturalis: alia est que est superfluitas non naturalis ¶ Naturalis est spuma sanguinis: cuius color est rubeus clarus: et levis: acuta: et quanto magis fuerit calida erit eius rubedo maior. Que cum in corpore generatur: in duas dividitur partes: quarum una cum sanguine vadit: et altera ad chistim transmittitur fellis. Illud vero quod de ea vadit cum sanguine: cum eo penetrat causa necessitatis et iuvamenti. Necessitas vero est ut sanguini admisceatur ad nutrienda membra: in quorum complexionibus magnam colere rubee partem esse oportet secundum modum quem memoravimus de divisione sicut pulmo. Sed iuvamentum est ut sanguinem subtiliet et in itineribus ipsum penetrare faciat. Qd vero de ea colatum ad chistim transmittitur fellis causa necessitatis transmittitur: et utilitatis. Necessitatis autem aut est secundum totum corpus qd est ipsum a superfluitate mundare: aut secundum unum ipsius membrum qd est fel nutrire. Utilitatis vero duo sunt iuvamenta. Unum est intestina a stercore et flegmate viscoso abluere. Et aliud intestina et ani musculos pungere: ut quid sit ei necessarium sentiat: et egestiones emittat Ideoque sepe accidit colica causa opilationis que sit in foramine qd a felle descendit ad intestina. ¶ Non naturalis vero colera: alia est que a natura egreditur propter causam extraneam que ei admiscetur.

Alia est q̄ a natura egressa est ꝑpter cām in se: q2 eius substātia ē nō naturalis. Partis p̄me est alia q̄ est scita ꝛ famosa: ꝛ ē illa cui extra neū illō qō est admixtū ē flegma cuiꝰ generatio magis ē i epate. Et alia est que est minoris fame ꝛ ē illa cui extra neum quod est admixtuȝ est melancolia. ¶ Nota autem ꝛ famosa: aut est colera citrina: aut est colera vitellina. Flegma namq; cui admiscetur colera: qn̄q; est tenue: ꝛ generaſ ide p̄ma. qn̄q; ē grossuȝ ꝛ generaſ ide scd̄a. s. colera q̄ ouoꝝ vitellis similis existit. ¶ Que aūt minoris ē fame ē illa q̄ colera vocaſ adusta q̄ aliquo duoꝝ generaſ modoꝛū. Unus ē vt colera in se aduraſ ꝛ accidat in ea cinereitas sȝ eiꝰ subtile nō sepeſ ab ipsius cinereitate imo cinereitas in ea ꝯtinuaſ: ꝛ hec q̄dē est peioꝛ. Et alius est vt colera nigra extrinsecus ad eam veniat ꝛ cum ea misceatur: ꝛ hec quidem ē melioꝛ. Huiꝰ aūt spēi colere coloꝛ ē rubeꝰ: sȝ nō est clarꝰ: neq; floꝛidꝰ: imo magis est similis sanguini: sȝ nō est tenuis: et plerūq; a suo coloꝛe ꝑꝑ aliquas mutaſ cās. ¶ Que vo i sui substātia extra naturā est: alia ē cuiꝰ generatio sep iꝰ est i epate. Alia ē cuiꝰ generatio magis ē in stomacho. Et illa q̄dē cuius generatio magis est ab epate est vna species q̄ cū qō i sanguine est subtile aduriſ cuiꝰ spissitudo colera ē nigra. ꝛ q̄ in stomacho magis generaſ duas hȝ ꝑtes: prassinā. s. ꝛ viridē: vt erugo eris ꝛ mihi q̄dē vſ q̓ prassina ex vitellina gn̄aſ cū aduriſ. Cū eñ aduriſ adustio i ea efficit nigredinē ex q̄ cū citrinitate mixta generaſ viriditas. ȝinaria vero videſ mihi q̓ genereſ ex prassina cū tātū aduriſ donec eiꝰ hūoꝛositas siccatur ꝛ ad albedinē redire incipit ꝑpter sui siccitatē. Caloꝛ nāq; i hūido coꝛꝑe ip̄rimis nigredinē efficit: deīde denudat ipȝ nigredine qn̄ eiꝰ oīno finit hūiditatē. Et qn̄ supfluit i eo ipsum albificat. Et hoc q̄dē i lignis attēde que prius i carbonē vertunſ: deinde in cinerē. Caloꝛ. n. in humido efficit nigredinē: ꝛ i eiꝰ cōtrario albedinē. Et frigiditas i hūido albedinē operaſ ꝛ nigredinē i eiꝰ cōtrario. Hec tamē duo iudicia que in prassina ꝛ ȝinaria iudicaui estimatiua sunt iudicia. Hec aūt spēs q̄ dr̄ ȝinaria oībꝰ colere rubee spēbꝰ calidioꝛ existit: ꝛ peioꝛ ꝛ magis ꝑniciosa: ꝛ dr̄ q̓ est de substantia venenoꝛū. ¶ Colere aūt nigre: alia est naturalis: alia nō naturalis superfluitas. Naturalis ē boni sanguis fex ꝛ turbulētia ꝛ supfluitas i ꝯparatione ad sanguinē: q2 oēs hūoꝛes dicunſ supfluitas i ꝯꝑatione sanguinis: cuiꝰ sapoꝛ iter dulcedinē ꝛ pōticitatē existit. Que cū in ep̄e generaſ in duas sepaſ partes: q̄rū vna i sanguinē penetrat ꝛ alia ad splenē trāsmittiſ. ¶ Pars autē que cū sanguine penetrat vadit cū eo cā necessitatis ꝛ vtilitatis. Necessitas vero ē vt sāguini admisceatur eo mō quo debet in nutrimēto cuiusq; mēbroꝛū i quorū cōplexionibꝰ magnam melancolie parteȝ esse opoꝛtet sicut sunt ossa. Utilitas vo ē vt sanguinē restringat et confoꝛtet et inspisset ipsum. ¶ Et pars eius que ad splenē transmittitur est illud quo san-

guis non indiguit que ad ipsum vadit causa necessitatis & vtilitatis. Necessitas vero aut est ꝯm corpus totũ. s. vt a superfluitate mũdetur: aut ꝯm vnũ mẽbrũ qđ est vt splenẽ nutriat. Utilitas vero iõ accidit q: in os stomachi quasi mulgendo ꝑfluit. Et hec quidẽ vtilitas duobus est modis. Uno quia os stomachi strigit & cõfortat: et inspissat. Alio vt in ore stomachi commotionem faciat ꝑpter acredinẽ: & excitet ad famẽ & facit đsideriũ. ¶ Debes aũt scire ꝙ colera rubea q̃ ad chistiz trãsmittit fellis est illđ quo sanguis nõ idiget: & illđ qđ a felle egredit est illud q̃ fel nõ idiget. Et silr colera nigra q̃ ad splenẽ transmittit est illud quo sanguis nõ idiget: & illud qđ a splene egredit ẽ illud quo non indiget splen. Et queadmodũ illa colera rubea postrema euigilat vtutẽ expulsiuã inferius sic colera ista nigra postrema virtutẽ appetitiuã euigilat superius. Unde fit deo oĩb⁹ meliori factorib⁹ la⁹. Melãcholia vero nõ naturalis nõ est ad modũ hypostasis et fecis: imo est ad modũ adustiõis & cinereitatis Res nãq3 hũide cũ reb⁹ terrestrib⁹ admiscẽtur: separat terrestreitas ab eis aliquo duorũ modorũ: aut ad modũ hypostasis: & tale quale illđ de sanguine est melancolia naturalis: & ad modum adustionis: qđ ẽ cũ resoluitur subtile & spissum remanet: & tale quale illđ est de humorib⁹ est melancolia superfluens: & ista quidẽ vocatur colera nigra: & neq3 habuit hypostasiz nisi sanguis. Ex flegmate eñi ꝑpter sui viscositatẽ nihil descẽdit. Sic & ex oleo ex colera rubea propter sui subtilitatẽ & terrestreitatis paucitatem: et sui motus assiduitatez: & propterea illud quod de ea a sanguine separatur in corpore est parũ: nõ descẽdit res de qua fit curãdũ: nec cũ separat moratur nisi parũ: sed putrefit: aut a corpore expellitur: & cũ putrescit ei⁹ subtile resoluitur & spissũ remanet & fit colera nigra adusta et non hypostasiua. ¶ Melãcholia autem que est superfluens: alia est que est cinis colere: & qđ de ea adurit q̃ est amara: inter quã tñ et colerã rubeã quã adustam vocam⁹ existit differentia: ꝙ illa est colera rubea cui cinis hic fuit admixtus: hec vero non est nisi cinis ꝑ se cognitus cuius subtile fuit resolutum. Alia est que ẽ cinis flegmatis & qđ de eo adustum fuit: & si flegma valde subtile et aquosum fuerit cinis eius erit salsus: & si non trahit ad acredinẽ et põticitatẽ. Alia est que est cinis sanguinis & qđ de eo est adustuz: & hec q̇dẽ est salsa ad paucã trahẽs dulcedinẽ. Alia ẽ q̃ est cinis melãcolie naturalis: q̃ si subtilis fuerit: erit ei⁹ cinis: & qđ de ea adustũ ẽ valde acre: sicut acetum quod cum super terre faciem cadit ebullit: et eius odor est acris a quo musce fugiunt & alia: & si grossa fuerit minor is erit acredinis cum ponticitate pauca. ¶ Male igitur colere nigre species sunt tres: colera rubea cum aduritur et ei⁹ subtile resoluitur: & due alie diuisiones quas post eã diximus. Melancolia vero flegmatica ẽ tardioris impedimenti & malitie. Et melancolia colerica est que ẽ fortioris malicie & velocioris corruptiõis: verũtñ ẽ susceptibilior cu

rationis q̄ ille. De alijs vero duabus diuisionib⁹ que magis acris est deterior existit. Si tamen in ei⁹ principio auxiliū p̄sto fuerit: citi⁹ medicationē recipiet. Tertia vero q̄ min⁹ super terrā ebulit ꝛ minus in mēbra penetrat: tardi⁹ perimit: sed ad resoluēdū ꝛ ad maturandū ꝛ medicationē recipiēdum magis est effrenis. He ergo sunt species humorū nō naturaliū ꝛ superfluentiū. ¶ Inquit Gal. qui dixit ꝙ humor naturalis solūmodo est sanguis: ꝛ alij humores sunt superfluitates quib⁹ nō egetur: nō dixit verū. Si em̄ solus sanguis esset humor qui membra nutrit: oīa in suis ꝯplexionib⁹ et essentijs similia forēt. Os autē carne duri⁹ nō existit: nisi qꝛ sanguis cui substantia dura melancolica fuit admista ipsum nutriuit. Neq̄ cerebrū mollius est carne: nisi quia sanguini qui ip̄m nutriuit substātia mollis flegmatica fuit admixta. Ipsum quoq̄ sanguinē alijs inuenimus admistū humorib⁹ q̄ ab eo separātur. Cū em̄ extrahitur et ordinatim ponitur inchoatim visu discernit̄ qd̄ separatur in partē q̄ est sicut spuma: ꝛ est colera rubea: ꝛ partē q̄ est sicut fex ꝛ est turbida etiā est melancolia: ꝛ partē q̄ est sicut albumē ouoꝝ ꝛ est flegma. ꝛ partē aquosam q̄ est aquositas cuius superfluitas in vrina euacuatur. Aquositas nāq̄ non est ex humoribus secūdis: neq̄ est nisi ex eo quod bibitur ꝛ non nutrit: neq̄ est necessaria nisi in nutrimenti attenuatione ꝛ penetratione: humor namq̄ est quod ex eo quod bibitur ꝛ comeditur est nutriens. Quod autem dico nutriens volo itelligi qd̄ est i potētia sil'e corpi. Qd̄ aūt i potētia corporis. s. humani similitudinē habet est corpus ꝯmistū nō simplex. Et aqua quidē est simplex. ¶ Sunt autem quidā hominū q̄ opinātur corporis virtutē sanguinis sequi multitudinē: ꝛ ipsius debilitatē sequi eius paucitatē. Sed non est ita. Quod vero attendit̄ est dispositio ei⁹ quātitatis q̄ de eo corp⁹ ingreditur. ¶ Et sunt quidam q̄ opinant̄ ꝙ cū humores aucti fuerint: aut diminuti postq̄ corpora hūana s̄m comparationē fuerint qua debēt in quātitate vnius ad alterū sanitas erit ꝯseruata. Sed nō est ita. Humores nāq̄ preter istud mensurā i q̄titatē ꝯseruatā habere debēt nō in ꝯpatiōe alteri⁹ humoris: imo i se cū custodia mēsuratiōis quā habēt i ꝯparatione vni⁹ ad alteꝝ. ¶ Adhuc q̄dem remanserūt de reb⁹ humoꝝ q̄stiones: q̄ nō medicis sꝫ tm̄ pertinēt: p̄hīs: ideoq̄ eas pretermisi.

¶ De equalitate generationis humorum. Cap. 2.

Nutriens masticatiōe aliquā habet digestionē. Superficies em̄ oris superficiei stomachi ꝯtigua existit: imo est ac si vna esset superficies: neq̄ in eo virtus digestiua ex ipso: cūq̄ masticatū tetigerit: aliqua ip̄m ꝯuersione p̄mutabit. Et in hoc quidem auxiliatur saliua acquisita p̄ digestionē in quā cadit calor innatus. Ideo q̄ triticū masticatū in maturatione furunculoꝝ ꝛ exituraꝝ operat̄ qd̄ nō operat̄ triticū cum aqua tritū: neq̄ illud qd̄ cū aqua coq̄tur. Et dixerunt quidā ꝙ signū ostendens nobis masticatū iam paꝝ in

cipit digeri est ꝙ neq primus odor: neq sapor in eo inuenit̄. ¶ Dein de postq̄ stomachū ingredit̄ integra digeritur digestiōe: nō propter stomachi calorē tm̄: sed propter calorē membrorum que ipsum circundant: ⁊ a dextra quidem epar: ⁊ a sinistra splen. splen nāq calefacit nō propter sui substātiā: sed propter arterias ⁊ venas multas q̄ in eo sunt: ⁊ ab interiori quidem est zirbū adipinū quod cito suscipit calorem causa adipis ⁊ ad stomachuz reducit: ⁊ superius quidem cor mediāte diafragmate ab eo calefacto. ¶ Cunq nutriēs in primis digeritur fit sua essentia in multis animaliū auxilio eius qd ei admiscetur de eo quod bibitur: plerūq chilus: ⁊ est substātia liquida pti sane in spissitudine similis. Deinde eius subtile a stomacho ⁊ intestinis attrahit̄: ⁊ per vias venarum que mesaraice vocant̄ impellitur q̄ sunt vene subtiles dure: omnibus intestinis continue. Cūq per eas impellitur ad venā peruenit epatis que porta vocat̄: ⁊ penetrat in epar in diuisionibus ⁊ ramis porte intrantibus ⁊ se minorantibus ⁊ subtiliantib⁹ ad modū capillorum: occurrentibus orificijs diuisionū radicū vene que a gibbo epatis ascēdit. Et nō facit ipsam penetrare in illas coangustatiōes nisi melior cōmixtio aque bibite supra id quo indiget corpus. Cum ergo in istarū venarum villis diuidit̄ sic quasi epar totaliter tāgat huius chili totalitatē: ⁊ propter illud tunc eius operatio est vehemētior ⁊ fortior: ⁊ velocior: et tunc coquit̄. ¶ In omni aūt decoctione que est hmōi est res que est sicut spuma: ⁊ res que est sicut hypostasis: ⁊ res fortasse erit cū eis aut que ad adustionē pertinet: si decoctio superflua fuerit: aut res que nō est bene cocta: ⁊ decoctio fuerit minor q̄ decet. Spuma aūt est colera rubea. Et hypostasis est melācolia que ambo sunt naturales. Adusti vero subtile est mala colera rubea. Et eius spissuz est melancolia mala non naturalis. Et qd nō bene coctū est flegma est. Quod autez de hoc toto res colata ē que est bene cocta est sanguis Qui tn̄ q̄diu est in epate subtilior existit q̄ debet propter aquosam superfluitatē q̄ propter rem quā dixim⁹ est necessaria. ¶ Istud ṽo qd est sanguis cuz ab epate separat̄ ab aquositate superflua illico mundatur que necessaria nō est nisi propter causam quādam q̄ iā sublata est. ¶ Extrahit̄ ergo aquositas a sanguine in vena q̄ ad renes descēdit ⁊ fert secum sanguinē q̄ ad renes nutriēdos sua q̄titate ⁊ qualitate bonus existit: nutritq renes vnctuositas hui⁹ aquositatis ⁊ sanguineitatis: deīde aliud qd remanet ad vesiccam tēdit: ⁊ post ad virgam. Sāguis aūt essentie bone per venam magnā ad gibbositatē epatis ascēdentē vadit: ⁊ tendit per venas que ab ea vt rami separant̄: deinde gedeguil venarū: postea sedenechi gedeguil post in suggentib⁹ segnechi: deinde in venis q̄ sunt sicut villi capillaribus siles: postea sanguis ab earum orificijs resudādo labit̄ i mēbra ex parte diuina. ¶ Sāguis ergo causa efficiēs calor est temperatus. ¶ Et causa materialis est qd de nutriētib⁹ est temperatum ⁊ de po

tibus bonis. ¶ Et formalis cã ipsius est decoctio noua. ¶ Et eius causa finalis est vt nutriat corpus. ¶ Efficiẽs vero colere rubee cã est igneus calor superfluus: ꝛ proprie in epate. ¶ Et eius causa materialis est quod de nutriẽtibus est subtile calidũ dulce ꝛ vnctuosuꝫ ꝛ acutum. ¶ Et eius causa est formalis decoctionẽ ad superfluitatẽ procedere. ¶ Et eius finalis causa est necessit[illegible] ꝛ vtilitas quas nominauimus. ¶ Efficiẽs aũt flegmatis causa est caliditas attenuata. ¶ Et eius materialis cã est qḋ de nutriẽtibꝰ est grossuꝫ humidũ viscoluꝫ frigidũ. ¶ Et eius cã formalis est decoctionis attenuatio ¶ Et eius finalis cã ẽ necessitas eius. ¶ Et vtilitas ipsius q̃s noiauimus. ¶ Melancolie aũt hypostasiue q̇dẽ cã efficiẽs ẽ calor temperatus. Sꝫ cã efficiẽs aduste est caliditas q̃ ab eq̃litate est egressa. ¶ Et eiꝰ cã materialis ẽ qḋ de nutriẽtibꝰ est vehemẽter grossum pauce hũiditatis: ꝛ eoꝝ calidũ ẽ fortiꝰ illo. ¶ Et cã eiꝰ formalis est fex hypostasiua ꝑ mvnũ duoꝝ modoꝝ: vñ neq3 labit: neq3 resoluit ¶ Et eius cã finalis est necessitas eiꝰ ꝛ iuuamentũ ipsius qḋ noiauimus. ¶ Melãcholia autem fit multa: aut propter caliditateꝫ epatis aut splenis debilitatem: aut propter frigoris vehementiam cõgelantis: ãt ꝑpter ꝯstrictiõis ꝑseuerãtiã: ãt ꝑꝑ egritudies q̃ multe ꝛ plixe fuerũt q̃re ꝑpter illḋ hũores facti sunt cineres. ¶ Cũq3 melãcholica multiplicaꝛ ꝛ inter stomachũ ꝛ epar stat: sanguis ꝛ bonoꝝ hũoꝝ gñatio cũ ea minoraꝛ. ergo sanguis minueꝛ. Debes aũt scire ꝙ gñatiõis hũoꝝ cãe caliditas ꝛ frigiditas cũ alijs existũt cãis. Sꝫ caliditas eq̃lis sanguinẽ generat. Et supfluẽs colerã gignit rubeã. Multũq3 supflua melãcholiã gñat ꝑpꝛ supfluitatẽ adustiõis. Et frigiditas quidẽ flegma generat. Et multũ superflua gñat melãcoliã ꝑpter superfluitatẽ ꝯgelatiõis. ¶ Debes aũt attendere ꝟtutes passiuas cũ ꝟtutũ actiuaꝝ equi distãtia. ¶ Neq3 opꝫ vt sit credulitas q꜄ ois ꝯplo sibi gñat silẽ ꝛ nõ sui cõtrariũ ꝑ accñs: lꝫ nõ sit per eẽntiã. ¶ Cõplõni em̃ multotiẽs accidit vt cõtrariũ generet. Frigida nãq3 ꝯplo ꝛ sicca plerũq3 gñat hũiditatẽ extraneã nõ ꝑꝑ ꝯueniẽtiã: sꝫ ꝑpter digestiue debilitatẽ. Et hmõi q̇dẽ ꝯplonẽ hñsẽ hõ macer cuiꝰ iũcture sunt laxe: ꝛ ẽ leuis: ꝛ ipse ẽ timorosus: ꝛ frigidꝰ tactu: ꝛ suauis. ꝛ vene ãguste ꝛ similaꝛ huic qḋ gñaꝛ. seniũ de flegmat[illegible]: lꝫ certa senij ꝯplo frigida sit ꝛ sicca. ¶ Debes aũt scire ꝙ sanguis ꝛ qḋ cũ eo labiꝛ tertiã hꝫ invenis digõneꝫ. Et cũ ꝑ mẽbra diuidiꝛ vt vnũq̇dq3 suũ recipiat nutrimẽtũ hꝫ digõnẽ quartã. ¶ Supfluitas igiꝛ digõnis prime q̃ est in stomacho per intestinoꝝ egrediꝛ viam. Et scḋe digestionis q̃ fit in epate supfluitas plurimũ cũ vrina egreditur. Quod autẽ de ea remanet: ad spleneꝫ: ꝛ fel tendit. Duarũ vero digestionũ remanentiũ superfluitates per resolutionẽ q̃ nõ sentitur: ꝛ per sudorem ꝛ per sordicieꝫ extrinsecam egrediuntur. Cuius pars est quod per foramina egreditur sensibilia sicut ꝑ nares: ꝛ instrm auditus: aut nõ sensibilia sicut ꝑ poros: aut extra naturã

sicut p apa cũ aperiunt: aut quod nascitur ex additionibus in corporibus sicut pili ꝛ vngues. ¶ Debes aũt scire ꝙ si alicuius humores subtiles existũt: eoꝝ euacuatio eũ debilitat: cui multũ nocet in sui fortitudīe suoꝝ poroꝝ amplitudo: ꝑpter qđ resolutionē sequit debilitas ꝛ ꝙ humores subtiles ad euacuandũ ꝛ resoluendũ sunt faciles. Qđ aũt ad resoluendũ et euacuādũ est facile spiritui facile associari pōt in sua resolutione: cũ eo igitur resoluit. ¶ Et debes scire ꝙ queadmodũ humores isti in suis generationibus cās hñt sic ꝛ in suis motibus habēt causas. ¶ Motus nāqꝫ ꝛ res calide sanguinē mouēt: ꝛ colerā rubeā: ꝛ fortasse mouebũt melācholiā: ꝛ forte faciēt eā. ¶ Quies ꝟo flegma forte reddit ꝛ aliquas meľie spēs. Et ēt ipsemet estimationes mouēt hũores verbi grã: sanguinē eñ mouet res intueri rubeas quapropter ꝓhibem⁹ illũ ex cui⁹ narib⁹ sanguis fluit: ressplēdorē hñtes rubeũ aspicere. ¶ Et hec quidem dicimus de hũoribus ꝛ eoꝝ generationibus. ¶ Loqui vero cōtra ꝑter uos ꝛ deuiantes debent sapientiarũ opifices ꝛ non medici.

¶ Doctrina quinta.

¶ Doctrine quinte ad sciendũ qđ sit membrũ ꝛ sue partes. Ca. I.

Membra autē sunt corpora q̄ ex prima humorũ generant cōmixtione: queadmodũ humores sunt corpora q̄ ex prima ciborum generantur cōmixtiōe: sicut cibi sunt ex prima ꝯmixtiōe generati elemētoꝝ. ¶ Membroꝝ aũt alia sunt q̄ sunt simplicia: alia sunt q̄ sunt cōposita. ¶ Et simplicia quidē sunt quoꝝ quācũqꝫ sensibilē assumpseris partē in noīe ꝛ diffinitiōe erit toti cōicās: sicut caro in suis partib⁹: ꝛ os in suis partibus: ꝛ neru⁹ in suis partibus et his siľia. Ideoqꝫ similiũ vocantur partiũ. ¶ Cōposita ꝟo sunt illa quoꝝ quācũqꝫ acceperis partē in noīe ꝛ diffinitiōe toti cōicans nō erit sicut manus ꝛ facies: pars eñ faciei nō est facies: neqꝫ pars manus est manus. Et vocātur mēbra instrumētalia: eo ꝙ sunt anime instrumēta ad cōplendũ motus ꝛ operationes. ¶ Primũ mēbrorũ similiũ ē os: qđ durũ est creatũ: qm̄ ipsuꝫ est corporis fundamentuꝫ ꝛ substētaculũ motuũ. ¶ Post ipm̄ ꝟo est cartilago' q̄ ex osse existit mollior ideoqꝫ flecti pōt: sꝫ est oībus alijs mēbris durior. Cuius iuuamētũ in creatione fuit: vt ossiuꝫ cũ corporibus mollibus per ipaꝫ melior fieret cōtinuatio: ꝛ vt durũ cũ molli nō absqꝫ medio cōponeretur: duro eñ molle lederet: ꝛ ꝓcipue in hora ꝑcussionis ꝛ ꝯstrictionis si nō esset ꝯpositio ordinata: sicut est in osse spatule ꝛ hyppocundriorũ ꝛ in ossibus costarũ: ꝛ sicut est epiglotalis cartilago: ꝛ illđ qđ est sub thorace ꝛ vt per ipsam etiā foret melior iuncturarum se adinuicē fricantiũ vicinitas: ne sua duritie rũperentur: ꝛ etiā vt aliq̄s musculus se extēdendo ad aliqđ peruenerit membroꝝ in quo os nō existat cui initatur ꝛ a quo cōfortetur: sicut palpebrarũ musculi vt sit ibi substētaculũ cordis eoꝝ ꝛ defensio: ꝛ plerũqꝫ etiā in multis locis est necesse rem aliquaꝫ rei alicui inniti q̄ non sit dura in vltimo

ficut epigloti. ¶ Postea sunt nerui qui sunt corpora a cerebro orta aut a nucha: alba: ad flectendũ mollia: et ad separãdũ dura: ad hoc creati vt p eos mẽbra sensuz habeãt et motum. ¶ Post neruos sunt chorde q̃ quidẽ sunt corpora que ab extremitatibus musculorũ oriũtur et neruis similantur: et ad mẽbra tendẽtes mobilia plerũqꝫ sua retractione retrahũt mẽbra ꝓpter musculi cõtractionẽ et cõgregationẽ et ꝓpter retrorsũ reductionẽ: et qñqꝫ relaxãt relaxamẽto sui ꝓpter ea ꝙ musculus dilatatur cũ ad suũ redit sitũ: aut supra mensuram quã eius hꝫ longitudo: et supra dispositionẽ quã hꝫ cũ in suo naturali existit situ addit: sicut in quibusdã videmus musculis: qui quidẽ ſm plm̃ sunt cõpositi ex neruis qui ad musculũ tendũt: et ab altera parte egrediunt: et ex corporibꝰ de quibꝰ post chordarũ relationẽ tractabimꝰ. Et hec quidẽ sunt que ligamẽta vocãtur q̃ etiã ſm visuz et tactũ neruosa existũt: et ab ossibus veniẽtia ad musculũ vadũt: et fiunt fila ipsa et nerui in eo. Quod ergo est supra partẽ musculi vocatur caro. Et qḋ ab eo separat et ad iuncturã vadit et mẽbrũ motũ colligit i seipso et ꝑmutat chorda. ¶ Post eas aũt sunt ligamẽta q̃ ꝑdiximꝰ: q̃ etiã sunt corpora neruo similia: quorꝫ quedã sunt q̃ absolute ligamẽta vocantur: et quedã sunt q̃ nomine alahachab: vel alchaab appropriant. Illud vero qḋ ad musculũ extẽdit nõ vocat nisi ligamentũ. Et illud qḋ ad musculũ nõ extendit: sꝫ tm̃ qḋ est inter duo extrema ossiũ iũcture cõtinuat aut inter alia mẽbra: et vnã rẽ alij firmiter annectit ꝓpter qḋ ligamẽtũ vocat: et qñqꝫ nomine alahachab vel alchaab appropriatur. Ligamẽtũ vero nullũ sensuz habuit: ne ꝓpter motũ et fricationẽ doleret. Iuuamentũ aũt ligamẽti ex eo qḋ premissum est perpenditur. ¶ Et post ligamẽta sunt arterie: q̃ sunt corpora q̃ a corde nascunt cõcaua: in longitudinẽ extensa: neruosa et in sui substantia ligamentalia habentia: motiões dilatãdo se et cõstringendo: q̃ ex q̇etibus discernũtur q̇dem ad hoc fuerũt create vt cor euentet: et fumosus vapor ab eo expellat: et spiritus mẽbris corporis distribuatur. ¶ Post sunt vene q̃ arterijs similes existũt: sꝫ sunt ab epate: et sunt quiete: que quidẽ fuerũt create ad hoc vt sanguis mẽbris q̃ sunt in corpore partiat. ¶ Deinde sunt panniculi q̇ sunt corpora de filis neruosis nõ sensu ꝑceptis texta: quorꝫ spissitudo tenuis existit dilatata: aliorꝫ corporꝫ supficies cooperientia et cõtinẽtia ea ꝓpter iuuamenta: ex quibus est vt sinmmã eorũ in sua figura et factura custodiant: et ex eis est vt ea ab alijs corporibus suspẽdãt: et eis annectãt mediãtibus neruo et ligamento: q̃ fila facta fuerũt: ex q̇bus texti fuerũt sicut rhenes dorso: et ex eis est vt mẽbra ſm sui substãtiã sensum nõ habentia per ipsos habeant superficiẽ sui essentia sentientẽ: q̃ illud qḋ ei occurrit sentit: et accidẽtaliter sentit qḋ in corpore accidit qḋ eis inuolutũ ẽ: et hec quidẽ mẽbra sunt sicut pulmo: epar: splẽ: et rhenes: hec enĩ sua substantia nullo modo sentiunt: sed neqꝫ senti t illud qḋ in eis ꝑcussionẽ facit

nisi qđ de pāniculis super ea existit cunqꝫ in eis accidit ventus aut apa sentit: sꝫ ventū sentit pānicul⁹ accidētaliter ꝑpter extēsionē que cōtingit in ipso: apa ꝟo sentit principiū pāniculi et eius appēsionez accidētaliter: ideoqꝫ mēbrū apostematis grauitate laxat. ¶ Post ea est caro q̄ est locoꝝ vacuoꝝ ipletio: q̄ in borū mēbroꝝ situ in corpore existunt: et ipsorū fortitudo qua sustentat. ¶ In vnoquoqꝫ ꝟo mēbro est ꝟtus naturalis qua ei res nutrimēti ꝯplet. Et boc quidē est nutrimentum attrabere et retinere: et assimilare et vnire et superfluitatē expellere. ¶ Et post bec quidē mēbra diuersificantur. Sūt eñ eoꝝ q̄dam q̄ preter banc virtutē insuꝑ aliā virtutē bñt q̄ ab eis ad aliud ꝑcedit. Et quedā sunt eoꝝ q̄ boc nō babēt. Et aliter. Quedā eoꝝ sunt q̄ preter bāc virtutē insuper virtutē bñt q̄ eis ab alio influit et sunt eoꝝ q̄dā q̄ non. ¶ Cum ergo cōpositio fiet: sequet ꝙ est membrū suscipiēs et tribuens. et mēbrū tribuēs et nō suscipiēs: et membrum suscipiēs et nō tribuēs: et mēbrū neqꝫ suscipiēs neqꝫ tribuēs. ¶ De mēbri aūt autē tribuētis et suscipiētis inuētiōe nō dubitam⁹ in cerebro nāqꝫ et epate oēs cōuenerunt medici ꝙ vnūq̄dqꝫ eoꝝ virtutem vite suscipit et calorē naturalē et spiritū a corde: et vnumquodqꝫ eorum principiū babet virtutis quā alijs tribuit: sed cerebrū quidem prebet sensum ꝟm quosdam absolute: et ꝟm quosdam nō absolute: et epar est principiū nutrimēti ꝟm quosdā absolute: et ꝟm quosdam non absolute. ¶ De mēbri aūt suscipiētis et nō tribuētis iuuētione nō dubitamus: sicut caro est q̄ sentiēdi vritutē et vite suscipit et nō est alicuius virtutis principiū quam alij vllo mō tribuat. ¶ De alijs vero duab⁹ diuisionis partib⁹ in vna earum medici a magno pboꝝ diuersificati sunt. Pboꝝ nāqꝫ magn⁹ dixit ꝙ mēbrū tribuēs et nō recipiēs est cor: ipsum est omniū virtutū prima radix: et oibus alijs mēbris suas tribuit virtutes quibus nutriunt et viuūt et quib⁹ cōprebendunt et quib⁹ mouēt. Medici et quidā primoꝝ pborū bas virtutes in mēbris partiti sunt: et nō dixerūt qđ sit mēbrum tribuēs et nō suscipiens. Et pbi quidē sermo cū subtiliter certificatur est veracior. Sed medicorum sermo in primis cum attenditur est magis manifestus. Postea in alia diuisiōis parte diuersificati sunt medici inter se: et pbi inter se. Una enim secta dixit ꝙ ossa et caro nō sentiētia et eorū similia non perdurāt nisi per virtutes proprias que sunt in eis: que non ab alijs principijs eis influxerunt: sed per illas virtutes cum nutrimentum eis tranimittitur sibi sufficiunt: et neqꝫ ipsa alij rei virtutē tribuunt: neqꝫ etiam aliud membrum eis aliam tribuit virtutem. Alia vero secta dixit ꝙ virtutes iste non sunt eis proprie sed ab epate et corde in generationis principio eis influxerunt et in eis quiete permanserunt. Medico tamen non attinet vt in sequendo demonstratiua procedat argumentatione. Unde de bis duabus diuersitatibus ad veritatem exitus proueniat: neqꝫ patet ei semita ad boc inquantum est medicus: neqꝫ boc ipsum in ali-

qua suarum perscrutationum et suarum actionum impedi. ¶ Debet aut scire et credere in diversitate prima q non est ei curandum utrum cor sit principium sentiendi et motionis cerebro et virtutis nutrientis epati: aut non sit. Cerebrum namque sive post cor habeat principium animalium actionum existit comparatione aliorum membrorum. ¶ Et epar similiter actionum naturalium nutrimentum principium existit aliorum membrorum comparatione. Et de alia quidem diversitate debet scire et credere q non est ei curandum utrum virtus naturalis in tali quale est os in principio generationis ab epate venerit: aut per suamet complexione meretur: aut nihil sit eorum. ¶ Sed debet credere q hec virtus ad ipsum non profluit nisi ab epate. Nam si inter ea via clauderetur et os nutrimentum aptum haberet: eius actio destrueretur: quemadmodum fit in sensu et motu cum nervus qui provenit a cerebro stringitur. Virtus vero illa ossis naturalis facta est dum eius permanserit complexio. ¶ Et tunc quidem explanabitur ei divisionis habitudo: et videbit membra principalia que sunt: et membra principalibus deservientia: et membra non principalia absque servitio. ¶ Membra vero principalia sunt membra que primarum virtutum que in corpore existunt que ad hec sunt necessarie: ut singulare: aut species perdurent principia habent. Secundum vero singularis durabilitatem sunt tria principia. Cor quidem est principium virtutis vite. Et cerebrum quidem est principium virtutis sentiendi et movendi. Et epar quidem est principium nutriendi. Sed secundum speciei durabilitatem sunt principalia hec tria: et etiam aliud quartum quod speciei existit proprium. Et sunt testiculi qui uni rei sunt necessarii et ad rem aliam iuvativi. Necessitas ergo est ad sperma generandum quod genealogiam conservat. Iuvamentum vero est ad hoc ut complementum forme detur: et complexio masculina et feminea conservetur: que speciebus animalis accidentia sunt insepa rabilia: et nec sunt ex rebus in animalitatis essentiam ingredientibus.

¶ Membrorum vero deservientium: alia sunt que servitute deserviunt preparatoria: alia que serviunt servitute latoria. Et preparatoria quidem servitus vocatur utilitas. Latoria vero servitus absolute vocatur. Servitus aut preparatoria est antequam principale operetur. Et latoria servitus postquam principale operatur. Cordis vero serviens preparator est: sicut pulmo et eius serviens lator est sicut arterie. Cerebri vero serviens preparatorem sicut epar et alia nutrimenti membra et custodie spiritus: et lator est sicut nervi. Epatis vero preparator serviens est sicut stomachus et lator est sicut vene. Et testiculorum quidem serviens preparator sunt sicut membra que antequam ipsi generant sperma. Sed eorum serviens lator est virga in viris et vene que sunt inter eos et ipsam. Et in mulieribus similiter sunt vene que sperma ad locum conceptionis impellunt: et mulieres insuper habent matricem per quam spermatis completur utilitas. ¶ Gal. aut dixit q membrorum alia sunt que operationem tantum efficere habent: alia que iuvamentum tantum: et alia sunt que operationem et iuvamentum habent. primum est sicut cor. secundum est sicut

pulmo tertiũ sicut epar. Dico aũt q᷑ p operationez opz intelligi illud qđ cum re solũmodo operationũ in vita singularis ingrediẽtiũ cõple tur: aut in speciei permanẽtia: sicut cor in generatione spũs. ¶ Et per iuuamẽtũ opz intelligi illud qđ preparatur ad alterius mẽbri operationẽ suscipiẽdã: ⁊ tunc erit operatio cõpleta ad dandã sin gularivitã: aut speciei pmanẽtiã: quẽadmodũ pulmo aerẽ pparatũ prestat. Ergo inquãtũ digestionẽ scdam adeo perfectã efficit quo ad sanguis ad ipsummet nutriẽdũ sit bonus actionez operatus est. Et inqtum operationẽ efficit que in alia expectata operatiõe au xiliatur: iuuamẽtũ efficit. Etiã denuo dicem⁹ q᷑ membrorũ alia sunt que generãtur ex spermate que sunt similiũ partium mẽbra preter carnẽ ⁊ adipẽ. Et alia sunt que ex sanguine generãtur sicut adeps ⁊ caro. Quod cimẽ preter hec duo ex duobus generaȓ spermatib⁹ masculorum spermate ⁊ spermate mulierũ. ¶ Sed secundũ sermo nẽ eius qui de sapientib⁹ verificauit: de spermate masculi generaȓ sicut generaȓ caseus de coagulo: ⁊ de spermate mulieris generaȓ si cut caseus gñaȓ de lacte. Et sicut pncipiũ coagulatiõis est in coa gulo: ita principiũ coagulationis forme est in spermate viri. Et si cut principiũ coagulationis est in lacte: ita principiũ coagulatio nis forme. s. virtutis patientis est in spermate mulieris. Et quẽad modũ vnũquodq3 duorũ coaguli vez ⁊ lactis est pars substãtie casei q̃ fit ex eis: ita vnũqđq3 duorũ spermatũ est pars substãtie embrionis ¶ Hoc aũt verbũ nõ paruz imo multũ verbis Gal. est ꝯtrariũ. Si bi nãq3 videȓ q᷑ cuiq3 duorũ spermatũ inest virt⁹ coagulatiua ⁊ vir tus coagulationẽ suscipiens. Et propter hoc nõ se prohibet quin dicat quod virtus coagulatiua in masculis est fortior. ⁊ virtus coagulationem suscipiens ẽ fortior in feminis. ¶ Qualiter autem sermo in hoc certificeȓ: iuenitur in nostris libris q̃ sunt de sapiẽtijs radicalibus. ¶ Postea vero sanguis q̃ in tẽpore menstruorũ a mu liere separabaȓ fit nutrimẽtũ. ¶ Sed alia pars ei⁹ est q̃ in similitu dinẽ ꝯuertiȓ substantie spermatis ⁊ mẽbrorũ q̃ ex eo generãtur ⁊ erit nutrimentũ augmentãs ipm. Alia pars ei⁹ est q̃ non nutrimẽtũ fit adhuc sed est cõueniẽs vt coaguleȓ ad iplenda loca mẽbrorũ primo rum vacua ⁊ fit caro ⁊ adeps. Et alia pars eius est superfluitas q̃ nulli harũ duarũ rerũ est bona: ⁊ remanet vsq3 ad horã part⁹ quaz vt pote natura superfluam expellit. Cunq3 infans parturitur: san guis quẽ ipsius epar generat huius sanguinis vices supplet: ⁊ ge neratur ex eo quod ab illo sanguine generabatur. Et caro quidez ex sanguine generatur spisso quem caliditas ⁊ siccitas coagulant. Adeps vero ex ei⁹ aquositate ⁊ vnctuositate generatur quã frigidi tas cogulat: ideoq3 ipsaz caliditas resoluit. ¶ Mẽbra autẽ q̃ ex sper mate sunt creata: cum solutionẽ continuitatis patiuntur certa cõ tinuitate non restaurantur: nisi pauca ex eis: ⁊ in paucis habitudi nib⁹: ⁊ i etate pueritie: sicut ossa ⁊ ramivenarũ parui: non enĩ magni

¶ Generis vero quod est sumptum ex tempore quietis species sunt tres. Frequens et ipse est in quo tempus sensatum quod existit inter duas percussiones est breue: qui etiam vocatur consequens et spissus. Et ei contrarius rarus: qui etiam dicitur laxus et resolutus. Et inter eos mediocris. Et hoc quidem tempus est secũdum quod ex systole cognoscitur. Si vero systole nullo modo cognita fuerit: erit tempus quod inter omnes duas diastoles cõtinuatur. Et si ipsa cognita fuerit: erit secundum duo tempora duorum extremorum.
¶ Genus vero quod est sumptum ex equalitate et diuersitate ẽ: aut equale aut diuersum scilicet inequale. Et hoc quidem est per comparationem similitudinis aut dissimilitudinis pulsuum: aut partium vnius pulsus. aut vnius partis pulsus in quinq; rebus: magnitudine ⁊ paruitate: aut fortitudine et debilitate. ⁊ velocitate et tarditate: spissitudine: aut raritate duritie et mollitie: donec contingat q vnus pulsus est postremus sue diastoles citius propter vehementem calorem: aut debilior propter debilitatem. Quod si volueris dilatabis sermonem et considerabis in equalitate et diuersitate in tribus generibus predictis alias partes: sed considerationum fortitudo ad istas reducta est. Pulsus vero equalis absolute est ille qui in omnibus est equalis; qui si in aliquo eorum solo fuerit equalis: in eo solo dicetur equalis: sicut si diceremus equalem in virtute: aut equalem in velocitate. Et similiter diuersus est ille qui non est equalis: aut absolute: aut in aliqua re.
¶ Genus autem quod ex ordinatione et inordinatione sumptum est duas habet species diuerse ordinatus: ⁊ diuerse inordinatus Ordinatus autem est ille cuius diuersitas habet ordinem conseruatum super quem transit. Et est secundum duos modos. Aut ordinatus absolute: ⁊ est cum totum illud quod ex eo prouenit non

habet nisi tantum diuersitatem vnam. Aut ordinatus qui est proprie et ipse est qui habet duas diuersitates aut plures: sicut si ibi esset circulus et alius circulus ab eo diuersus: sed ambo ad suum redirent ordinem sicut si esset vnus circulus. Et inordinatus est qui est ei cōtrari⁹. ¶ Cūq3 certificaueris inuenies q̄ hoc decimuz gen⁹ est: sicut esset noui generis species intrās sub inequali. ¶ Debes aūt scire q̄ in pulsu reperit̄ natura musice quemadmodum ars musice completur per adiunctionem sonorū secūdū proportionez comitantem eos inter acuitatem et grauitatem per circulos casuum et temporū qui sunt inter eorum percussiones: sic est dispositio pulsus: q2 proportio suorum temporum in velocitate et spissitudine et debilitate et in quantitate est sicut proportio adiunctionis eius. Et quemadmodum tempus feriendi vel casus et quantitas sonorū est cū sint conuenientia: et est cum non sunt conueniētia: similiter est cū ibi diuersitates sunt ordinate: et est cū sunt inordinate. Et proportio etiā dispositionū pulsus in fortitudine et debilitate et quantitate est cum est conueniens: et est cū non: immo diuersa est. ¶ Et hic quidem est egrediens a genere considerandi ordinem. Gal. aūt videt̄ id qd̄ potest sentiri ex proportionalitatib⁹ ponderis est s̄m vnam proportionē musicarū nominatarū aut non nominatarū. Nominataꝝ vero aut s̄m proportionem toti⁹ et quandoq3 est proportio tripli cum est proportio dupli adiuncta cuz proportione addentis medietatem: et ipsa est que dicit̄ proportio per quinq3. Et s̄m proportionem que est per totum et est dupla. Et s̄m proportionem que est per quinq3: et est addens medietatem. Et est s̄m proportionē q̄ est p̄ quattuor: et est addens tertiam. Et s̄m proportionem addentē q̄rtam. Postea non sentit̄. ¶ Et ego q̄dē miror quō ꝓportiōes iste p̄ tactū discerni possunt. Dico tñ q̄ ei est facile q̄ in gradu tangendi cōsueuit: et proportionat̄ sonos p̄ artē: postq3 erit ei potētia cognoscēdi musicā acquisita: et comparabit factū per notū homo etiam iste cū suā intentionē ad pulsum reduxerit. hmōi poterit discernere ꝓportiones p̄ sensum. ¶ Genus vero qd̄ ex pondere est sumptum est per cōparationem ꝓportionis quantitatuz proportionum quatuor temporum que sunt duobus motib⁹ et duab⁹ quietibus. Et si sensus totum hoc discernere non potest: tñ est per cōparationē proportionis quātitatū proportionū temporū diastoles ad tēpus quod est inter duas diastoles et ad vltimū temporis in quo est motus ad tempus in quo est quies. ¶ Qui autem ponūt in hoc capitulo compositionem temporis motus ad tempus motus: et tp̄is q̄etis ad tp̄s mot⁹ q̄etis: mittūt capl̄z in capl̄o: licet huiusmodi missio sit tolerabilis et non sit inconueniēs sed tamen non est bona. Et pondus quidem est illud in quo proportiones musice cadunt. Et dicemus q̄ pulsus aut est boni ponderis: aut mali ponderis. Et illius quidem qui est mali ponderis sunt tres species. Una est illius cuius pondus est mutatum

et est iuxta pondus: et iste est cuius pondus est pōd⁹ etatis q̄ est iuxta etatē illi⁹ cui⁹ est pulsus: sicut cū iuuenes hñt pōd⁹ pulsuum pueroꝝ. Et altera est separati pōderis: sicut cū pueri habent pōd⁹ pulsus sicut senū. Et tertia est egrediēs a pōdere: et ille est cui⁹ pōderi pulsus hominis nō similat. Et multa egressio pulsus a pōdere magnā in dispositionibus significat mutationem.

¶ De pulsu equali et diuerso. Ca. 2.

DIcunt ꝙ diuersi pulsus diuersitas: aut est in multis pulsib⁹: aut in vno pulsu. ¶ Sz qui vno pulsu diuersificat: aut in multis diuersificatur partibus. scilicet in locis separatis in quibus cadunt digiti: aut in vna parte scilicet in loco vni⁹ digiti. Et multis q̄dem q̄ in multis diuersis existit partibus est diuersus gradatus equaliter currens: et ipse quidem est qui ab vno incipit pulsu et permutat ad maiorem eo: aut ad minorem: et procedit sic ꝑm regulam donec ꝑuenit ad finem in diminutione: aut in augmento per similem ordinē deinde intersecatur: et ad primam magnitudinem redit: aut rediēs ex paruitate sua simili reditu in ambabus dispositionibus ad primam regulam: aut diuersificans postquā venerit a principio qđ est huiusmodi ad finem q̄ est hmōi. Et est cū ad finem peruenit: et est cū intersecatur ante ipsum: et est cum addit supra ipsum donec intersecatur in medio cessando: et est cum agit ab hoc diuersum: et illud est vt in medio sui interueniat motus. ¶ Et pulsus q̄dē cessationē habens est diuersus in quo expectatur motus et venit quies. ¶ Et ille q̄ in sui medio habet motum est diuersus in quo expectatur quies et venit motus. ¶ Diuersitas vero pulsus in multis partibus vnius pulsus. aut est in situ suarum partium: aut in motu suarum partium. Sed diuersitas que est in situ suarum partium est diuersitas ꝓportionis partium vene ad partes. Et quoniam partes sunt sex: erit illud quod in eis cadit ex diuersitate similiter. ¶ Diuersitas autem que est in motu aut est in velocitate et tarditate: aut in consecutione et preuentione scilicet vt moueatur pars eius ante horam sui motus aut post horam: aut in fortitudine et debilitate: aut in magnitudine et paruitate. Et hoc totum aut curret secundum ordinem eq̄lem: aut diuersū in augmento et diminutione. Et illud quidem aut erit in duabus partibus: aut in tribus: aut in quatuor scilicet in casu digitorum. Et tu quidem componere poteris et ordinare. ¶ Ex diuersitate vero pulsus in vna parte est ille qui est intersectus et reditiuus et continuus. ¶ Intersect⁹ est aūt in partem vnā cum paruo motu separatur: et partis vnius que ex eo intersecatur cum quiete est cum duo extrema diuersificantur in velocitate et tarditate et in similitudine. ¶ Reditiuus vero est vt pulsus magnus redeundo fiat paruus in vna parte: deinde in reditu subtili recti. Et huius quidē modi est ille cuius quedam specierum in alias ingrediuntur. Et hoc est vt sit vnus pulsus sicut duo propter diuersitatē: aut duo sicut

vnus: ppterea q alie in alias ingrediunt. Et istō q̄dē est secūdū sententiā eoꝝ q̄ in hoc nō cōuenerūt. ¶ Cōtinuus aūt est ille cui⁹ diuersitas est ordinata in cōtinuitate nō sensu ꝑcepta sepatione: in eo ad quod ipsa mutat ex velocitate ad tarditatē aut ecōtra: aut ad equalitatē aut inequalitatē in eis: aut ex magnitudine: aut ꝑuitate: aut eq̄litate in eis ad aliq̄d eoꝝ ad q̄d mutat. Et hoc q̄dē est cū ꝯm sil'itudinē sui ꝓcedit. Et est cū accidit vt cū cōtinuatiōe sua sit in aliq̄bus suaꝝ partiū plus diuersitatis ꝛ in alijs minus.

¶ De speciebus pulsus diuersi que nomina habent propria. Ca. 3.

Ex eis est gazallans qui est diuersus in vna parte cū fuerit tardatus: ꝛ deinde intersecatur ꝛ fit velox.

¶ Et ex eis est vndosus: ꝛ ipse q̄dē est q̄ est diuersus in magnitudine ꝑtiū vene ꝛ eaꝝ ꝑuitate ꝛ eleuatiōe ip̄aꝝ ad supiora ꝛ in latitudine ꝛ in cōsecutiōe ꝛ ꝑcessiōe in ꝑncipio mot⁹ pulsus cū mollitie q̄ est in ip̄a. Et ip̄e q̄dē nō est valde paru⁹: ꝛ hꝫ latitudinē quādā: ꝛ assimilat vndis: quaꝝ alie alias sequnt ꝯm rectitudinē cū diuersitate q̄ est inter eas in eleuatiōe earum ad supiora: ꝛ descēsiōe ad inferiora ꝛ velocitate ꝛ tarditate.

¶ Et ex eis est vermiculos⁹ q̄ est illis similis ꝫ est ꝑu⁹ multe spissitudinis: cui⁹ spissitudo existimatur velocitas sed non est.

Et formicās q̄ est valde minor ꝛ vehemētioris spissitudinis. Et ꝟmiculosi q̄dē ꝛ formicātis diuersitas in eleuatiōe ad supiora ꝛ ꝑcessiōe ꝛ cōsecutiōe in sensu est manifestior ip̄oꝝ diuersitate in latitudine: immo quasi non apparet id.

¶ Et est ex eis serrin⁹ q̄ vndoso in ꝑtiū diuersitate silat: ꝛ in eleuatiōe ad supiora ꝛ latitudine ꝛ ꝑcessiōe ꝛ cōsecutiōe: sꝫ est durior: ꝛ cū duricie ipsi⁹ ꝑtes in duritie diuerse existūt. Et serrin⁹ q̄dē est puls⁹ velox spissus ꝛ dur⁹ cui⁹ ꝑtes in magnitudine diastoles diuerse existunt in duritie ꝛ mollicie.

¶ Et ex eis est cauda soricina: ꝛ est ille q̄ ordinat in diuersitate suaꝝ ꝑtiū ex diminutiōe ad augmētū: aut ex augmēto ad diminutioneꝫ. Et cauda q̄dē soricina est cū est in pulsib⁹ multis: ꝛ est cū in vno pulsu in ꝑtib⁹ multis: aut in ꝑte vna: ꝛ ei⁹ diuersitas ꝓpria est illa q̄ ex magnitudine ꝑēdet: ꝛ est cū est in cōparatiōe velocitatis ad tarditatē: aut fortitudinis ad debilitatem.

¶ Et ex eis est mesali⁹: ꝛ ip̄e est q̄ ex diminutiōe ꝓcedit ad aliquē terminū in augmēto: postea reclinat inferi⁹ ad suum ordinē donec ad primū terminum diminutionis perueniat. Est ergo sicut due caude soricine q̄ continuant apd maiores ei⁹ extremitates.

¶ Et ex eis est bispulsans. Et in ipso quidem discordati sunt medici. Sunt enim quidam qui ipsum vnum pulsum ponunt diuersum in precessione et consecutione. Et sunt alij qui ponunt ipsum duos pulsus quorum vnum alterum consequitur: ꝛ ad vltimū inter

eos nõ existit tp̃sqd dilatet ad colligẽdũ systolẽ deinde diastolẽ. Nõ em̃ oẽ ex q̃ cõsequũtur due pcussiões opz vt sint duo pulsus. Alioq̃n ille cui⁹ intersecat diastoles ⁊ deinde redit: esset duo pulsus. Neq; em̃ opz vt sint duo puls⁹ nisi cũ incipit ⁊ fit diastoles ⁊ postea redit ad fun dũ faciẽdo systolẽ: deinde redit iterũ ⁊ diastolẽ facit.

¶ Ex eis sunt q̃etẽ hñs ⁊ cadẽs in medio q̃s p̃dixim⁹. Sz dr̃ia inter cadẽtẽ in medio ⁊ gazellãtẽ est q gazellãtis scd̃a añ venit q̃ cõpleat p̃ma: sz in cadẽte in medio est puls⁹ q̃ venit in tp̃e q̃etis cũ cõplet pcus sio prima.

¶ Et ex istis q̃dẽ capitulis sunt puls⁹ spasmos⁹ ⁊ tremul⁹ ⁊ retort⁹ q̃ fi lo qd torquet assimilat: ⁊ est ex capl'o diuersitatis in p̃cessiõe ⁊ cõsecu tione ⁊ in situ ⁊ in latitudine.

¶ Et cordosus q̃dẽ est ex summa retorti ⁊ similat tremulo: sed tñ in tremulo diastoles est magis occulta: ⁊ similiter exit⁹ ab eq̃litate fit⁹ in eleuatiõe ad supiora est in retorto occultior: sz tẽsio in cordoso est manifesta ⁊ est cũ ei⁹ torsiõe ad vnã p̃tẽ tñ. Plurimum vo tales acci dũt q̃les isti scz cordosus ⁊ retorsus ad vnũ lat⁹ declinãs in egritudi nib⁹ siccis. ¶ Pulsuũ vo cõpositoꝝ species quasi infinite sunt ⁊ neq; habentes nomina.

¶ De p̃mo q̃ ex specieb⁹ pulsus est naturalis. Ca.4.

Cuiusq; generꝫ p̃nominatoꝝ in q̃ est supfluitas augmẽti vel di minutiõis naturalis est eq̃lis: nisi fortis qñ naturalis in eo est augmẽtat⁹. Et si aliqd alioꝝ generũ augmẽtũ p̃buerit nisi fortitudi nis augmẽtũ sequẽs: ⁊ factũ fuerit mai⁹: verbi gratia ip̃e erit natu⸗ ralis pp̃ter fortẽ. Alioꝝ vo generꝫ q̃ neq; augmẽtũ neq; diminutio⸗ nem tolerant: naturalis est mediocris: et ordinatus: ⁊ qui est pon⸗ deris.

¶ De causis specierũ pulsus predictarum. Ca.5.

Causaꝝ puls⁹ q̃dã sunt cõesnecessarie essentiales in ꝯstitutiõe puls⁹ ingrediẽtes: ⁊ vocant ꝯtẽtiue. Et q̃dã sunt in ꝯstitutione puls⁹ nõ ingrediẽtes. Et haꝝ q̃dẽ alie sunt insepabiles quaꝝ pmuta tiõe pmutat iudiciũ puls⁹ ⁊ vocant cãe insepabiles. Et alie sunt sepa biles q̃ vocant mutãtes absolute. ¶ Cõtẽtiue vo cãe sũt tres. ¶ Uir t⁹ vitalis q̃ ẽ i corde mouẽs pulsũ. Et tu q̃dẽ iã sciuisti eã i capl'o d vtu tib⁹. ¶ Et scd̃a est instrumẽtũ ⁊ est vene pulsatiles q̃s iã sciuisti cũ nu merauimus membra. Et tertia est necessitas extinguendi ⁊ est ad⸗ ueniens per quãtitatem notam extinctionis que renouatur in ter⸗ mino caloris opposita in suo incendio: aut extinctione aut equali⸗ tate sua. ¶ Et harum quidem causarum contẽtiuarũ operationes mutant ꝭm id quod adiungitur eis ex causis inseparabilibus ⁊ mu tantibus absolute.

¶ De his q̃ p̃ueniũt ex causis cõtẽtiuis solũmodo. Ca.6.

Cum instrumentum fuerit obediens sui lenitate ⁊ virt⁹ fortis ⁊ necessitas ad extinguendum vehemens erit pulsus magnus.

Uerũtamẽ necessitas iuuantior his trib⁹ est ad hoc.
¶ Qd̕ si virt⁹ fuerit debilis: pulsus paruitas eã ꝓculdubio sequat̃. Et si cũ hoc istrumẽtũ fuerit durũ: ꝛ necessitas pauca erit minor.
¶ Est etiã cũ durities efficit paruitatẽ: sꝫ tñ paruitas cuius cã est durities sepat̃ a puitate cui⁹ cã est debilitas: ꝑ hoc ꝙ est durus ꝛ nõ debilis. Et breuitas eius et profunditas non sic est mala: sicut est cũ est virtus debilis.
¶ Pauca quoqꝫ necessitas paruitatẽ efficit: sꝫ debilitas ibi nõ erit.
¶ Et neqꝫ est aliqua hax triũ q̃ pl⁹ efficiat puitatẽ ꝙ̃ debilitas.
¶ Et paruitas quidẽ duritiei cũ virtute plus est ꝙ̃ paruitas priuationis necessitatis cũ virtute. Uirt⁹ nãqꝫ cũ priuatione necessitatis non minuit multum ex equali quoniam a diastole ꝓhibentem non hꝫ. Et nõ declinat ad hoc vt nõ multũ super temperamentum addat: nisi ideo ꝙ non multam habet necessitatem.
¶ Si vero necessitas multa fuerit virtus fortis et instrumẽtũ inobediens propter suam duritiem magnitudini: nõ poterit esse quin fiat velox ꝛ velocitate restauret id quod deest ex magnitudine.
¶ Quod si virtus fuerit debilis ꝛ pulsus nõ poterit magnificari ꝛ velocitas in eo nõ opata fuerit non poterit esse quin fiat spissus qꝛ spissitudine restauret illd̕ qd̕ ei defuerit ex magnitudine ꝛ velocitate: ꝛ multe vices tenebũt locũ vnius vicis sufficientis ꝛ magne aut duarum velocium. Et hoc quidem est sicut cũ homini necesse est ferre rem ponderosam: quam si poterit vna vice totam feret. Si vero nõ: diuidet eam in duas partes ꝛ festinabit. Et si non: i multas partes ipsam distribuet ꝛ feret quãqꝫ partẽ quocũqꝫ modo poterit cũ spaciositate aut velocitate. Deinde nõ cessabit inter quaslibꝫ duas oneraturas ei⁹: lꝫ sit in eis tardat⁹. Qd̕ si multe fuerit debilitatis stabit tũc et feret eã festine ꝛ redibit cum tarditate.
¶ Si aũt virtus fuerit fortis ꝛ instrumentum obediens: sꝫ necessitas erit maior, fortitudine temperata: virtus augmẽtabit velocitatem cum magnitudine. Et si necessitas fuerit fortior: erit cũ magnitudine ꝛ velocitate spissitudo.
¶ Longitudinẽ quoqꝫ magnitudinis cause ꝓ certo efficiũt cũ aliqd̕ ꝓhibẽs amplitudinẽ ꝓhibuerit ꝛ eleuationẽ ad supiora nõ ꝑmiserit fieri sicut durities istrumẽti. verbigratia. q̃ amplitudinẽ ꝓhibet ꝛ dẽsitas carnis ꝛ cutis q̃ sursum eleuari nõ ꝑmittũt. Sꝫ etiã ẽ cũ in amplitudine addit macies.
¶ Et amplitudinem qdẽ efficit: aut venarũ vacuitas vt per ipsam tunica superior super interiorem declinet ꝛ dilatetur: aut multa instrumenti lenitas.
¶ Spissitudis aũt cã ẽ debilitas: aut mlta necessitas: aut caliditas.
¶ Et raritatis quidẽ causa est virtus que necessitatẽ in magnitudine supat: aut frigiditas multa diminuta a necessitate: aut nimia intensio virtutis. ꝛ aduentus perditioni proximus.

¶ Cause vero debilitatis pulsus ex mutatiōib⁹ q̄dez sunt: tedium et vigilie et euacuatio ꝛ macies ꝛ humoꝛ nocu⁹ ꝛ exercitiū sup̄fluū et humoꝛū mot⁹ ꝛ ipsoꝛū obuiatio membꝛis foꝛtis sensus: aut coꝛdi vicinis et totū illud quod vehementer resoluit.

¶ Et duritiei pulsus cause sunt siccitas coꝛpoꝛis: vene: aut ei⁹ foꝛtis extēsio: aut vehemēs frig⁹ cōgelās. Et etiā est cū pulsus ī crisib⁹ durescit ex foꝛtitudine pugne ꝑpterea ꝙ mēbꝛa ꝑ ip̄am extendunt ad partem impulsionis nature.

¶ Lenitatis ṽo cause sunt: cāe naturales mollificātes sicut nutriēs ꝛ egritudinales mollificantes sicut hydropisis ꝛ lethargia: aut ea q̄ neq̄ sunt naturalia: neq̄ egritudinalia sicut balneatio.

¶ Et diuersitatis q̄dē cā cū ꝑseuerātia virtutis ē grauitas materiei cibi aut humoꝛis: ꝛ cū debilitate virtutis est pugna cāe et egritudinis. Ex causis quoq̄ diuersitatis est repletio venarū ex sanguine: s3 qḋ huic ē sile remouet minutio. Et plurimū q̄dē fit diuersitas cū sanguis est viscosus suffocās spiritū q̄ mouet in arterijs ꝛ ꝑprie cū dēsitas fuerit circa coꝛ. Ex causis p̄terea ipsi⁹ q̄ eā ī bꝛeui efficiūt tp̄e sunt stomachi repletio ꝛ tristitia ꝛ cogitatio in aliquo: s3 cū in stomacho malus fuerit hūoꝛ non cessabit diuersitas: ꝛ foꝛsitan ex eo proueniet tremoꝛ coꝛdis et fiet pulsus tremulus

¶ Et serrini quidez pulsus cā diuersitas ei⁹ qḋ in coꝛpoꝛe vene est est fusum in putrefactiōe sui: aut ipsius cruditate: aut sui maturatione: aut diuersitas dispōnū venarū in duritie sua et mollitie: aut apostema in membꝛis neruosis.

¶ Bispulsantis vero cā ē virtutis foꝛtitudo: ꝛ plurima necessitas ꝛ durities instrumēti quare nō obedit ei ꝙ virtutes ipsi ꝑcipiūt de dyastole in vna vice: sicut cū q̄s vult vna ꝑcussione aliq̄d incidere ꝛ non obeditur ei adiuuat ab alia: ꝛ precipue cum necessitas subito augmentatur.

¶ Soꝛicini ṽo pulsus cā q̄n̄q̄ ē virt⁹ debilis q̄ de laboꝛe ad quietē oꝛdinate ꝑcedit: ꝛ ḋ q̄ete ad laboꝛē: s3 ille q̄ in vna ꝑmanet dispōne plus est virtutis debilitatē significās. Et cauda q̄dem soꝛicina et q̄ eis similis existit est plus significās foꝛtitudinē aliquam: ꝛ ꝙ debilitas est in fine. Sed eis deterioꝛ est cauda finitiua. Deinde manens. Postea cauda reditiua.

¶ Cadentis aūt in medio cā ē virtutis lassitudo ꝛ ei⁹ defect⁹: aut accidēs subito veniēs ad quod anima ꝛ natura subito redeūt.

¶ Et spasmosi q̄dē pulsus cā sunt mot⁹ nō naturales ī virtute aut malitia in essentia instrumēti.

¶ Pulsus aūt tremul⁹ ꝑcedit ex foꝛtitudine ꝛ īstrumēto duro ꝛ necessitate foꝛti. Sine istis em̄ nō ꝑuenit tremoꝛ.

¶ Undosi aūt est cū ei⁹ cā existit virtutis debilitas s̄m plurimū ꝛ nō potest fieri dyastoles nisi paulatim ꝛ paulatim. Et est etiā cū instrumenti lenitas ei⁹ cā existit: licet virt⁹ nō sit valde debilis. Instrumē

tum namque molle et humidum concussionem et motum non recipit que in vnaquamque penetrent partem quemadmodum siccum quod est durum recipit quoniam siccitas concussioni est apta et tremori.
¶ Et duri quidem sicci finis sui principij motu mouetur. Mollis vero humidi partem possibile est moueri: et aliam partem motu ipsius non pati propterea quod cito recipit separationem et flexionem et diuersitatem in figura.
¶ Et vermiculosi quidem pulsus et formicantis causa est fortis debilitas ita vt tarditas et spissitudo et diuersitas in partibus pulsus coniungantur: quoniam virtus instrumentum in vna hora dilatare non valet: sed paulatim et paulatim.
¶ Causa autem pulsus mali ponderis. Si pulsus quidem fuerit in dispositionibus temporis quietis est augmentum necessitatis. Et si in dispositionibus temporis motus fuerit est augmentum debilitatis aut necessitatis priuatio. Sed pulsus temporis motus propter velocitatem dyastoles alius est ab hoc.
¶ Et cause quidem pleni et vacui et calidi et frigidi sursum et submersi inferius manifeste sunt.

¶ De pulsibus etatum et masculorum et feminarum. Cap. 7.

Masculorum pulsus maiores sunt et fortiores valde: propter vehementiam virtutum eorum et necessitatis ipsorum: et propterea quod eorum necessitatis magnitudine completur. Et est eorum pulsus tardior pulsu mulierum et rarior secundum plurimum.
¶ Et omnis quidem pulsus in quo perseuerat virtus est spissus et oportet proculdubio quod sit velox. Est enim cum ante est velocitas quam spissitudo: propter hoc igitur sicut pulsus masculorum est tardior ita est rarior.
¶ Puerorum vero pulsus lenior propter humiditatem et est debilior et spissior quoniam calor est fortis: sed virtus non est fortis eo quod nondum sunt completi. Puerorum vero pulsus comparatione quantitatis corporis eorum est magnus: quoniam eorum instrumentum est valde molle: et ipsorum necessitas est valde fortis et eorum virtus comparatione paruitatis corporis ipsorum non est parue quantitatis. Verumtamen eorum pulsus comparatione pulsus completorum est non magnus: sed est velocior et spissior propter necessitatem. In pueris namque multiplicatur vaporis fumosi collectio propter multam digestionem eorum et frequentiam eius in eis. Et propter hoc valde est necesse ipsum extrahere et calorem ipsorum innatum euentare.
¶ Iuuenum vero pulsus est multe magnitudinis: et non est multe velocitatis: immo in ipsis est valde diminutus et in spissitudine et ad raritatem tendens. Et illorum quidem pulsus qui in principio iuuentutis existunt est maior. Et eorum que sunt in medio iuuentutis est fortior. Et nos quidem iam declarauimus quod calor in pueris et iuuenibus fere est similis: ergo necessitas in eis erit propinqua: sed virtus iuuenibus est augmentata. Habebitur ergo ex magnitudi-

ne qd in ipsis restaurat quod defuerit ex velocitate et spissitudine. Et principium quidem rei unde pvenit magnitudo est virt⁹. Sed necessitas est appetens. Et instrumentū qdem est adiuuans.

¶ Senum aūt pulsus est minor propter debilitatez. Et minoris velocitatis ppter hoc etiā et ppter diminutionē necessitatis. Et propter hoc est rarior.

¶ Et pulsus quidem senum qui iam pcesserunt in annos est paru⁹ et rarus et tardus.

Et est cū mollis ppter hūores extraneos et non propter naturales.

¶ De pulsu complexionum. Cap. 8.

Pulsus calide complexionis vehementis est necessitatis. Qd si virtus conuenerit et instrumentum: erit pulsus magnus. Si ergo vnū diuersificabit: erit quemadmodum dictū est in precedentibus. Et si caliditas quidē non male fuerit complexionis: immo naturalis: erit complexio fortis et sana et virt⁹ multū fortis. Et neq; existimes q calor innatus si fuerit fortis quātuncūq; sit minuat ex virtute: immo ex eo prouenit in substātia spūs fortitudo: et in anima audacia. Calor vero complexionis maliciā sequēs quanto plus augmentatus fuerit tāto in virtute plus debilitatem augmentabit.

¶ Complexio vero frigida declinat pulsus ad partē diminutiōis: sicut pprie est puitas et proprie tarditas et raritas. ¶ Cunq; instrumētū fuerit molle latitudo ei⁹ augmētata erit et eius similiter tarditas et raritas. ¶ Quod si durum fuerit: erit minus hoc. ¶ Et debilitas quidem quam mala cōplexio frigida hereditare facit maior est ea q̄ mala cōplexio calida facit hereditare qm̄ caliditas. s. calori innato magis est conueniens.

¶ Complexionem vero humidam sequit inundatio et dilatatio. Et siccā quidem sequit coangustatio et durities.

¶ Ampli⁹ si virtus fuerit fortis et necessitas multa accidet bispulsans et spumosus et tremul⁹. Tu vero deinceps compone cōseruando principia.

¶ Est preterea cū vni homini accidit vt duorum laterū ipsius diuersificet complexio. Erit ergo vnū ipsorum frigidum et alterum calidum. Et accidet vt diuersitate que prouenit ex caliditate et frigiditate hoz duoz latez pulsus diuersi fiāt. Eritq; pulsus calidi lateris puls⁹ calide ɔplexiōis. Et lateris frigidi puls⁹ ɔplexionis frigide. Et ex hoc quidem scitur q pulsus in dyastole et sua et sistole nō est fm modum accessionis et recessiōis cordis: imo fz modū diastoles et sistoles ipsius corpis arterie.

¶ De pulsu temporum. Ca. 9.

In vere quidem est cum pulsus est paruus: non tamen in omni re et est in fortitudine augmentatus.

¶ In estate uero est velox et spissus propter necessitatem. Et paruus et debilis propter virtutis resolutionem que est propter resolutionem spiritus que fit propter calorem exteriorem dominantem superfluum.

¶ Et in hyeme est maioris raritatis et tardioris debilitatis: et cum hoc est paruus quoniam virtus debilitatur: et in quibusdam corporibus accidit vt calor in profundo teneatur et adunetur et virtus fortior fiat: et hoc cum complexio calida est dominans et refrenans frigus et non per ipsum neque patiens neque frigiditas ad fundum vadit.

¶ In autumno autem est pulsus diuersus et trahit ad debilitatem quandam Sed ipsius diuersitas est propter multitudinem conuersionis complexionis accidentalis in autumno nunc ad calorem: nunc ad frigiditatem Et ipsius quidem debilitas est etiam propter hoc. Complexio enim diuersa semper deterius efficit nocumentum quam similis et equalis licet sit mala. Et quia autumnus est tempus nature vite contrarium quoniam calor in eodem debilitatur et siccitas fit fortior.

¶ Temporum vero pulsus que sunt inter tempora temporibus proportionantur que sunt circa ipsa.

¶ De pulsu regionum. Ca. 10.

Regionum quedam sunt temperate vernales: et quedam sunt calide estiue: et quedam sunt frigide hyemales: et quedam sicce autumnales. Indicia igitur pulsuum erunt in eis secundum modum quem sciuisti de pulsu temporum.

¶ De pulsu qui prouenit ex cibo et potu. Ca. 11.

Exterius corpori aduenientia et ipsum ingredientia pulsus dispositionem mutant qualitate sui et quantitate. ¶ Sed qualitate quoniam si ad calefaciendum declinauerint: aut ad infrigidandum mutabunt ipsum secundum illud ¶ Et quantitate quidem: quoniam si equalia fuerint: fiet pulsus in magnitudine augmentatus: et velocitatis maioris et spissitudinis propter augmentum virtutis et caloris: et permanebit hec mutatio aliquandiu. Et si plurime magnitudinis valde fuerit: erit pulsus diuersus absque ordine propter grauitatem nutrientis supra virtutem: quoniam ex omni grauitate prouenit in pulsu diuersitas. Et quidem existimauit Archigenes quod eius velocitas est tunc multo maior quam spissitudo. Et hec mutatio est perseuerans: quoniam causa perseuerantie licet sit multitudinis minoris hac: tamen est diuersitas ordinata. Quod si pauce fuerit quantitatis erit pulsus minoris diuersitatis et magnitudinis et velocitatis: neque eius permutatio diu perdurabit quoniam materia pauca cito digeritur. Amplius si virtus deficiat et debilitetur ex multitudine aut paucitate quecunque fuerit: similes erunt pulsus in paruitate et tarditate vsque in finem rei. Quod si natura fortis fuerit in digerendo et conuertendo fiet pulsus temperatus. ¶ Et vinum etiam proprietatem habet: et est: quoniam ex magnitudine ipsius licet sit subtile prouenit diuersitas. Ex ipso tamen non prouenit quod sit tantum quantum illud quod prouenit ex nutrientibus que sibi similantur: et hoc quidem est propter raritatem

substātie ipsius ꝛ subtilitatem eius ꝛ leuitatem. ¶ Cum autem vinum in actu est frigidū prouenit ex eo quod prouenit ex alijs frigidis in minorando ꝛ rarificando ꝛ tardando velocitate sue penetrationis. Deinde cū in corpore calefit: remouet velociter quod ex eo prouenit. ¶ Uinum preterea cuȝ in corpus penetrauerit ꝛ fuerit calidū non elongabitur multum a natura ꝛ accidet velox resolutio. ¶ Quod si cū est frigidū penetrauerit: fiet ex nocumento qd̄ non fit ex alijs frigidis rebꝰ quoniam ille tardant donec calefiāt: neqꝫ eorum penetratio est ita velox vt istius: illud enim velociꝰ penetrat ꝙ cōpleat calefactio. Et eius quidem impedimentum est magnū ꝛ precipue in corporibꝰ q̄ horripilationi sunt apta. Et neqꝫ est sicut impedimentū calefactionis ipsius cū ipsum calidum penetrat: qm̄ eiꝰ calefactio in principio obuiationis nō peruenit ad hoc vt magnū faciat impedimentum: immo natura ei obuiat cū partitione ꝛ distributione ꝛ resolutione. ¶ Frigidū vero est cū naturam deficere facit: ꝛ eiꝰ virtutem extinguit anteqꝫ ad partitionem ꝛ distributionem ꝛ resolutionē perueniat. Et hoc quidem prouenit ex multitudine sue q̄titatis ꝛ calefactione ipsiꝰ ꝛ frigiditate. ¶ Cū aūt ipsuȝ cōsideratū fuerit vnde fortitudinem efficit: alia habebit indicia: qm̄ ipsum sua essentia fortes efficit sanos ꝓpterea ꝙ velociter prebet augmentū in substantia spiritꝰ. ¶ Sed lȝ calefactio ꝛ infrigidatio q̄ ex eo fiūt: plurima corpora impediāt: est tamē cū vnaqueqꝫ earuȝ cū aliqua cōuenit cōplexione: ꝛ est cū non cōuenit cū complexiōe. Est nāqꝫ cū res frigide eos fortes reddūt q̄ complexionem calidam malam habent sicut dixit. G. ꝙ succus granati calefactos semper fortes efficit: ꝛ hydromel infrigidatos semper reddit vigorosos. ¶ Uinū preterea vnde est calidū natura aut frigidū natura est cū quosdam fortes facit ꝛ quosdā debilitat. Nō tamē sermo noster est nūc de hoc: immo in virtute eiꝰ q̄ velocior ad spūm cōuertitur: qm̄ hic sp hȝ ꝑ sui essentiā. Qd̄ si vnū horum duorum ipsum in aliquo corpore iuuerit: augmentabit in faciendo fortitudinem. Et si ei contrarium extiterit: minus fortitudinem faciet. ¶ Secundum hoc igitur ipsuȝ pulsum conuertet secundum hoc. Quoniam si fortitudinem faciet in pulsu augmentabit fortitudinem. Et si calefaciet in necessitate efficiet augmentum. Et si infrigidabit: minorabit necessitatē. Et ſm plurimū in fortitudine faciet augmētū. Nunqꝫ aūt in necessitate efficit augmentū quin in velocitate addat.

¶ Aqua vero propterea quod nutrimentum penetrare facit vigorat et similitudinem operationis vini operatur. Et quoniam non calefacit immo infrigidat: non tantum auget in necessitate quantum vinum.

¶ De eis que somnus ꝛ vigilie in pulsu operantur. Ca. 12.

Pulsus quidē indicia in somno diuersificant ſm horā somni ſm dispositionem digestionis.

¶ Pulsus igiť in principio somni est paruꝰ: ⁊ debilis: quoniaꝫ motus caloris naturalis tūc est ad constringendū ⁊ submergendū ⁊ nō ad dilatandum ⁊ manifestandum: quoniam ipse in hora illa totꝰ tendit ad occultum: propterea φ ipsum anima mouet ad nutriēs digerenū. ⁊ maturanū. superfluitates ⁊ est sicut superatus ⁊ obsessus proculdubio. Et pulsus etiā est maioris tarditatis ⁊ raritatis quoniam licet in calore accidat augmentum ꝑm constrictionem ⁊ coadunationem: tamen priuatus est augmēto quod habet in hora vigiliarum propter motum calefacientem. Et motus q̄dem plus est ad inflammanū. ⁊ inclinanū. ad partem malitie complexionis. Sed constrictio ⁊ eorū coadunatio temperate minoris sunt inflammationis ⁊ minꝰ extrahunt calorem ad estuatiouem. Et tu q̄dem hoc scies ex hoc φ anhelitꝰ laxi ⁊ ipsiꝰ estuatio multo maiores sunt anhelitu ⁊ estuatione eiꝰ cuiꝰ calor est constrictꝰ propter causam q̄ similis est somno. Uerbi gratia submersi in aqua temperate frigiditatis q̄ si expergefactus licet calor constringatur ⁊ fugiat ex hoc: non tamen augmentum anhelitus eius perueniet ad id ad quod perueniet labor ⁊ exercitium que sunt ei propinqua. Cunctꝫ bene cōsideraueris non inuenies aliud quod calorem vehementius incendat φ̄ labor ⁊ motus.

¶ Et vigilie quidē calorem non efficiunt motu corporis: ita vt cuꝫ corpus quieuerit non sit ipse necessarius: immo faciunt caloreꝫ ꝓpterea φ spiritus ad exteriora mouetur: ⁊ motus eius ad ea est ꝑm continuitatem cū ista est eius generatio. Cam autem cibus digestꝰ est somno redit pulsus: ⁊ fit fortior propterea φ virtus augmentū recipit a nutriente: ⁊ reddit illud quod ad profundum descenderat ad regenū. nutriens ad exteriora ⁊ ad suum principium. Et similiter propter hoc etiam magnificatur tunc pulsus multum: ⁊ propterea φ complexionis caliditas propter nutriens augetur quemadmodum diximus. Et instrumenti etiam augetur lenitas per id quod ad ipsum ex nutrimento penetrat. Ueruntamen sua magnitudine non auget velocitatem necꝫ spissitudinem: quoniam hoc non est illud quod in necessitate prebet augmentum. Et hoc etiam nō est ꝓhibens restaurari ex eo quod necessariū est magnitudine sola. Deide quando cum dormiente somnus perseuerauerit: fiet pulsus debilis propter caloris innati constrictionē ⁊ virtutis compressioneꝫ sub superfluitatibus que euacuande erant ꝑm euacuationis modos qui sunt in vigilijs ex quibus est exercitium ⁊ euacuationes q̄ non sentiuntur. Cum autem somnus in principio euacuationem inuenerit: ⁊ nec inuenērit aliquid ad quod digerendum tendat: declinabit complexionem ad partem infrigidandi. Perseuerabunt ergo paruitas ⁊ tarditas ⁊ raritas in pulsu: ⁊ incessanter augmentabuntur.

¶ Uigilie etiam diuersa habent indicia vel dissimilia. Cū eñi deā

miens euigilabit: natura sui declinabit pulsus ad magnitudinem et velocitatem ordinate: deinde ad suam naturalem redibit dispositionem. Sed subita causa euigilato accidit: vt pulsus eius illico cum a somno remouetur: quiescat: quoniam virtus coram eo quod subito euenit victa est: et deinde post hoc redibit ad eum pulsus magnus velox spissus et diuersus ad tremorem. Et quoniam motus iste est similis violento: ideo non inflamat etiam ipsum. Et quoniam virtus subito mouetur ad repellendum naturaliter illud quod accidit: ergo motus accidit diuersus et tremit pulsus: sed tamen secundum hoc non longo perseuerat tempore: immo ad equalitatem cito redit: quoniam licet eius causa sit quasi fortis: eius tamen durabilitas est pauca et cognitio destructionis ipsius est velox.

De iudicijs pulsus exercitij. Ca. 13.

In principio quidem exercitij et quod est temperatum pulsus fit magnus et fortis: et hoc quidem propter augmentum caloris innati: et fortitudinem ipsius. Et fit etiam velox et spissus valde: propter superfluam necessitatem quam facit motus. Quod si perseuerauerit et fuerit plurimum aut licet fuerit breue: erit tamen fortissimum: destruetur quod ex fortitudine prouenit. Et debilitatur pulsus. Et fiet paruus propter repletionem caloris innati. Sed ipse fiet velox et spissus propter duas res quarum vna est augmentum fortitudinis et necessitatis: et alia est: quoniam virtus retrahitur ne magnitudini sufficiat. Postea velocitas incessanter minuitur et spissitudo augmentatur secundum quantitatem eius quod ex virtute debilitatur. Deinde ad vltimum si exercitium perdurauerit et debilitauerit: fiet pulsus formicans propter debilitatem et spissitudinem forte. Postea si magis superfluum fuerit et ex ipso quasi ad mortem perueniatur: efficiet quod omnia faciunt resoluentia et reducet pulsum ad hoc vt sit vermiculosus. Deinde faciet ipsum declinare ad raritatem et tarditatem cum debilitate et paruitate.

De iudicijs pulsuum balneatorum. Cap. 14.

Balneatio aut erit cum aqua calida: aut cum frigida.

Si autem fuerit cum aqua calida in principio prouenient ex ea fortitudinis et necessitatis indicia. Cumque multum resoluerit debilitabit pulsum. G. quoque dixit erit tunc paruus tardus et rarus. Dicemus ergo quod debilitas quidem et paruitas pulsus proculdubio existunt. Sed aqua calida cum in interioribus corporis calefactionem efficiet calore accidentali: fortasse non durabit sed ad sui naturam que est infrigidandi redibit. Et fortasse durabit et permanebit. Quod si accidentalis qualitatis iudicium superaueri: fiet pulsus velox et spissus. Et si superauerit quod ex natura sui proueniet fiet tardus et rarus. Et si calefactio accidentalis ad tantam virtutis resolutionem peruenerit vt sincopi sit propinqua fiet etiam pulsus tardus et rarus.

Sed balneationis cum aqua frigida facte frigiditas si pene-

trauerit: debilitabit pulsuz et faciet puũ et efficiet raritatẽ et tarditatẽ. Et si nõ penetrauerit: imo calorẽ coadunauerit: augmẽtabit fortitudo et crescet parum et minuetur velocitas et spissitudo.

¶ Ex aquis vero in thermis existẽtibus q̃ sunt exiccãtes duritiẽ in pulsu agmentant: et ex ei⁹ magnitudine minuũt. Sz calefaciẽtes velocitatẽ in pulsu augmẽtãt. Si autem virtutẽ resoluerint: erit quod iam diximus.

¶ De pulsu qui mulierib⁹ est proprius et est pulsus pregnantium. Cap. 15.

Necessitas quidẽ in eis est multa propter cõmunitatez filij in attractione aeris. ipse enim quasi duabus attrahunt necessitatibus et duab⁹ aeris attractionibus. Sed virtus proculdubio nõ augmentat: neq3 etiaz minuitur nisi q̃ntũ oportet ppter latitudinẽ paucã: que puenit ex pondere pregnationis: propter hoc igitur indicium virtutis medie et necessitatis fortis vincit: et augmentatur pulsus et fit velox et spissus.

¶ De pulsu dolorum. Capl'm. 16.

Dolor mutat pulsũ: aut ppter fortitudinẽ sui: aut qr ẽ in mẽbro principali: aut ppter longã morã sui. ¶ Et dolor quidẽ cum in sui principio fuerit: faciet virtutẽ ebullire et mouebit ipsam ad resistendum et referandũ et inflammabit caliditatem. Fiet ergo pulsus magnus et velox et maioris spissitudinis: q̃m ẽ pro magnitudinẽ faciet et velocitatẽ. ¶ Cumq3 dolor ad finem sue fortitudinis peruenerit propter illud qđ diximus de modis procedet minorãdo et redibit ad inferiora donec magnitudinem perdet et velocitatem et vicem eaꝝ supplebunt spissitudo fortis et paruitas et formiculatio et vermiculatio. Et si augmentatus fuerit: adducet ad raritatẽ et perditionem.

¶ De pulsu apostematum. Cap̃. 17.

Apostematum quidem alia sunt que febres faciunt. Et hoc aut propter eoruz magnitudinem: aut propter nobilitatem membri in quo sunt. Et pulsum in toto corpore mutant ẽm mutationem febris propriam: et nos ipsam dicemus in loco suo. Et alia sunt que febres non faciunt et mutant pulsum membri in quo sunt proprium per essentiam. Et est etiam cum reliqui corporis pulsum mutant per accidens scilicet non propter ꝙ est apostema: sed propter ꝙ dolorem efficit.

¶ Apostema autem quod pulsum mutat: aut ipsum mutat per speciem sui: aut per sui tempus: aut per quantitatem suam: aut per membrum in quo est: aut per accidens quod sequitur ipsum et comitatur. ¶ Quod vero per sui speciem mutat: est sicut apostema calidum ex quo per suam speciem prouenit vt mutetur pulsus ad serrinum et ad tremorem et horripilationem et velocitatem et spissitudinem nisi ei contraria sit causa humectans que pro-

prietatem ferrini destruat: et vice ipsius vndositatem supplere faciat verumtamen tremor et velocitas et horripilatio et spissitudo ipsum semper comitatur. Et queadmodum causarum quedam sunt que ferrini proprietatem prohibent: similiter sunt quedam earum que ferrini proprietatem augmentant: et ipsam apparere faciunt. Et molle quidem apostema pulsum facit vndosum. Et si fuerit valde frigidum: ipsum efficiet tardum et rarum. Durum vero apostema proprietatem ferrini augmentat. In exitura autem cum fit collectio: ipsa pulsum convertit de proprietate ferrini ad vndosi proprietatem propter humiditatem et lenitatem que ipsam sequuntur et prebet augmentum in diversitate propter suam gravitatem: velocitas autem et spissitudo alleviatur propter caloris accentalis quietem causa maturationis.


¶ Mutatio vero ipsius causa suorum temporum est. Quoniam dum calidum apostema existit in augmento: proprietas ferrini et quecumque diximus sunt sicut in augmento: et eius durities semper augmentatur propter extensionem que augetur: et in tremore propter dolorem. Cumque ad statum pervenerit omnia augmentantur accidentia preter illud quod fortitudinem sequitur. Ipsum namque debilitatur in pulsu: et in spissitudine et velocitate augmentum prebet: deinde si prolongabitur velocitas destruetur et redeundo fiet formicans. Cum autem minuetur et resolvetur aut aperietur fiet pulsus fortis propterea quod virtus exonerabitur a pondere; et cessabit ipsius tremor propterea quod dolor extensiu⁹ minuetur. ¶ Secundum quantitatem vero sui. Quoniam magnum facit vt sint iste dispositiones maiores et magis augmentate. Et parvum vt sint rariores et parviores. ¶ Et secundum membrum. Quoniam ex membris nervosis provenit augmentum in duritie pulsus et in proprietate quam habet ferrinus ipsius. Et ex venenosis quidem provenit augmentum in magnitudine sua et vehementia et diversitas multa et precipue si que in eis superate fuerint arterie sicut in splene et pulmone: et non durabit huiusmodi magnitudo nisi quantum perseveraverit fortitudo et membra humefacta et lenia ipsum faciunt vndosum sicut cerebrum et pulmo.

¶ Mutatio qua apostema mutat pulsum aliquo mediante est. Sicut apostematis pulmonis quod facit pulsum tremulum. Et sicut apostematis epatis quod facit ipsum mictualem. Et sicut apostematis rhenis quod facit ipsum stranguriale. Et apostema membri fortis sensus sicut stomachi et dyafragmatis facit ipsum spasum et sincopizantem.

De iudiciis pulsus accidentium anime. Caput. 18.

Ira quidem propterea quod virtutem fervere facit et spiritum subito dilatat pulsum facit magnum ad superiora se elevantem velocem et spissum. In quo non oportet diversitatem cadere: quoniam passio existit similis: nisi timor ei admisceatur qui vna vice superet et hoc alia superet vice. Et similiter si verecundia ei admisceatur: aut contrarietas ab intellectu qui tacere precipiat et ne ferveat ad malum inferendum illi cui irascitur.

¶ Et ex delitiis quidem propterea quod ad exteriora paulatim mouet non peruenit ad illud quod peruenit ex ira in velocitate et spissitudine. Immo est cum eius magnitudo sufficit necessitate: et est tardus et rarus.
¶ Et similiter pulsus leticie: quoniam ipse fit magnus secundum plurimum cum lenitate et attinet tarditati et raritati.
¶ In tristitia vero propterea quod calor suffocatur et submergitur et fortitudo et virtus debilitatur oportet vt sit pulsus paruus et debilis rarus et tardus.
¶ Timor vero qui subito venit pulsum facit velocem et diuersum et inordinatum. Sed consuetus et qui ordinate peruenit: mutat pulsum secundum modum mutationis sollicitudinis.
¶ De summa mutationis rerum contrariarum nature euentie pulsus. Ca. 19.
Ab eis fit mutatio. Aut propter hoc quod accidit de eis ex malitia complexionis: et tu quidem iam sciuisti pulsum cuiusque complexionis. Aut propterea quod virtutem constringunt et pulsum faciunt diuersum: et si constrictio valde fuerit fortis erit sine ordine et absque pondere: et constrictionem quidem faciens est omnis materialis multitudo siue sit apostema: siue non sit apostema. Aut propterea quod virtutem dissoluit et facit pulsum debilem: et omnia hec sunt sicut dolor fortis et egritudines animales que sunt fortis resolutionis.
¶ Summa secunda. Doctrine tertie. Fen secunde de vrina et egestione restat continens. 13. capitula.
¶ Est sermo vniuersalis de vrina. Capi. 1.



Significationis dispositionum vrine non oportet credere nisi postquam conditiones obseruate fuerint.
¶ Oportet etenim vt vrina que consideretur sit prima vrina que in mane colligitur. Et non permaneat longo tempore. Et non sit ex nocte reseruata.
¶ Neque sit ille cuius est que aquam non bibit et cibum non comedit.
¶ Et non sit qui in cibo aut potu rem tingentem accepit: sicut crocum et cassiam fistulam: quoniam vrinam tingendo ad citrinitatem et rubedinem mutat: et sicut olera que tingendo mutant ad viriditatem: et almuri quod ad nigredinem: et vinum quod mutat vrinam secundum suum colorem. Neque sit qui exteriora sui re tingente infecerit sicut alcanna: quoniam cum ex ea aliquis tingitur: fortasse eius vrina ex ea inficitur. Neque sit qui rem que cum vrina aliquem humorem expellit: assumpsit: sicut quod coleram aut flegma expellit. Neque se exercuit motibus corporeis aut operationibus: aut dispositionibus que sunt extra cursum nature que vrine colorem mutant sicut ieiunium aut vigilie aut labor aut ira aut timor. Omnia enim hec vrinam tingunt secundum citrinitatem aut rubedinem. Et coitus vrinam valde impinguat Et sicut vomitus et euacuatio quoniam hec colorem mutant et substantiam que in vrina esse debet.
¶ Similiter cum ipsa multis permanserit horis. Quapropter dixerunt

q̄dā ꝙ post sex horas ĩspiciēda nõ est: qm̄ ipi⁹ significatio debilitat̃ ꝛ color mutat̃: ꝛ hypostasis dissoluit̃ aut mutat̃: ꝛ fit spissior: q̄uis ego dicā ꝙ nec post horam vnam.

¶ Urina preterea tota ĩtegre colligēda est in vrinali magno: ne ex ea aliquid effundatur.

¶ Et eius quidem dispositio illico cum mingitur non est considerā da neq̄ nisi postq̄ in vrinali residet.

¶ Et obseruandum est ne sol eam tangat: neq̄ ventus ne perturbe tur ꝛ ne congeletur donec hypostasis separetur ꝛ separatio com pleatur. non enim descendit illico cum mingitur: neq̄ i vltimo fine maturationis. Et non colligatur in vrinali in quo alia fuerit nisi prius fuerit ablutum.

¶ Amplius vrine puerorũ significatio est parua: ꝛ precipue infan tium: ꝓpterea ꝙ lacte nutriuntur: ꝛ ꝙ materia tingēs i eisē q̄scēs ꝛ submersa in eoꝝ quoq̄ natura existit ex debilitate ꝛ multa dormi tione quod maturitatis significationem pernecat.

¶ Et instrumentum quidē colligendi vrinam est corpus peruium substantiam habens nitidum sicut vitrum clarum vt christallus.

¶ Scias autem ꝙ vrina quāto pl⁹ eam tibi approximas tanto spis situdo augmentatur: ꝛ quāto plus elōgas eam a te augmentatur in ea claritas: et ꝓpter hoc differt ab oibus falsitatib⁹ q̄ sunt in ea quibus medici expiunt̃ cũ eis ostenduntur.

¶ Cũ vrina in vrinali colligit̃: custodienda est a mutatione frigo ris ꝛ solis ꝛ venti.

¶ Et oportet vt in lumine aspiciatur ita ꝙ super eam nõ cadat ra di⁹ i mo ab ipo tegat̃: ꝛ sic i ea iudicet̃ de accidētib⁹ q̄ i ipa apparēt

¶ Scito etiā ꝙ prima significatio, quā vrina hꝫ: est de dispositione epatis et vrinarum aquositatis et super dispositiones venaꝝ: ꝛ eis mediātib⁹ alias demõstrat egritudines. Firmior tñ ei⁹ significatio ē illa q̄ de epate existit ꝛ proprie de dispositione gibbositas ipsius.

¶ Amplius significationes que ex vrinis habētur ex septē sunt ac cepte generibus. Genere coloris. Et genere substātie. Et genere cla ritatis ꝛ turbulentie. Et genere hypostasis. Et genere q̄titatis in paucitate et multitudine. Et genere odoris. Et genere spume. Sũt vero q̄dā qui inter hec genera ponũt genus tactus ꝛ gen⁹ saporis.

¶ Cũq̄ dicimus gen⁹ coloris intelligimus illud qḋ visus in ea sen tit ex coloribus. s. albedinem aut nigredinē aut qui ĩter eas existũt.

¶ Et cum substantie genus dicimus intelligim⁹ dispõnem ipsius in grossitudine aut tenuitate. ¶ Et cum dicimus genus claritatis ꝛ turbulentie: intelligimus ꝙ penetratio visus in ea est facilis: aut non est. ¶ Inter hoc autē gen⁹ et genus substantie existit differen tia: qm̄ plerumq̄ est substātia grossa ꝛ clara sicut albumen oui ꝛ glu tem piscium liquatum et vitrum liquatum ꝛ oleũ. Et plerumq̄ est les subtilis substātie turbida; sicut aqua turbida q̄ ē magis tenuis

q̄ albumen oui. ¶ Turbulētie aūt causa est p̄mixtio p̄tiū colorꝫ h̄n tiū extraneos fuscos aut alijs colorib⁹ infectos q̄ ab aspiciēte sensu nō sunt p̄ceptiꝫ p̄hibēt paruitatē ꝫ nō p̄ se p̄cipiunt. ¶ Inter eā v̄o ꝫ hyppostasim existit differētia: q̄m visus plerūq̄ cognoscit hyppostasim. ¶ Et inter ip̄am ꝫ colorē existit differētia: q̄m color p̄ totā hūoris substātiā p̄cedit cum maiori permixtione.

¶ De significationib⁹ coloris vrine. Ca. 2.

Ex coloribus vrine sunt gradus citrinitatis. Sicut palearis. Deinde citrin⁹. Post flauus. Deinde ruffus. Postea citrāgularis. Postea igneus qui tincture croci assimilat: ꝫ ipse quidē est vehementer citrin⁹. Postea croceus q̄ similatur capillis zabafarani: ꝫ iste q̄dē est quē vocāt rubeū clarū. ¶ Oēs aūt qui sunt post citrinū caliditatē significāt: sꝫ tn̄ s̄m suos diuersificant gradus. Et est q̄dē cū accidūt p̄pter vehemētiam motus ꝫ p̄pter dolores: ꝫ p̄pter famē: ꝫ p̄pter aq̄ abstinētiā. ¶ Post istos vero grad⁹ p̄dictos existunt gradus rubedinis. Sicut rubeus roseus. Et rube⁹ obscurus. Et rube⁹ puluerulent⁹. Et oēs quidē sanguinis dominiū significāt. ¶ Et in oibus in quib⁹ est color zabafarano attinens est significatio dominij colere rubee. ¶ Et in oib⁹ q̄ puluerulēto attinent: est significatio dominij sanguinis. ¶ Et igne⁹ q̄dē magis significat calorē q̄ rube⁹ ꝫ puluerulēt⁹ sic ut colera in se calidior est q̄ sanguis. Et color q̄dē vrine egritudinibus acutis incendentibus trahit ad colorem zabafarani ꝫ igneitatē. Qđ si ibi fuerit tenuitas: aliquā maturationis significat dispositionē ꝫ q̄ iam incipit ꝫ non appareat in substantia. Si aūt citrinitas fortior fiat ꝫ vsq̄ ad igneitatis p̄ueniat terminū ꝫ ad finem in ea significat q̄ calor incessanter processit: ꝫ iste q̄dē est finis citrinitatis. Qđ si in ipso claritas augmētetur: calor iam s̄m diminutionem incedit. ¶ Et est preterea cū in egritudinibus acutis sanguineis vrina sicut ipse sanguis mingitur apertione vene ibi existēte. Et significat repletionem superfluam: que si paulatim mingendo emittitur ꝫ est cum odore malo: est significatio timoris: ꝫ timetur ex ea ne sanguis ad loca suffocantia fusus deriuetur. Et peior quidem ea est cum est subtilis in colore sui ꝫ dispositione. Cum autem ex ea multum mingitur: est cum est significatio bona in febribus acutis ꝫ commixtis quoniam cum est significatio crisis ꝫ sanitatis nisi in principio subito attenuetur anteq̄ sit hora crisis quoniam tunc erit recidiuationis significatio. Et similiter si tenuitas post crisim ordinata non fuerit. ¶ In ictericia v̄o cū vrina adeo fuerit maioris rubedinis donec ad nigredinem trahat ꝫ pānū taliter tingat ne remoueri possit. Et q̄to plus fuerit: erit sanius: q̄m cū vrina in ipsa fuerit alba aut rubea pauce rubedinis ictericia in sua dispositione manente timetur ex ea hydropisis. ¶ Fames quoq̄ est ex eis que vrinam vehementer tingunt et ipsam valde acuunt.
¶ Post vero sunt gradus viriditatis, Sicut vrina cuius color co

lori fisticoꝝ attinet: deinde cuius color est similis colori eruginis eris
Postea illa cuius est color similis colori ireos: deinde cuius color si-
milat indico. Postea que similis est succo porri. ¶ Fisticalis vero si-
gnificat frigiditatē. Et similiter oēs in q̄b⁹ existit frigiditas ꝑter eā
q̄ erugini eris aut succo porri similat: hec nāq̧ vehemēs significat
incēdiū. Verūtamē succo porri similis sanior est ea que erugini eris
similatur. ¶ Et illa q̄dē q̄ erugini eris similat post laborem signifi-
cat spasmū. ¶ Viridis vero in pueris spasmū significat. ¶ Que vero
colorem ireos h₃ frigiditatē vehemētē ꝑm plurimū significat, ꝛ ante
ipsam ꝑcedit vrina viridis. Et quidam dixerūt ꝙ significat venenū
in potu fuisse haustū. Et si fuerit in ea hypostasis spes erit vite. Et
si non: timet ei. Erugini vero eris similis vehementem significat per
ditionē. ¶ Graduū aūt coloris nigri: alius est niger q̄ ad nigredinē
tendit ꝑ m viam coloris croci: sicut est in icteritia: ꝛ significat colere
rubee spissitudinem: ꝛ eius adustionem: ꝛ coleram nigrā q̄ accidit ex
colera rubea: ꝛ significat ictericiā. Et ali⁹ est qui ex fusco ꝑuenit ad
nigredinem: ꝛ significat coleram nigram. Et alius niger qui pro-
uenit ex viriditate ꝛ colore indico simili: ꝛ significat coleram nigram
puram. ¶ Et ad summum quidem vrina nigra significat aut vehe
mens incendium: aut forte frig⁹: aut mortem: aut caloris naturalis
superationem: aut crisim ꝛ expulsionem nature qua ipsa colere ni-
gre expellit superfluitates. Quod autem ex incendio est cognoscit:
q̄m illic est fortis ardor: ꝛ ante ip̄a₃ fuit vrina citrina vel rubea ꝛ hyp
postasis est diuulsa ꝛ inequalis ꝛ incontinua: ꝛ nō est vehementis ni
gredinis: immo trahit ad colorē croci ꝛ citrinitatem: aut ad fusci-
tatē. Et si ad citrinitatē trahit: significat multam icteritiā. Verūta
mē qđ ex frigiditate fit: cognoscit vt ante ipsum habeat vrina q̄ ad
viriditatē trahit aut ad liuiditatem: ꝛ est sedimen paucū iunctū ac
si esset siccū ꝛ nigredo in ipsa est purior. ¶ Et est etia₃ cū inter duas
cōplexiōes differētia notat. Q̄m q̄n cū vrina nigra fortis odor fuerit
significabit caliditatem. Et cū fuerit cū ea odoris priuatio aut for
titudinis ei⁹ debilitas significabit frigiditatē. Cū em̄ natura valde
fuerit superata: odor non erit in vrina. Illđ aūt qđ ex casu caloris ac
cidit innati cognoscitur: propterea ꝙ ip̄m sequit fortitudinis ca-
sus ꝛ ei⁹ dislocatio. Et illud q̄dem qđ accidit secūdū modū purgatio
nis ꝛ crisis cognoscitur sicut quod accidit in fine quartanarū: ꝛ cū
splenis egritudines resoluuntur: ꝛ dolores dorsi ꝛ matricis: ꝛ febres
melancolice: ꝛ nocumenta que ex menstruorum accidunt retentione
ꝛ retentio eius quod ex sanguine fluere solebat per anū ꝛ ꝑcipue cū na
tura ꝛ ars in ꝑuocādo menstrua iuuant: ꝛ sicut accidit mulieribus
quarum menstrua retinentur. Et non retinet natura sanguinis su
perfluitatem: propterea ꝙ ante ipsam precessit vrina indigesta aq̄-
sa et propterea ꝙ post ipsam adiuuet corpori alleuiatio: ꝛ erit ip-
sius quantitas maxima copiosa. Qđ si non ita vrina fuerit nigra:

signum erit malum: et precipue in acutis egritudinibus: et quanto plus si eius quantitas fuerit pauca quoniam ex sua paucitate est sciendum quod humorem iam destruxit adustio. Et quanto magis fuerit grossa erit deterius. Et quanto magis fuerit tenuis: erit minoris malicie. Et est quidem cum accidit ut urina nigra aut rubea obscura mingatur propter vini potionem quod huius habet colorem cum nullo modo natura aliquid in eo operata fuerit et exierit secundum suam dispositionem: sed in hoc non est timor. Et est cum bone crisis significatio existit et in acutis egritudinibus: sicut si eger eam tenuem minxerit: et fuerit in ea suspensio in partibus diversis. multotiens enim significat sonitum capitis et vigilias et surditatem et desipientiam. Et precipue si paulatim eam minxerit et in longo tempore fuerit suspensa et fuerit eius odor acutus et fuerit cum febribus: quando tunc vehementer significabit capitis sonitum et desipientiam. Sed quando affuerit ibi insomnietas et surditas et desipientia et sonitus capitis significabit sanguinis fluxum ex naribus. Et est etiam cum existit causa lapidis in rhene. ¶ Ruffus inquit. Urina nigra bona est in egritudinibus lapidis que ex humoribus proveniunt grossis. Et est significatio mortalis in egritudinibus acutis. Dixit etiam quod urina nigra est mala in egritudinibus rhenum et vesice cum vehemens ardor ibi adest. Considera ergo alia signa. ¶ Urina nigra in senibus non est bona propter illud quod scis. Neque venit in eis nisi ex corruptione mala. Et similiter in mulieribus urina nigra post laborem significat spasmum. ¶ Ad summum vero urina nigra in principio febrium est perniciosa. Et similiter in earum fine quando non cum ea fuerit alleviatio: neque significaverit crisim. ¶ Urina autem alba secundum duas intentiones est scienda. Una earum est cum ipsa est tenuis translucens quam vulgus quod translucens est album vocat sicut est vitrum quod est clarum: et cristallum claram vocat albam. Et altera est que pro certo est alba cuius color est disgregativus visus sicut lac: et pergamenum: et ista quidem non translucent ut visus in ipsa penetret: translucentia enim pro certo non est nisi omnium colorum privatio. ¶ Album igitur secundum intentionem translucentis significat frigiditatem omnino: et est auferens digestionis fiduciam. Et si cum grossitudine fuerit significabit flegma. ¶ Sed alba pro certo non erit cum grossitudine. Et eius quidem alia est cuius albedo est muscillaginosa et significat multitudinem flegmatis et humoris crudi. Et alia est cuius albedo est unctuosa: et significat adipis liquefactionem. Et alia est cuius albedo est similis albule: et significat flegmatis liquefactionem que accidit aut accidet. Et alia est cuius albedo est similis albedini que est in fungo cum tenuitate et sanie: et significat exituras ulcerosas in instrumentis urine. Et si absque sanie fuerit: erit propter superationem materie multe crude non mature. Et est cum est cum lapide vesice. Et est alia que spermati similatur: que cum flegmaticorum apostematum adest crisis et laxitas interiorum egritu-

dinum que ex flegmate acciduntvitreo. Cum vero vrina spermatis similis existit: et non est secundum modum crisis est propter apata flegmatica. Immo cum in primis puenit: pronosticabit apoplexiam aut paralisim. ¶ Et cũ in omnib⁹ horis febris alba superuenerit vrina cito in quartanam conuertetur. Et plumbina quidem sine hyppostasi est valde mala. Et lactea etiam in acutis egritudinibus est perniciosa ¶ Albedo preterea vrine in febrib⁹ acutis quocũq; modo fuerit post tincturam que precessit: significat q colera rubea ad aliquod membrum declinauit qd apatur aut ad fluxum ventris: et q magis significat q declinauit ad caput. ¶ Et similiter cum vrina rubea est in febribus: deinde subito fit alba significat desipientiam. ¶ Et cũ vrina in sanitate pseuerauerit in colore albo significat priuationem digestionis. Et albule similis que lacti similatur acetoso in febribus acutis mortem significabit aut ptisim. ¶ Scito autez q possibile est vt vrina sit alba et complexio calida et colerica: aut vrina rubea et complexio frigida flegmatica. Colera enim rubea cũ declinat a via vrine et nõ admiscet vrine remanet vrina alba. Debes ergo vrinam albam considerare. Quoniam si fuerit huius humor multus et luminosus: et ipsius sedimen multum et grossum: et eius substãtia cum hoc trahit ad grossitudinez: debes scire q albedo est ex frigiditate flegmatis. Sz cum vrina non fuerit luminosa clara: neq; eius sedimen multũ: neq; peruia: et albedo ad fuscitatem traxerit: scire debes q colera rubea est occultata. Et si i egritudine acuta fuerit i ea significatiões falt⁹: ex qb⁹ nõ tiet phrenesis: et q̃ sũt sicut ipsz: debes scire q cholera rubea declinauit ad alium cannalem: et ad intestina: et accidet ei cõstrictio ¶ Causa vero ob quam vrina existit rubea in egritudinibus frigidis est vna harum rerum. Aut fortitudo doloris qui coleram rubeã resoluit sicut in colica accidit frigida. Aut opilatio q̃ facta fuit ex separatione flegmatis in cannali qui est inter fel et intestina qua propter fel ad intestina naturaliter non descendit sicut solebat. immo vrine societas est ei neccessaria cum qua egrediatur quemadmoduz accidit in colica frigida. Aut propter debilitatem epatis et sue virtutis defectum que inter aquositatem et sanguinem separationem facere non valet: sicut accidit in hydropisi frigida et in egritudinibus debilitatis epatis secundum plurimum: quoniam propter eas vrina est similis loture carnis recentis. Aut propter constrictionẽ quã opilationes fecerunt: et mutatur color flegmatis in venis propter aliquam putrefactionem que ei accidit. Et eius quidem signum est aquositas vrine et eius sedimen secundum modum quem diximus. Et eius tinctura est tinctura debilis non luminosa. Colere enim rubee tinctura est luminosa. ¶ Urina quoq; multotiens in principio egritudinum erit alba: sed postea fiet nigra et fetebit: sicut accidit in ictericia. ¶ Amplius vrina post comestionem albescit: neq; sic cessat donec digestio fieri incipiat: tunc enim incipit vrina

tingi. Et propter hoc vrine vigilantium sunt albe et adiuuat ad hoc coloris innati resolutio. Sed non luminose immo attinent fuscitati propter priuationem digestionis. ¶ Tinctura rubea i egritudinibus acutis melior est quã aquosa. Sed rubea que ẽ sanguinea maioris est securitatis quam rubea colerica. Rubea quoqꝫ colerica non tanti est timoris cũ colerica quieta manet. Sed si extet mobilis magni est timoris. ¶ Amplius vrina rubea in egritudinibus renum est mala: qm̃ secundũ plurimum calidum significat apostema. Et in doloribus capitis desipientiam portendit. ¶ Cunqꝫ vrina in egritudinibꝰ acutis rubere ceperit ⁊ sic permanserit ⁊ non inferius descensum fecerit: perditionis egri timorem affert: ⁊ renũ apostema significabit. ¶ Quod si cum rubedine fuerit turbida: et aliter permanserit: aposte ma in epate ⁊ caloris innati significabit debilitatem.

¶ Amplius colorũ vrine sunt quidã cõpositi Ex quibus est color q̃ carnis recentis loture assimilat: q̃ etiã sanguini i aqua dissoluto similis existit. Et est ex debilitate apostematis. Et qñqꝫ ẽt ex multitudine sanguinis. Ueruntamen sepius existit ex debilitate epatis ex quacũqꝫ complexione superuenerit malitia vincente quam digerẽdi malitia vel debilitas demonstrabit ⁊ virtutis dissolutio. Qd' si virtus fortis fuerit: tunc non erit nisi ex sanguinis multitudine ⁊ eius augmento vltra mensuram quã virtus disgregatiua penitus separare non sufficit. Et ex eis est etiam color oleaginus: ⁊ est citrinitas cui admixta est sicnitas. Et colori olei similatur propter viscositatem que est in ipso: ⁊ translucentiam cũ nitore adipino ⁊ cũ splendore substantie ad quãdã spissitudinem trahit. Et in pluribꝰ dispositõibus significat malum: aut non significat bonum: neqꝫ maturationem: neqꝫ meliorationem. Sed fortasse raro materierum vnctuosarum euacuationem secundum modum crisis significat.

¶ Et hoc quidem non est nisi cum post ipsã aduenit requies. Que vero ex ea ẽ pernitiosa est illa cuius vnctuositas est fetida: ⁊ proprie illa ex qua parua mingitur quantitas. Cum vero ei aliquid misceatur quod est simile loture carnis recentis est deterior. Et hoc quidẽ plus contingit in hydropisi ⁊ ptisi ⁊ colica mala. Et est cum oleagina post nigram sequitur vrinam que precessit: ⁊ tunc quidem est significatio bona. Maius autem quod vrina significat oleagina est ꝙ in die quarta indicet egrum in die septima moriturũ in egritudinibus videlicet acutis. Ad summum vero oleagine vrine tres sunt species. Alia enim enim ex ea est que tota est adeps. Et alia est cuiꝰ inferius est tantum adeps. Et alia ẽ cuiꝰ superiꝰ est adeps. Ex ea ẽt ẽ q̃ in suo colore tantum est oleagina sicut ẽ i ptisi ⁊ ꝓprie i sui ꝑncipio: aut i sui substãtia tm̃: aut in eis vtriusqꝫ: quemadmodum est in egritudinibꝰ renũ: ⁊ i ꝑfectione ptisis ⁊ eiꝰ fine. ¶ Et ex eis est etiam

carminiusqui malus est et pniciosus quoniam vtriusque colere signi ficat adustionē. ¶ Et qnque est color rube'i quo currit nigredo. Et si gnificat febres cōpositas: et febres que ex grossis sunt supfluitatib⁹ ¶ Qui si clarior fuerit et nigredo ad ipsius summitatem declinaue rit: apostema significabit lateris.

¶ De significationibus substātie vrine in quantitate ipsius et incla ritate sui aut turbulentia. Capitulum. 3.

Substantia vrine est: aut tenuis: aut grossa: aut mediocris. ¶ Ualde vero tenuis in omnibus dispositionibus maturatio nis significat priuationem aut in venis opilationes: aut epatis de bilitatem: et cānalium vrine qui non attrabunt nisi qd tenue est: aut attrabunt sed extra non eiiciunt nisi qd natura subtile existit: aut multam aque potationem: aut vebementis frigiditatis cōplexio nem cum siccitate. ¶ Et in acutis quidem egritudinibus significat virtutis digestiue debilitatē et maturationis priuationē. ¶ Et est etiā cū reliquarū virtutū tātā significat debilitatem vt nullo mō in aqua operentur immo quēadmodū ingredit ita labit. ¶ Et vrina quidem tenuis valde ſꝫ bunc modū deterior est in puerisque in iuue nibus: quoniam naturalis puerorum vrina spissior est vrina iuuenū iō q sunt bumidiores: et q eorū corpora plus attrabūt būiditates propterea q materia supfluēs est eis necessaria cā augmēti. Si er go eoꝝ vrine in febrib⁹ acutis multū fiāt tenues: iā valde elongati erūt a sua naturali dispositiōe. Et si bec in eis pseuerauerit: nō signi ficabit nisi perditionē: qm cū perdurat significat pditionē: nisi bo na sint adiuncta signa: et virtutis stabilitas: tūc em exituram signi ficat que accidit et pprie iferi⁹ sub pte epis. Et silr si boc in sanis per manserit et se nō cōuerterit ab eis significabit apostema qd accidet illic vbi dolorē sentiūt. Et secundum plurimum accidet eis vt cum boc in alcbatin et in renibus dolorem sentiant. Et significat apti tudinem ad apostema. Quod si dolor et grauitas vni mēbro pprio non fuerit: immo sunt communes significabit botbor et variolas et apata que corpori erūt cōia. ¶ Tenuitas quoque vrine in crisi sine or dine recidiuationē pnosticat. ¶ Urina aūt multū spissa ſm pluri mū significat maturatiōis puationē. Et ſm minus bumorum gros se substātie maturationē. Erit ergo in statu bumorosarum febriū et in apertione apostematū. Et plurimum quidem quod in acutis si gnificat egritudinib⁹ est malum. Ueruntamen tenuitatis durabili tas plus significat malum. Spissitudo nāque quādam significat di gestionem: que quidem substantie cōfert in eo q digestionem signi ficat et q virt⁹ expellēdi babet potentiam est id in quo fiducia ba betur. Et inquātū matrici significat corruptionem et ei⁹ multitudi nem et maturationis pbibitionē separantis ad fundum descendē tis significat malū. Quid aūt sit illud quod inter duas res superā tius est: cognoscitur ex eo quod postea aduenit ex requie: aut succe

dit ex debilitatis augmento. ¶ Et vrinarum quidem spissarum in febribus sanior existit illa de qua multum subito euacuatur. Illa vero que paulatim euacuatur multorum humorum est significatiua et debilitatis virtutis. Et post illam quidem que vtilitatem affert: sequitur mediocris vrina simul cum requie. ¶ Cum autem tenuis vrina in acutis egritudinibus ad spissitudinem conuertitur postque non aduenit requies significat liquefactionem. ¶ Cumque in sano vrina perseuerauerit spissa et in parte capitis dolorem senserit et conquassatione indicabit ei febrem. ¶ Est tamen cum hoc est ex superflua expulsione: aut apertione: aut vlceribus in partibus viarum vrine. Non autem subtilitas et spissitudo vtreque maturationis significant priuationem: nisi quia maturationem substantie comitatur mediocritas. Spisse enim maturatio est vt digerendo ad tenuitatem mutetur. Et tenuis maturatio est vt coquendo mutetur ad spissitudinem. Amplius vrina spissa quemadmodum prius diximus quandoque est clara transluceens: quandoque est turbida. Verumtamen inter spissam transluceentem et tenuem existit differentia. Omnis spissa transluceens cum motu inundatur non fiunt partes ipsius inundate multum parue imo magne in ea accidunt vnde et eius motus sunt tardi et cum spuma multarum ampullarum et ipsius ampulle non cito rumpuntur. Et que quidem huiusmodi existit ex flegmate generatur bene digesto aut colera vitellina si est in ea tinctura ad citrinitatem trahens. Et si tinctura non est in ea significat flegmatis vitrei resolutionem. Et hoc quidem in epilepticorum vrinis multum existit. In tenui autem in qua multa existit tinctura scitur ticturam non esse propter digestionem. Alioquin digestio in primis non magis operatur substantiam quam coloris permixtionem. Propria namque digestionis operatio est substantiam efficere deinde ipsam tingere. Et digestio quidem in substantia melior est quam in colore Et propter hoc cum vrina tenuis in acuta egritudine perseuerat: significat malum: et quod virtus digestiua est sopita. ¶ Cum autem vrinam videris tenuem in cuius partibus rubedinis et citrinitatis fuerit diuersitas: laborem cognosces inflammantem. Et si tenuis fuerit: fueritque in ea res que sunt sicut furfures egritudine in vesica non existente signum erit hoc esse propter flegmatis adustionem. ¶ Spissa autem vrina in febribus acutis ad summum multos significat humores. Et fortasse significat liquefactionem. Et ipsa quidem est que cum vna permanet hora congelatur et inspissatur. ¶ Ad vltimum vero turbulentia vrine est propter terreitatem cum ventositate que aquositati admiscetur. Ex istis namque cum admiscetur prouenit turbulentia. Et ex ipsorum abinuicem separatione prouenit claritas. ¶ Amplius tres debes attendere dispositiones. Est namque cum tenuis mingitur et deinde inspissatur: que significat quod natura laborat in maturando: sed nondum materia ei vndique obediuit et est patiens: et fortasse est cum membrorum significat liquefactionem. Aut mingitur spissa et postea clarificatur et separatur ab ea grossum subtus stans: et significat quod natura iam superauit materiam et ipsam maturauit. Et quanto maior fuerit claritas et maior descensus inferius et citius magis significabit maturationem. Aut est disposi-

tio media inter primā & alteram ex qua cū perdurauerit & natura fuerit fortis & virtus fixa scietur ꝙ nō ad maturationē peruenie-tur integram. Si vero virtus fixa non fuerit timēdū ne perditio perueniat ad maturationē. Cum aūt perdurauerit & timorosa si-gnificatio nō affuerit: significabit capitis dolorē qm̄ significabit ebullitionē & ventositates vaporosas. ¶ Illa vero q̄ ex tenuitate ad turbulētiā puenit sic procedit: melior est q̄ in turbulentia perma-net ſm plurimas horas. ¶ Urina quoq; multotiens fit spissa & est hoc pꝛoter casum virtutis & non ꝑpter nature expulsionem. ¶ Sꝫ vrina q̄ aquosa mingit & aquosa remanet: signū est priuatiōis ma turationis penitus. ¶ Et vrina spissa laudabilior est q̄ ad exeundū est facilis & multe separatiōis simul. Ex huiusmodi nāq; sanat pa ralysis & qđ est ei simile. ¶ Cū vrina grossa mingit & deinde ꝑcedē do ſm ordinē attenuat si multa est ꝯueniēs existit. Et cū ipsa post spissam & turbidam & paucam sequit: est signum bonū. Et hoc qui dē cū est spissa que turbulenta est aperit que mingit paulatim & su bito inde multa facile mingit vrina: cū hac em̄ multotiēs resoluit egritudo siue ipsa sit vna febriū acutarū: siue sit vna aliarū egritu dinū ex repletione ꝑuenientiū: siue sit repletio ex qua nondū mani festa accidit egritudo. Et iste q̄dē vrine mod⁹ est extrane⁹. ¶ Quā do cū vrina naturalis coloris superflua est spissitudo: plerūq; sigt bonitatē expulsionis multarū materierū cui exeūdi associat facili-tas. Et plerūq; significat perditionē: ꝑpterea ꝙ humoꝝ significat multitudinē q̄ virtutis debilitatē. Et hoc q̄dē demōstrat egrediē-di difficultas & paucitas ei⁹ qđ egredit. ¶ Urina quidē spissa bo-na est q̄ est crisis egritudinis splenis & febriū permixtaꝝ in qua nō expectatur equalitas: qm̄ natura in expellendo impedit. ¶ Urina ad vltimū turbulenta significat humoꝝ multitudinē & naturā ab eis occupatam in maturādo eos. ¶ Urina spissa in qua sedimē exi stit harenosum significat lapidem. ¶ Urina spissa q̄ apostematū si gnificat apertionē cognoscit ex eo qđ ei admiscet & eo quod precess sit. Ex eo em̄ qđ admiscetur sicut pure qđ malus odor demōstrat: & exeuntibus que cū ea separant: sicut petala alba & rubea: aut sicut furfur: aut alia ab istis ex eis per que cognoscitur. Ex eo q̄dem qđ precessit: qm̄ ibi pri⁹ fuit significatio apostematis aut vlceris in ve sica aut rene aut epe aut in partib⁹ pectoris & significat hui⁹ aposte matis apertionē si ante ipsam vrina fuit similis loture carnis recē tis qđ est ex gibbositate epatis. Et si egestio talis fuit apostematis qđ est ei⁹ cōcauitate: & si anhelit⁹ coāgustatio precessit: & tussis sic-ca: & dolor in mēbris pectoris pungitiu⁹: tunc apostema qđ est aper tū est lateris: & exiuit a pte arterie maioris: & si in pure illo est matu ratio ꝯueniēs est. ¶ Et est cū san⁹ euacuat⁹ q̄ exercitiū reliquit min git vrinā sicut pus & vir⁹ tenue quo ipsius purgatur corpus: & eius aufert laxitas quā exercitij dimissione consecut⁹ est. Et est etiā cuꝫ

in epate aut in eo quod est coraz ipso fiunt opilationes: et plerumque contingit vt earum apertione sit vrina spissa propterea quod earum egredietur materia et hec talis spissitudo non est pus. Sed in ipsa que est post apostematis apertionem est pus. Et cum vrina fuerit cum spissitudine et ad nigredinem traxerit et cum ea fuerit in latere sinistro dolor erit tunc ex parte splenis. Et secundum hanc considerationem si supra femur fuerit aut in summitate ventris: erit tunc ex parte stomachi. Hoc tamen sepius est ex parte epatis et cannalium vrine. ¶ Urina turbulenta multotiens significat casum virtutis. Cumque virtus ceciderit frigiditas superabit que erit sicut illa que exterius infrigidat. ¶ Urina turbulenta que malo vno similatur aut aque ciceris est vrina pregnantium: aut habentium apostemata calida longi temporis in senioribus. ¶ Urina que vrinis asinorum aut animalium assimilatur et est que si nulachlach propterea quod est multum turbida: corruptionem humorum corporis significat. Quod tamen magis significat est flegma crudum in quo aliqua caliditas operata fuit et ipsum cum grossa ventositate ebullire fecit. Et propter hoc plerunque significat capitis dolorem venturum aut alabachal. Et cum perseuerat: significat lethargiam ¶ Urina que colori alicuius membri similatur cum perdurat egritudinem in illo membro significat. Et quidam dixerunt quod cum in inferiori parte vrine fuerit aliquid quod pulueri sit simile aut fumo prolongabitur egritudo. Et si in tota perdurat egritudine pronosticatur mortem aut flegma crudum quod a puro discernitur fetore. ¶ Urina habens partes diuersas significat quod quanto plus partes in ipsa fuerint maiores: tanto plus nature operatio est studiosior: et natura plus potens: et pori plus aperti. ¶ Urina in qua videntur quasi adinuicem mixta significat quod fuit micta postque coitus fuit completus.

¶ De significationibus odoris vrine.

Dixerunt quidam se nunquam vidisse egrum cuius vrine odor sit sicut odor vrine sani. ¶ Et nos quidem dicemus quod cum vrina nullo modo odorem habet complexionis frigiditatem significat et superfluam cruditatem. Et plerunque etiam significat in acutis egritudinibus mortem nature. ¶ Cum autem odorem habuerit fetidum et maturationis significationes in ea fuerint: erit ipsius causa scabies aut vlcera in instrumentis vrine que suis cognoscuntur signis. ¶ Quod si maturatio non affuerit possibile erit vt sit ex hoc et possibile vt sit ex putrefactione. ¶ Cumque hec in febribus fuerit acutis: et non fuerit causa membrorum vrine: erit signum malum. Cum ad acredinem traxerit: significabit putrefactionem que est in humoribus frigidam habentibus substantiam quos calor superauit extraneus: et significabit mortem caloris naturalis: et dominium frigiditatis in natura cum calore extraneo. ¶ Odor autem qui ad dulcedinem trahit sanguis significat dominium. Et qui multum est fetida est colerica: et fetida ad acredinem trahens est melancholica. Cumque vrina fetidi odoris in sanis perseuerauerit: significabit febres que ex putrefactione accidunt: aut minorationem

putrefactionis q̄ in ipsis est retēta. Et hoc q̄dē demōstrabit si illico alleuiationē habuerit. ¶ In acutis egritudinib⁹ cū fetor vrinā cō municabit̄ ⁊ postea ab ea remouebit̄: fueritq̧ ablatio hec subito ⁊ post ip̄saȝ nō subsecuta fuerit reqes: significatio erit casus virtutis

¶ De significationibus vrine ex spuma sumptis. Ca. 5.

Spuma accidit ex humiditate ⁊ vētosit ate proiecta in vrinalē cū p̄iectione vrine. ¶ Vētositas vero cū vrina egrediēs auxiliū pculduldio prebet in substātia vrine ⁊ precipue cū vētositas in cor pore superauerit: queadmodū in vrina accidit opilatiōes hūtium in qua multe sunt ampulle. ¶ Et spuma quidē q̄nq̧ cū suo signifi cat colore: sicut significat sua nigredine ⁊ ruffedine in icteritia. ¶ Et est cū puitate sui ⁊ magnitudine significat: q̄m ipsi⁹ magnitu do significat viscositatē. ¶ Sui vero multitudine ⁊ paucitate: q̄m ip sius multitudo significat viscositatē ⁊ multā ventositatē. ¶ Et ipa quidem significat per rupturam suarum ampullaruȝ cito factam aut tarde: q̄m ruptura ampullarum tarda significat viscositatem Et parue quidem ampulle remanentes in egritudinibus renum si gnificant ventositates ⁊ viscositatem. ¶ Ad summum vero humor viscosus in egritudinibus renuȝ est malus ⁊ significat humores ma los ⁊ frigiditatē: ⁊ illud significant granula que nominauimus.

¶ De significationibus specierum hypostasis. Ca. 6.

IAm primis dicem⁹ q̧ medicoꝝ cōueniētia in vsu nominis hyp postasis ⁊ sediminis iā recessit a via cognita. Dicūt eñ hyp postasim aut sedimē: nō illud tantū qd̄ inferius descēdit: sȝ omnem substantiā q̄ spissioris existit eēntie q̄ꝫ aquositas: ⁊ est ab ea diuisa siue sit suspēsa: siue sit supra. ¶ Dicem⁹ igit̄ q̧ hypostasis multis co gnoscit̄ modis. s. ex substātia sui: et quātitate: ⁊ qualitate: ⁊ situ sua rum partium: ⁊ loco sui: et tempore: ⁊ qualitate sue permixtionis. ¶ Significatio vero ei⁹ ex substātia sui est. Quoniam hyppostasis aut erit naturalis laudabilis demonstrans digestionem ⁊ matura tionem naturalem. ⁊ hec erit alba ⁊ descendēs inferius ⁊ ei⁹ partes cōtinue ⁊ similes ⁊ equales: ⁊ oportebit vt sit rotundam habens fi gurā equalem subtilem similē hypostasi aque rosacee. Et propor tio sue significationis sup maturationē materie in toto corpe ē si cut pportio significatiōis materie puris albi leuis silis eēntie sup maturationem apostematis. Sed pus est spissū. Et hec ē subtilis. ¶ Et hyppostasis quidem ⁊ sediminis significationes sunt bone li cet tinctura deficiat ⁊ equalitas. Uerum equalitas apud antiquos melior est tinctura. Equalis namq̧ que non tantū est alba: sed ru bea est melior alba que est aspera. ¶ Amplius plurime hypostases secundum colorem vrine existunt. Sed ex eis que diuersificantur alba est melior. Post illam rubea. Et post ipsaȝ citrina. Et post eā illa que est vt arsenicum. Et malitia quidem a lentiginosa incipit. Tu autem non attendas illud quod alij dicunt: nam albedo erit

qñ non ꝓpter maturationē: ꝛequalitas non est nisi ꝓpter maturationē. Et de albedine est q̄ ē ꝓpter vehemētē ventositatis cōmixtionem. ¶ Male aūt hypostasis incōtinuitas melior est q̄ ipsi⁹ cōtinuitas. Et hypostasis q̄dem mala est quā ex icino scies. Bona autem hypostasis de q̄ loq̄mur puri assimilatur ꝛ flegmati crudo cum tenuis fuerit. Uerūtñ pus ab ea differt ꝑ fetorē. Et flegma crudū separat ab ea cōculcatiōe suarū ꝑtiū: ꝛ ipā ab vtrisq̄ differt subtilitate ꝛ lenitate. ¶ Et hec q̄dē hypostasis nō querit nisi in egritudinibus: q̄m in sanitate nō req̄rit: ꝛ illđ est q̄m nō dubitat quin in corpore egri male retēte sint materie invenis ipsi⁹ q̄ nisi mutarent: portendūt corruptionē. Invenis aūt sani nō sꝑ opꝫ esse humorē q̄ sit excutiend⁹. Sꝫ si ē meli⁹ est q̄ hoc significet ex eis superfluitates q̄ in eis superfluunt ex cibo a digestione priuate: deinde superfluitas q̄ in vrina fit hypostasis: siue matura: siue nō matura. ¶ Et in malenētis q̄dē est sedimē paucū qđ descēdit ſm sanitatis dispōnem: ꝛ ꝓprie q̄ exercitio vtunt: ꝛ artib⁹ se exercent laboriosis. Et non multiplicat hmōi hypostasis nisi in corporib⁹ pinguiū ociose viuentiū. Et ꝓpter hoc ēt in vrinis egroꝝ macroꝝ nō ē expectāda hypostasis tm̄ quātū in vrinis egroꝝ pinguiū: q̄m eoꝝ egritudo multotiēs recedit ita q̄ nil descēdit: ꝛ multotiēs hypostasis in eoꝝ vrinis non ꝑuenit ad hoc vt descēdat: sꝫ tm̄ plerūq̄ est modicū ei⁹ in eis natās aut pendēs. ¶ Et in multis q̄dē vrinis hypostasis illico cū mingit: descēdit: nisi in eis q̄ valde mature sunt: imo in eis parū expectandū est. Et plures ex hypostasis colorib⁹ sunt ſm plm̄. ſm colorē vrine sꝫ melior ex eis q̄ diuersificant est alba postq̄ ē rubea deinde citrina.

¶ Nō naturalis ṽo hypostasis: alia ē sil'is rasure intestinoꝝ corticalis q̄ ē furfurea: aut herbina: aut similaginea: aut sil'is arsenico rubeo. aut ei qđ valde citrinū. Alia ē carnosa. Alia est adipina. Et alia est saniosa. Et alia est mucilaginosa. Et alia est q̄ est silis frustulis fermēti in aqua soluti. Et alia ē sanguinea sanguisugalis. Alia est capillaris. Et alia est harenalis granosa. Et alia ē cineritia.

¶ Sil'is ṽo rasure intestinoꝝ corticalis alia ē petaloides magnaꝝ partiū rubeaꝝ aut albaꝝ q̄ significat ſm plm̄ q̄ separate fuerūt ex mēbris q̄ sunt ꝓpinqua mēbris a q̄bus diuidunt vrine. Et albe significant q̄ sunt ex vesicca ꝓpter vlcera q̄ sunt in ea: aut scabiē: āt corrosionē. Rubee aūt carnose significāt q̄ sunt ex rene. ¶ Et ex petaloidibus q̄dē sunt q̄ sunt coloris fusci ꝛ obscuri aut squamis pisciū sil'es: ꝛ hec est vehemēter mala ꝛ oibus specieb⁹ hypostasis q̄s noiauim⁹ deterior. Et significat petaloides mēbroꝝ radicaliū rasurā. Uerū duo pria ipsi⁹ genera nullo mō īpediūt imo plerūq̄ vesicā mūdādo sanāt. Et dixerūt q̄dā cuidā hoi se in potu tribuisse cātarides q̄ cortices albos q̄si venosos minxit: q̄ cū aquositate fricabant resoluebant ꝛ tingebant tinctura rubea q̄ factus est san⁹ ꝛ vixit. ¶ Et ex ea quidē q̄ est sicut rasura intestinoꝝ ē quedaꝫ q̄ est mi

noris latitudinis q̄ due predicte: et spissioris substantie: q̄ si rubea fuerit: vocatur herbina: et si rubea non fuerit: vocatur furfurea. Et herbine q̄dē si fuerint rubee ptes plerūq; sunt ptes epatis aduste: et plerunq; ē sanguis in eo adust⁹: et plerūq; est etiā ex rene. Sz q̄ ē ex rene est maioris continuitatis carnosa. Alie vero due plus similantur ei q̄ non est carnosa: et fracturas est magis recipiens. Et cum vehementer trahit ad citrinitatē est ex rene proculdubio. Quoniaz illa que est ex epate ad rubedinem tendit fuscam. Et quādoq; associatur ei in hoc illa que est ex rene. ¶ Furfurea vero hypostasis quādoq; est ex scabie vesice: et quādoq; est ex liquefactione mēbroꝝ. Et differentia inter eas est q cū illic in radice mēbri fuerit pruritus et fetor erit ex vesica et ꝓprie cū pus prius mictū fuerit: et precipue cum alie significationes vrine demonstrauerint maturationē: et fuerint vene superiores sane cōplexionis: et nō fuerit in eis macula: immo in vesica. Sed si cum inflammatione fuerit et virtutis debilitate et membrorum mingendi incolumitate et color fuscitati attinuerit: erit tūc ex liquefactiōe humoris. ¶ Et crinoides vero plurimū est ex adustione sanguinis que ad rubedinem trahit. Et multotiens est ex liquefactione membrorum et eorū rasura si albedini attinet. Et quandoq; etiam est ex vesica scabiosa ſm minus. Et tibi q̄dē possibile ē vt modū differentie inter eas intelligas p illud qd̄ iam sciuisti. Si autē nigredini attinet: est ex sanguis adustione et proprie in splene. ¶ Omnes preterea petaloides hypostases que non sunt ex causa que fit in vesica et rene et cannalibus vrine in egritudinibus acutis malum protendunt pernitiosum. ¶ Et tu quidem iā sciuisti ex hac summa carnose dispositionem: et q plurimum eius ē ex rene: et quādoq; ipsa non ē ex rene. Nam ex rene non est nisi cum caro est sane carnositatis et non est in corpore liquefactio. ¶ Et vrina quidez venarum significat sanitatem: quoniam renum egritudines maturationem non prohibent vrine quia ipsa supra ipsos existit. ¶ Hypostasis vero adipina: adipis et pinguedinis et etiam carnis significat liquefactionem. Et earum peior est que auris aque similatur. Duo autem ipsius principia cognoscuntur ex paucitate et multitudine et commixtione et separatione. Quoniam cuz est multa et separata existimatur q fit ex parte renis et propter liquefactionez sue adipis. Et si est minus et maioris cōmixtionis est ex loco magis remoto. Et est cum in vrina frustum album granati grano simile visum, fuerit et erit ex adipe renis. ¶ Saniosa vero vlcus significat quod apertum fuit: et ꝓprie in membro mingendi: et precipue si ibi fuerit sedimem laudatum ad fundum descendens. Et mucilaginosa quidem significant humorez spissum crudū: aut quod ē in corpore multus aut ex instrumentis vrine egrediens: aut crisim apertionis vene sciatice: aut doloris iuncturarum. Et hoc quidem cognoscitur ex alleuiatione que post ipsam sequitur. Plerunq; enim subtiliatur et at

tenuatur et putatur hyppostasis laudabilis. Quapropter in acutis egritudinib⁹ non est confidendū in eo qđ apparet fm similitudinē laudabilis hyppostasis: cū nondū fuerit maturationis hoꝛa : nec presentes fuerint eius significationes. Et etiā est cum vehemētem complexionis renis frigiditatē significant. ¶ Inter saniosam vero et crudā existit differentia. Qm saniosa existit cū febre: et precedunt ipsam significationes apostematis: et eius partes faciles sunt ad cōiungendū et separandū. Et quedam ex ea est que cū aquositate vehementer miscetur. Et quedā ex ea que separat sed cruda est et turbida et spissa et non facile cōiungitur: nec facile separat. ¶ Et vrina q̄dē in qua plurima mucillaginosa hyppostasis apparet qn̄ est exuberans cū in fine podagre apparet et doloꝝ arteticoꝝ: significat bonū. ¶ Capillaris autem est ppterea q humoꝛ occultus consolidat ex caloꝛe in ipsum agente q̄ quādoq₃ est alba: quandoq₃ est rubea et eius cōsolidatio est in rene. Et fe rūt quidā q in eius lōgitudine plerūq₃ palmi mensura inuenitur. ¶ Que autē fermenti infusi frustulis similis existit debilitatē significat stomachi et intestinoꝛum et digerendi maliciā in ipsis: et est plerūq₃ causa eius comedere lac et caseum. ¶ Harenosa vero semper significat lapidem qui consolidat aut ꝯsolidando pcedit: aut qui resoluitur. Et que quidem est ex eis rubea est ex rene. Et qn̄ non est rubea est ex vesicca. ¶ Plurimū aūt que cinericia est flegma significat: aut pus cui pp ter longam moꝛā accidit caloꝛis mutatio et sectio partium: et est qn̄q₃ ppter adustionem que ei accidit. ¶ Sanguisugalis vero hyppostasis si vehemēter est mixta epatis debilitatē significat. Et si minus hac significat vulnus in cannalibus vrine et ꝯtinuitatis solutionem in ipsis. Et si fuerit separata plurimu₃ eius erit in vesica et in virga. Et nos q̄dē perscrutabimur hoc in particularibus egritudinibus in capl'o de mictu sanguinis. Et si in vrina fuerint sicut sanguisuge rubee infirmo splenē habente resoluetur splen ipsius. ¶ Scito aūt q in egritudinib⁹ vesice non mult⁹ egredit sanguis : qm̄ ei⁹ vene mixte sunt in ipsius coꝛpoꝛe calcate et anguste et pauce.

¶ Hyppostasis vero significatio ex quantitate ipsius sumpta multitudine quidē sui et paucitate declarat cause ipsam efficientis multitudinē aut eius paucitatē. Et ex quātitate quidem sui in magnitudine aut puitate sui est quemadmodū diximus in hyppostasi mucillaginosa.

¶ Eius autem significatio ex qualitate sui: est ex coloꝛe quidē ipsi⁹ Quoniam que ea nigra est significat malum fm diuisiones quas nominauim⁹. Que tamen ex ea sanioꝛ est illa cuius hyppostasis est nigra et aquositas non est nigra. Et rubea quidem sanguinis significat proprietatem et fastidium. Et citrina quidem significat caloꝛem foꝛtem et egritudinem insidiosam. Et ex ea quidem que alba est quedam est bona sicut diximus. Et quedā est mala sicut mu

cilaginosa aut saniosa aut spumosa maturationi contraria. Viri-dis quoque semita est ad nigram. Ex odore vero eius est quemadmodum diximus in his que premissa sunt.

¶ Ex ipsius vero situ: et leuigatione sui: et diuulsione. Quoniam leuitas et equalitas in hypostasi laudata est melior. Et in non laudata est deterior. Sed diuulsio significat ventositates et digerendi debilitatem.

¶ Eius autem significatio ex loco sui est. Quoniam aut est natans: et vocatur nubes. Aut pendens: et hec quidem est in medio stans que est maioris maturationis quam prima. Et ex pendente illa melior est cuius ruge et fimbrie ad inferiora declinant. Aut ad fundum descendens que est melioris maturationis: hec quidem est de hypostasi laudata.

¶ Non laudata vero que leuior est melior existit sicut nigra: et hoc in febribus acutis. Et similiter si humor est flegmaticus aut melancolicus; quoniam ea que est vt nubes melior est ea que inferius descendit significat enim eius subtilitatem: nisi cum causa mutationis fuerit multa ventositas: et si non fuerit ita natans est melior quam pendens. Et inferius descendens est deterior. Et causa quidem natandi superius est caliditas cum qua est acuitas et ventositas. Hypostasis autem diuulsa in grossa superius natat et proprie cum sit leuis: et in tenui descendit inferius et proprie cum sit grauis. Cumque in principio egritudinis apparet pendens et natans: postea perseuerat: significat quod crisis cum extitura veniet. Macilentorum vero egritudo plerumque remouetur sedimine bono natante aut pendente: quemadmodum diximus in precedentibus. ¶ Et cum inter nephilim et enorima et hypostasim fuerit aliquid simile tele aranee aut densitas erit signum malum.

¶ Et multoties quidem natans sedimen non bonum apparet ex quo prouenit terror. Sed istud erit principium maturationis et permutationis ad bonitatem; postea pendebit: deinde descendet: et erit signum non malum. Quod si post ipsum peruenerint hypostases: timor quem in primis habebamus fiet necessarius

¶ Significatio vero hypostasis ex suo tempore est. Quoniam si velociter postquam mingitur descendit: est significatio bona secundum maturitatem. Et cum tarde descendit: est significatio priuationis maturationis secundum quantitatem sue dispositionis.

¶ Significatio autem forme commixtionis ipsius est sicut diximus cum de mictu sanguinis et adipis mentionem fecimus.

¶ De significationibus multitudinis vrine et paucitatis ipsius. Cap. 7.

Vrina que pauce existit quantitatis virtutis significat debilitatem. ¶ Et illa que est minus eo quod bibit resolutionem significat multam: et ventrem habere: et aptitudinem ad hydropisim. ¶ Illa vero vero que est multe quantitatis quandoque significat liquefactionem: et superfluitatum liquefactarum in corpore in vna euacuatione. Et nos quidem differentiam inter eas cognoscere possumus secundum virtutis dispositionem.

Urina mali coloris malū significās quāto plurima fuerit: tanto erit magis salutis nūcia. Et cū interfecta fuerit plus malitiā significabit sicut nigra: ꝛ grossa. Urina diuersaꝝ dispositionū que qn̄qꝫ mingit multa: qn̄qꝫ pauca: ꝛ qn̄qꝫ retinet: est significatio pugne ꝛ laboris nature: ꝛ ē significatio mala. Urine mltitudo ī acutis egritudinib⁹ cū nō post ipsam aduenit requies: est significatio ethice ꝛ spasmi ex iflāmatiōe. Et silr sudor. Urina q̄ ī acutis egritudinibus guttatim inuoluntarie mingitur: significat ī cerebro nocumētū qd̄ neruis accidit ꝛ musculis. Et si febris q̄eta fuerit ꝛ signa affuerit salutis ꝓnosticat sanguinis exitum ex naribus. Sed prima desipiētiā ꝓnosticat ꝛ corruptionem. Cum autē sani vrina minuitur et attenuatur ꝛ perseuerat hoc totum et sentit grauitatem et dolorē in renib⁹: significat durū apostema ī partib⁹ renis. Et cum in egritudine colerica multiplicatur plerūqꝫ portēdit prosperū euētū: ꝛ ꝓprie cum est alba ꝛ ad egrediendum facilis.

De vrina sana optima. Caplm̄. 8.

Hec est mediocris substātie: ꝛ subtilis tincture: ad citrinū trahens. Et hypostasis si ibi fuerit bona ex albedine ꝛ lenitate equalitate ꝛ figure rotunde ꝛ odoris temperati neqꝫ fetida: neqꝫ extincta. Quidam autem dixerunt ꝙ cum huiusmodi vrina subita in egritudine q̄ est in vltimo acuitatis visa fuerit: sanitas die sequenti aderit.

De vrina etatum. Caplm̄. 9.

Infantiū vrine ad lactis ꝓprietatē trahūt ex pte nutrimenti eorum ꝛ propter humiditatē cōplexionis ipsorum ꝛ tūc declinant magis ad albedinem.

Puerorū aūt vrine sunt spissiores ꝛ grossiores vrinis iuuenū ꝛ turbidiores. Et nos iam nominauimus hoc ante.

Iuuenum vero vrine ad ignis formam trahunt: ꝛ ad substantie mediocritatem.

Et vrine senū ad albedinē ꝛ subtilitatē. Est tn̄ cū sunt grosse ꝓm supfluitates in eis existētes quarū euacuatio multiplicatur.

Decrepitorū vͦo vrine maioris sunt albedinis ꝛ tenuitatis. Est tn̄ cū predicta grossities eis accidit: sꝫ raro cū vrina vehemēter fuerit grossa apti erunt vt lapis eis accidat.

De vrinis virorum ꝛ mulierū. Cap. 10.

Mulierū vrine semp sunt maioris grossitiei: ꝛ albedinis: ꝛ minoris pulchritudinis q̄ virorū vrine. Et hoc quidē est ꝓpter debilitatem digestiue earū: ꝛ ꝓpter supfluitam ipsarum multitudinem: ꝛ propter amplitudinem cānaliū vnde egrediuntur ea que ab eis exeunt: ꝛ propter illud quod ex earum resoluitur matricib⁹ ꝛ ad vrine instrumenta tendit.

Masculorum vero vrinas cū moues: turbant: ꝛ declinat eaꝝ turbatio ad superiora: ꝛ est ꝙ ꝓm plurimū turbidentur. Sed mulierū

vrine fere turbidant ex motione propter paucam separationem sui: et habent secundum plurimum supra summitatem suam spumam rotundam. Et si turbide fuerint earum turbidatio pauca erit. ¶ In vrinis virorum illico cum mulieribus commiscentur sunt fila adinuicem texta.

¶ Urine pregnantium sunt clare: et supra earum superficiem est nebula. Et quandoque trahunt ad colorem aque ciceris aut aqua pedum citrinum in aqua coquunt pedes animalium: et in ipsa est irinus. Et supra summitatem earum est nebula. Sed quocunque modo fuerit in medio videbitur sicut cotum carminatum. Et est cum in eis sunt velut grana que ascendunt et descendunt. Cumque irinus manifestior fuerit: erit impregnationis principium. Et cum loco ipsius fuerit rubedo erit in fine impregnationis: et proprie si turbantur cum mouetur.

¶ Parientium vrina secundum plurimum est nigra: et in ipsa est velut attramentum et sicut sordities.

De rebus vrinarum animalium et diuersitate ipsarum ab vrinis hominum. Cap. II.

Plerumque confert medico cum animalium vrinas cognoscit: propterea quod cum ipse eis experitur certitudinem facit: et hoc quidem difficile est. ¶ Quidam autem dixerunt quod vrina asini est sicut butyrum liquidum cum turbiditate et grossitie exteriore. ¶ Et subiugalium vrine ei similantur: sed sunt citrine: et videbitur quod superior medietas vrinalis sit clara et inferior medietas sit turbida. ¶ Ouium vero vrine sunt albe ad citrinitatem trahentes propinque vrinis boum: sed substantiam non habent: et earum sedimen est sicut oleum: aut sicut amurca. Et cuiuscunque nutrimentum fuerit melius erit vrina clarior. ¶ Urina vero caprioli vrinis boum et ouium similatur: sed neque substantiam habet neque sedimen: et est clarior vrinis ouium.

¶ De rebus alijs que vrinis similantur et differentia inter eas et vrinam. Capitulum. 12.

Sirupum acetosum et omnes liquores qui fiunt ex aqua et melle et aqua et ficubus et reliquos qui fiunt ex croco et eis similibus quanto plus tibi appropinquaueris: erunt in claritate magis augmentati. Et quanto plus elongaueris ea considera an oporteat vt augmentetur grossitudo. Urina vero ab hoc est diuersa. ¶ Hydromellis preterea spuma est citrina. Et aqua ficuum sedimen a latere descendit: et non in medio: neque ordinate: neque habet motum. ¶ Sit ergo sufficiens in nominando dispositiones vrinarum. In libris vero particularibus peruenient ad te diuisiones dispositionum vrine.

¶ De significationibus egestionis. Capitulum. 13.

Egestio plerumque declaratur ex sui quantitate: quod est vt consideretur si est minor eo quod comedit: aut maior: aut equalis. Et notum quidem est quod ipsius augmentum est propter humorum multitudinem. Et paucitas propter ipsorum paucitatem: aut quia ex ipsa in intestino monoculo et in colon et in fascijs multum fuit retentum: quod est signum colica precedens: aut propter expulsiue debilitatem. ¶ Et cognoscitur etiam ex essentia sui. Quoniam quod ex ea humidum est: aut significat opilationes: aut digestiue malitiam. Et plerumque significat mesaraice debilitatem que humorem non fugit. Et quandoque est

propter capitis rheumatismum: aut pter comestionē rei que egestionem humectauit. Qd autem in humido viscosum est plerumqꝫ significat liquefactionē: & hoc est cū fetore. Et plerumqꝫ significat malorū humorū & viscosorum multitudinē: & hoc nō cū multa existit lenitate. Et plerūqꝫ significat nutrientia viscosa q̄ comesta fuerunt: & nō pauca cū calore forti in complexione: & nō fuit inter ea digestio bona. Sed qd ex ea est spumosum fortitudinis caloris significat ebulitionē: aut multarū ventositatū permixtionē. Qd aūt ex egestione est siccū: aut laborem significat & resolutionem: aut multam vrine puocationē: aut igneū calorē: aut nutrientiū siccitatem: aut multā moraꝫ in intestinis: sicut in suo dicemus dicemus caplo. Cūqꝫ humiditas sicco qd est durū admiscetur: significat ꝙ eius siccitas est pp̄terea ꝙ multum fuit retēta in humiditatib⁹ ipsam exire phibentibus: & ppter puationē fellis pūgentis & festinātis. Sed cū ibi nō est lōga retētio neqꝫ humiditatis in itestina adsunt significatiões: cā in ipsa est superfluitatis famose & pūgētis effusio q̄ ab epate fluxit i eo(qd est corā ipso) sua euacuatione nō quieuit donec cōmisceret. ¶ Et est etiā cū calore sui dignoscitur egestio. ¶ Eius ῡo calor naturalis igne⁹ est lenis existens igneitatis. Qui si augmētatur fellis significat multitudinē. Et si minuitur: significat cruditatem & maturatiōis puationē. Et si alb⁹ fiat quādoqꝫ est eius albedo propter opilationē in cannalibus fellis: & hoc significat ictericiā. Et si cum albedine est virus saniei habēs odorem magni apostematis significat aptionē. ¶ Sanus quoqꝫ q̄ nō exercitat multotiēs egerit vir⁹ & sanieꝫ q̄ est ei purgatio & euacuatio laudabilis qm̄ ppter hoc remouetur ab eo laxitas q̄ ei pp̄ter puationē exercitij acciderat queadmodū dixim⁹ in vrina ¶ Preterea scito ꝙ egestio colorem igneū vehementer superfluuꝫ habēs multotiens in hora finiū egritudinum significat maturationē Et multotiēs significat dispositiōis maliciā. Et nigra q̄dē significat taliter q̄liter sunt vrine nigre significatiões. Significāt em̄ aut adustionem fortē: aut egritudinis melācolice maturationē: aut nutriēs tingēs: aut potionē rei q̄ melācoliā euacuat: sꝫ pma est mala. Et illa q̄dē q̄ est ppter melācoliā non sufficiēter cognoscit ex calore sui immo cognoscenda est ex acredine sui & bullitione terre ex ipsa. Et est mala: siue sit egestio: siue vomit⁹. Et ex ipsius proprietatib⁹ est ꝙ in se luminositatem habet. ¶ Ad vltimum vero humor melancolicus purus per necans est ſm plurimū cum egreditur. s. est mortis significatio. ¶ Chimi ῡo nigri exit⁹ multotiēs cōfert: & illud est qm̄ melācolie radicalis exitus vltimam corporis adustionem significat & humiditatum ipsius peremptionem.

¶ Uiridis aūt egestio caloris inati siḡat extictionē. Et sil'r fusca.

¶ Egestio quoqꝫ plerumqꝫ ex sui cognoscitur forma ex absentia inflationis sue: aut ex inflatione. Quoniam inflata sicut stercus vacce significat ventositatem.

¶ Et est cũ ex hora sui cognoscit: qm̄ cũ egestiõis exit⁹ festinat z horã q̄ egredi solebat antecedit: signũ est malũ: qz fellis significat multitudinẽ: z ꝟtutis retẽtiue debilitatẽ. Et si ei⁹ tardat exit⁹ digestiue significat debilitatẽ z intestinorũ frigiditatẽ. Et humiditatis z somni multitudo ventositates significat inflatiuas.

¶ Colores quoq3 extranei z diuersi mali existunt: z nos ipsos in libro nominabimus particulari.

¶ Que ꝟo ex egestione est melior est iuncta q̄ est similiũ partiũ z in q̄ aquositas siccitati est vehemẽter admixta z cuius spissitudo est sicut mellis spissitudo: z cui⁹ exit⁹ est facilis: z nõ pũgit: z cui⁹ color attinet citrinitati: z non est multi fetoris: neq3 est ꝑuata fetore: z nõ h3 gurgulationẽ: neq3 rugitũ z nõ h3 spumã. Eius exit⁹ est in hora in qua solet: z ꝫ3 quãtitatẽ q̄ ei qđ cõedit est ꝓpinqua in quãtitate sui. ¶ Et scito ꝙ nõ oĩs egestiõis equalitas est laudabilis: neq3 oĩs ei⁹ lenitas qz qn̄q3 sunt ꝓpter vehementẽ maturationẽ in omi ꝑte similẽ: z qn̄q3 sunt ꝓpter adustionẽ z liquefactiones similes: z tũc q̄dẽ sunt ex deterioribus significatiõib⁹. ¶ Et scito ꝙ egestio q̄ est tẽperate essentie que est ad tenuitatem non est laudabilis: nisi cũ non sunt cum ea rugit⁹ neq3 ventositates neq3 in sui exitu paulatim intersecatur. Et si nõ possibile est vt eius exitus sit ꝓpter intus molestans qđ est ei admixtum z non permittit vt coniungatur.

¶ Est aũt cũ plerīq3 solliciti fuerint de significationib⁹ que in sudore z alijs apparent rebus: veruntamen de ipsis loqui proprius est in sermone particulari. In sermone quoq3 particulari similiter reperies expositionis augmentum in re egestionis z vrine z reliquoru3.

¶ Fen quarta de diuisione modorum medicationum ꝫm egritudines vniuersales. Et continet capitula. 31.

¶ Dictionis quarte est locutio vniuersalis de medicatione. Ca. 1.

DIcemus ꝙ res medicatiõis ex vna triũ rerum complet. Una earũ est regimen z nutriẽtia. Et alia medicinaru3 est exhibitio. Et tertia est operatio manualis.

¶ Per regimem aũt intelligimus administrationẽ que fit in causis necessarijs numeratis que ꝫm vsum sunt currẽtes: ex quibus est nutriẽs. ¶ Et indicia q̄dẽ regiminis ex ꝑte qualitatũ earu3 sunt ꝓportionalia indicijs medicinarũ. Nutriẽs ꝟo ex eis oĩbus iudicia h3 q̄ sunt ei ꝓpria ex modo quantitatis. ¶ Nutriẽs eñ quãdoq3 ꝓhibet: quãdoq3 minuit: qn̄q3 equat: qn̄q3 auget. ¶ S3 nõ ꝓhibet nisi cũ medic⁹ vult vt natura occupet in maturatiõe hũorũ. ¶ Et nõ minuit nisi cũ vult virtutẽ cũ hoc custodire: ergo inq̄tũ nutrit: custodit partẽ virtutis: z inq̄tum minuit: custodit partẽ materiei: ne natura tunc occupet in digerẽdo multum cibũ. Ipse quoq3 semꝑ fit sollicit⁹ de eo qđ magis suspectũ est: z est virt⁹ si fuerit valde debilis: aut egritudo si fuerit multum fortis. ¶ Nutriẽs quoq3 ex duabus minuit

partib⁹. vna eaꝝ est ex parte quātitatis: ꝛ altera est ex pte q̄litatis: ꝛ ibi q̄dē possibile est ponere cōiūctionē duaꝝ ptiū diuisionē tertiam.
et q̄ tempora sunt depressa: et fortasse superuenit eis sincopis ante il lud qd̄ effundit ad stomachos eorum de colera mordicatiua. ¶ Et sunt de hominib' quidā q̄ sunt exuberātis carnis: sed cū abscindit ab eis cibus debilitant et extenuationē incurrūt: q̄re nō tolerāt phi bitionē cibi. ¶ Et omnis cui' calor innatus fortis est valde aut plu rim': aut calor innat' est valde debilis non pōt dimittere cibū. Et de eis sunt q̄bus accidit dolor et lesio in stomacho et dolor capitis p pter cōmunitatē: et isti sunt de hoc genere. Et istis fortasse sufficit aq̄ ordei: et fortasse egēt vt misceāt succū granatoꝝ et siliā illi vt confor tet os stomachi. Et qn̄q; est nobis necessarium vt faciamus eos vo mere cū facilitate an̄ cibū. Et in plurimis si debilitant et ppꝛie si su peruenit eis sincopis: cā nō est vehemētia debilitatis: immo effusio materiei ad os stomachi. Cū ergo sumūt in potu sirupū acetosuz p mixtū cū aqua calida multa: aut vinū permixtū cū aqua multa: euo mūt in vomitu humores colericos et virt' eoꝝ fit fortis. Cūq; cibā tur aliquo robub stipticoꝝ sedant. ¶ Et senes q̄dē et debiles et infan tes sunt de genere eoꝝ q̄ non tolerāt famē. De primis v̄o senibus sunt q̄ nō sunt vehemētis tolerātie famis. Et sequunt eos adolescē tes et ppꝛie hn̄tes solida mēbra amplas venas in aere frigido. ¶ Et multotiēs q̄dē errat medicus in hmōi egrotis s̄m alium modum: qm̄ ipse phibet eis cibū in principio rei: et q̄n̄ appropinquat stat' et sciunt q̄ cadit virt' cibāt in illa hora necessario. Iā v̄o ergo erra uerūt duob' modis. Et si ipsi cibarēt eos in principio esset error ille et ignorātia infra hunc errorē: et accidit istis egris vt accidāt eis ca tarri nauseatiui et colerici et vigilatio ppter resolutionez et priua tionē digōnis: et inq̄eti fiūt et alleuiant et coartant materie et virtutes eoꝝ: et multiplicant ipsoꝝ vapores: q̄re audiūt id qd̄ nō est: et tremūt et citant vel saliūt: et pmutant in lectis: et imaginant qd̄ nō ē: et tremūt vel saliūt labia eoꝝ inferiora propter dolorē oris stomachi: et cōtri stantur anime eorum propter grauitatem materiei.

¶ Canon in dando in potu aquā ordei et sirupū acetosum. Ca. 9.

Aqua ordei quedā est in qua non est de corpore ordei nisi qd̄ est sicut virtus et forma. Et non est ei introitus in curatione aut fiducia in iuuamento nisi quando est complete decoctionis. ¶ Et que de ea est melior est vt sit aque quantitas sacraiati. 20. et ordei sacraiati. 1. et sit iam reducta proprie ad. 5. assumatur illd̄ qd̄ de ea rubeum est et subtile. Hoc enim est subtile cuius nutrimentuz est minus et cuius humectatio est maior et ablutio eius et extractio su perfluitatuz ab ea et digestio facta ab ipsa est multa equalis. ¶ Et de ea est in qua est aliquid de corpore ordei et farina eius. ¶ Et ma gis dilectum mihi in huiusmodi est vt non sit plurimum decoctuz: immo s̄m mensurā que auferat inflationē et non perueniat ad hoc vt faciat ipsaz viscosaz vehementer et huiusmodi quidez est pluris nutrimenti et minoris ablutionis et digestiōis: et accidit ei multotiēs

vt acetet in stomacho frigido in substātia sua: et si sit in eo calor extraneus multus de malitia complexionis. ¶ Et aqua quidem ordei qn̄q3 est decocta ex ordeo ipso sicut est: et quandoq3 est excorticatum. ¶ Et melior quidem sirupus acetosus apd me est ille in quo ponitur zuccarum in vase: deinde fundit sup ipsum acetū forte qd fit de vino tāte quātitatis vt eleuetur super dorsum zuccari: immo dimittat ipsum discoopertū: deinde ponant sub vase carbones quieti et cinis calidus donec liquefiat zuccarum in aceto sine ebullitione: deinde colligit spuma et dimittitur vna hora cū multo calore donec misceatur zuccarū cū aceto: deinde funditur super ipsam aque quātitas duorum digitorum et bulliat vsq3 ad spissitudinē. ¶ Et aggregare sirupum acetosum et aquam ordei simul est illaudabile: quoniam corrumpit aquam ordei sm plurimū. ¶ Et nō op3 vt det in potu aqua ordei cum siccitas nature adest: immo ante ipsam fiat clystere. ¶ Quod si acetet in stomacho detur in potu quod de ea est magis subtile. Qd si acetat: coquat cū ea radix apij et eius simile. ¶ Si vero acetat iterum: tunc necessariū est vt misceat aliquid piperis cū ea pprie qn̄ materia nō est vehemētis subtilitatis et caliditatis. ¶ Et qn̄ multiplicat eius inflatio: tūc misceat cū ea ad calefaciendū parū aceti vini acetosi. ¶ Verū cū sirupus acetosus in potu datur: incidit humores et pparat superfluitates ad expulsionem et tu consequenter post duas horas da aquā akist ordei subtilē predictā vt abluat quod incidit et abstergat id et extrahat ipsu3 p sudorem et prouocationem. ¶ Et non est nocumentū si detur in potu sirupus acetosus apd cenā cū iā separat⁹ est cib⁹ a stomacho. Qn̄q3 est necessariū vt premittatur iuleb ante aquam ordei vt addat in humectatione: et illud est cū vides siccitatem dominantē super corpus et linguā. ¶ Et qn̄q3 est necessariū vt premittat ante ipsa3 ad leniendū naturam aliquid de tamarindis ante illud p duas horas.

¶ De curationibus febrium acutarum. Ca. 10.

Quod dictum est de regimine lenificationis et puocationis et sudationis et digestionis deinde euacuationis cū medicina post illud. Et quod dictū est de cibatione post ipsu3 est illd qd oportuit nos rememorari hic. ¶ Et modi extinctionis vehementie caliditatis sunt cum infrigidatione aeris. Et cū infrigidatione cibi. Et cū epithimatibus et emplastris. Et cū medicinis. Et cū retentione eorum q̄ sunt sicut mucillago psilij: et mucillago granorum cydonij et succus portulace: et succus liquiritie in ore vt sedetur sitis. Nam assiduare gutturi patiētis egritudinem calidā aliqd vt remaneat os humidū et nō exiccet in curis est iuuatiuum valde: et quandoq3 iuuatur per administrationē clysteris facti ex succo melonis indi: et cucumeris: et cucurbite: et portulace cū oleo rosaceo: et cū aliquātulo cāphore iuuamēto mario. ¶ Et op3 vt sit aer infrigidat⁹ quantu3 possibile est: et eius infrigidatio est per prohibitionem frequentie: et

per suspēsionē flagellorum multorum: et per positionē niuis plurime: et si domus est primi tēporis ex quo linita fuit luto et proprie illo in quo ponitur loco palee cotū papyri: tunc est melius: et quandoque preparantur in ea manationes vt fontiū: et rorationes et currit in ea aqua dulcis. Aut stratus est sup lacunā coopertā cū reti: et est stratus super quem dormitur ex tabari et his similibus: et reliquus stratus est ex extremitatibus salicū et cydoniorum et myrti aspersis aqua ros. viol. et nenufaris et ros. viol. Et ponuntur quandoque calathi in quibus sunt ordines de frustis fructuū boni odoris frigidorum sicut malorum acetosorum et cydoniorum et minorum pirorum boni odoris aspersis in aqua ros. et nenufare: et salicibus super que sunt puluerizata sandali et rose et cā phora: et sup quā iā distillatū est parū vini odoriferi: tūc est illud quod est vltimū. ¶ Hoc est regimē aeris. ¶ Regimē aūt cibi iam sciuisti. ¶ Et si voluntas adest vt cū infrigidatione sit lenificatio: tūc detur aqua cucurbite et aqua melonis indi proprie et aqua cucumeris: et lactuca cū aceto est vltima. ¶ Et quod cōueniēs est ad sedandū sitiz eorum est foca factū ex pane simile cū aqua casei accepta ex dogo post colationē vehementez ¶ Et si adest volūtas vt cū sedatiōe sit retētio: tūc detur succus granati muzi et acetosi et aqua agreste et aqua mori de scemi et aqua acetositatis limonis nō salsi et aqua acetositatis citri et que sunt his similia: et aqua ceresculi et ē berberis. ¶ Epithimata vero tempora sint ex succis notis et proprie aqua ro. aut succo rosarum recentiū cū sandal. et cāphora et aqua coriādri et endiuie cū istis enim ē infrigidatio pliarmucillago psilij cū aceto et aqua ros. est huius gn̄is. ¶ Et ēbrocare epar cū infrigidātibus est res maxima et magis iuuās. Nā cū equatur: est in eo maior pars rectificatiōis. Et fortasse rectificat aquā. ¶ Et quando illic est catarrus et tussis aut in capite eius est grauitas aut tēsio: significat multitudinē vaporum. Quare oportet ne fundatur sup caput aqua aut acetū: immo occupetur cū inclinatione capitis sup vapores aque secundum quod dispositio facit illud necessariū. ¶ Si vero nō fuerit catarrus neque aliud eorum que diximus: tūc administra de embrocis et epithimatibus que scis. ¶ Et nocibilior embroca in huiusmodi dispositiōe repletiōis capitis est mulsio lactis sup caput: fortasse enim facit accidere asa l capite et perditionē. ¶ Et magis salua horarum embrocationis capitis cū repletiōe eius est vt sit vapor colericus nō humidus: imo in huiusmodi hora fortasse nō nocet applicatio lactis: imo cōfert. Et cognoscitur ex dispōne somni et vigilijs et hūiditate superiorum partiū nariū et earum siccitate. Cū ergo videris somnū aut profunditatē somni: aut humiditatem superiorum partiū nariū: tūc caue embrocationē et inūctionē: et studein attrahēdo materiā ad inferiora. ¶ Et cū videris rubedinez in naso et facie vehementē: tūc nō erit malū vt scias currere sanguinē ex naribus. ¶ Et infrigida epar cū emplastris. ¶ Et cū infrigidas caue ne occurras cū infrigidatione vehemēti hora sudoris et resolutiōis: immo oportet vt obserues illud: fortasse enim fit causa in elongatiōe

egritudinis; licet quandoqꝫ sit longitudo egritudinis salubior quam ipsius acuitas. ¶ Et oportet vt caueas in febribus acutis caluz ra sure quoniam addit in debilitate virtutis: ⁊ terretur natura a receptione superfluitatum ad intestina: ⁊ ab expulsione earũ ab eis propter victoriam superfluitatum. Et fortasse redeunt superfluitates ad superiora ⁊ ledunt hyppocundria ⁊ inflant ea ⁊ ledunt caput ¶ Et quandoqꝫ est in potu papaueris iuuamentuz mirabile in inspissando materiã subtilẽ. quare digerit in faciendo somnum.

¶ Rememoratio accidẽtiũ q̃ difficilia sunt: i febrib⁹ acutis. Ca. 11.

Loquamur itaqꝫ in primis de accidentibus que vehementia sunt in febribus: ⁊ de curatione eoꝝ: ⁊ festinem⁹ ad distinguendum febres acutas. Et hec quidẽ accidẽtia sunt sicut rigor ⁊ frig⁹ ⁊ horripilatio: ⁊ sicut sudor plurim⁹ ⁊ sicut fluxus sanguinis nariũ superfluus: ⁊ sicut vomitus laboriosus: ⁊ fluxus ventris debilitans ⁊ sicut sitis que non toleratur: ⁊ sicut profunditas somni superflua ⁊ sicut vigilatio inseparabilis: ⁊ sicut asperitas lingue ⁊ offuscatio oris: ⁊ sicut sternutatio continua: ⁊ dolor capitis prauus: ⁊ tussis frequens: ⁊ sicut casus appetitus: ⁊ bolismus: ⁊ sicut appetitus canin⁹ ⁊ singultus.

¶ De regimine rigoris ⁊ horripilationis cum superfluunt. Ca. 12.

Quod est de hoc sequens sudorem rectificatur velociter ⁊ non indiget regimine. Et cretico non opꝫ vt contrariuz fiat per remotionem: ⁊ non est de illis que debilitãt ⁊ faciũt aliud. ¶ Et quandoqꝫ sedat cum ligatione extremitatum: ⁊ fricatione facili: ⁊ cum calefactione cooperture: ⁊ cum vnctione de oleo de aneto ⁊ de camomilla si indigetur eo. ¶ In forti autem quando perseuerat: siue sit in febribus: siue sit in alijs: opꝫ vt ligentur extremitates in locis plurimis. Et inunctio fiat cũ oleo camomillino ⁊ radice lilij. ¶ Et sunt de hominibus qui confortant illud cum eis que sunt sicut cardamomum ⁊ castoreum ⁊ ruta ⁊ sceba ⁊ calamentum ⁊ baurach ⁊ piper ⁊ piretrum. ¶ Et quandoqꝫ pertransit illud ad administrandum linimenta ex sinapi ⁊ assa fetida. ¶ Et quandoqꝫ decoquuntur medicine iste in aqua: deinde coquitur in ea aliquod oleum. ¶ Et aqua eruce fortis in hoc capitulo per se sola aut cum oleo aliquo quod decoquitur cum ea. Et similiter decoctio ozimi et aqua eius.

¶ Confectio olei boni. Ca. 13.

Sumatur anetum siccum ⁊ mirrha ⁊ ruta ⁊ calamentum ⁊ piper ⁊ piretrum: coquantur in vino decoctione vltima: deinde decoquatur colatum in tanto quantum est medietas eius de oleo sisamino vsquequo consumatur aqua ⁊ remaneat oleum ⁊ administretur inungendo. ¶ Et de oleis fortibus in eis in tali qualis est rigor quartane est oleum de costo: ⁊ oleum de sceba et oleuz de abrotano ⁊ oleum de lilio: ⁊ oleum de mirrha ⁊ ponatur in. ℥ .j. olei pond.

3.iii.piperis.et vi.3.i.piretri tritorum. ¶ Et administret absynthium decoctum in oleo aliquo: aut oleum oliue in quo decoctum est apium. ¶ Et introitus in oleum leuis caliditatis est iuuatiuus valde: et fortasse necessarie sunt potiones. ¶ Et multotiens sedatur cum aqua calida leuis caliditatis et cum curatione sup vaporem eius. ¶ Et quando non sedatur per id si materia est grossa: decoquantur in aqua anisum calamentum et semen apii et mastix et eruca et anetum et similia. ¶ Et balneet in aqua in qua decocta sint ea que sunt sicut sceba et abrotanum et calamentum et anetum et squinantum et ruta et sansucus et costus et semina calida. ¶ Et omnes medicine fortis prouocationis sedant rigorem. ¶ Et de medicinis sedantibus rigorem maximum in quartana et similibus sibi est vt bibat de costo aure.i.cum aqua calida: et de agarico quantum de ipso in aqua calida: et in agarico est iuuamentum. ¶ Et quandoque ponitur cum eo parum opii quoniam facit dormire et facit sudare et prohibet vehementiam rigoris et alia. ¶ Et iterum ireos quantitas aurei.i.in aqua calida. ¶ Et de compositis est tyriaca diatesseron: et electuaria alia et dyacyminum: et dyacalamentum: et dyapipereon: et sirupus de melle in quo feruent sicut assa ruta et piretrum et piper. ¶ Pillule experte que dantur in potu ante rigorem per horam vnam infirmo erecto vel stante super lectum suum et aere eius calefacto cum igne et cooperimento: quoniam temperant ipsum aut prohibent quarum confectio. ℞.storacis myrrhe opii oppoponaci omnium ana partem.i.conficiatur cum butyro: et sit dosis eius quantitas fabe. ¶ Et iterum sumatur oppoponaci castorei dauci asse piretri opii ana.partes equales: fiat sicut primo fit. ¶ Descriptio bona. ℞.oppoponaci serapini aniudem et cimini carmeni et seminis apii piperis ana.aur.i.5.seminis iusquiami albi croci aristologie castorei euforbii myrrhe ameos zinziberis omnium ana pondus tertie.3.i.seminis balmel piretri omnium ana.aur.i.conficiantur cum melle: et dosis eius sit auellana cum aqua calida valde. ¶ Et fortasse est necessarium in eo vt detur in potu vinum calefactum et cibi calefacti. ¶ Et solutio ventris cum eis que sunt sicut biera et diacidoniten et dyasinicon. Immo quando est rigor paruus et proprie sine febre: dentur in potu pillule fetide quoniam ipse sunt sanitas eius.

¶ Regimen sudoris superflui in febribus. Cap.14.

Oportet ne sudor creticus quantum possibile est restringatur. ¶ Cum autem euenit necessitas et pertransit terminum: tunc oportet vt euentetur et infrigidetur locus. ¶ Si autem non excusat: tunc super instrumentum positus quo pueri vel iuuenes solent in aere concuti commoueatur in loco frigido. ¶ Et non oportet vt occupetur in exicando illud quod rorandum egreditur faciendo exuccationem: post exuccationem: nam illud est occasio ad illud prouocandum et multiplicandum: et fortasse attrahit sincopim. Nam eius absterssio addit in ipsum: et eius dimissio restringit ipsum.

¶ Et oportet vt inungat eum cum oleo ro.forti et oleo myrtino: aut cum oleo de salicibus et cum oleo de balaustiis. Aut fiat oleum cum aquis in

quibus decoquūtur cydonia pontica et mala pontica et rose et balaustie et charabe cōtritum sicut puluis q apparet in radio solis et similia qm restringit. ¶ Et qnq restringit acetum mixtum cum aqua et succ⁹ agreste et decoctio balaustiaz et decoctio balaustiaruz et decoctio gallarum et decoctio myrti et succus salicis est mirabilis et aque semperuiue. ¶ Et cum res sit vehemēs liniatur cum muscillaginibus frigidis et cū gūmi: et proprie cū emplastratur his duobus et euētatur. ¶ Et quādo vehemēs fit res opz vt ponat nix sup extrema: et sola sint in ea extrema aut balneet cū aqua frigida si suffert eā.

¶ Regimen fluxus sanguinis narium superflui. Cap.15.

Oportet vt nō properet ad phibendū illū q creticus est quātum possibile est. ¶ Cū aūt est necesse phibere fluxū sanguinis nariū in febrib⁹ acutis: tunc liga extrema: et pone ventosas sup latus qd sequit latus fluxus sanguinis nariū. Deinde consequenter adhibe regimen illius loci: fortasse eni possibile erit tibi vt infrigides et restringatur per illud: et ante vel non ponas ventosas desuper: et distilla in nasum aliquas distillatiōes predictas in capitulo flux⁹ sanguinis narium: et cū non est phibens aliquod infrigida caput cum infrigidātibus predictis in eo: et qnq aduenit patiētib⁹ quartanā fluxus sanguinis nariū: quare opz vt iuues cū facientib⁹ fluere sanguinem ex naribus scitis: in ipso enim est sanatio quartane. Si vero superfluitatem timuerimus: faciemus sicut illud quod fecimus.

¶ Regimen vomitus q accidit eis. Cap.16.

Creticus iterū non abscindat nisi apud necessitatē. Et fm plurimū abscindat in eis p vomitū: et per adiutoriū eis q extrahitur humor nociuus: sicut est sirup⁹ acetosus et aqua calida. Et qnq est necessariū vt confortetur virtus: quare ponat loco sirupi acetosi puri sirup⁹ acetosus cū seminib⁹. ¶ Et si humor est imbibit⁹ et grossus: tunc opz vt fiat solutio dādo in potu qd est sicut aloes et hiera. ¶ Et qn nō est imbibitus fortasse cōfert hiera et aloes. ¶ Et si est imbibitus nō grossus: mūdat ipm sirupus acetosus cū aqua calida: deinde equat ipsūz: post illd aqua granatoz q bibat. Qd si euomuerit eā bibat ipaz vice alia donec equetur et quiescat. Et similr sirupus de mēta cū granis granatoz et fortasse sedat ipm infrigidatio stomachi. ¶ Et nō opz vt approximet rebus pōticis et sedātib⁹ vomitū cū pōticitate sua et acetositate sua stiptica ille q vomit propter humorē imbibitū: qz est malū: et addit imbibitioni. Sed non imbibito fortasse faciēt eū deijcere deorsuz qūuis sit grossus. Et fortasse iuuabūt virtutē stomachi ad expellēdū eū p superiora. ¶ Et qn assiduauerit vomit⁹ de colera et nō fuerit de genere imbibiti: tunc vtere stipticis: et pprie emplastris iuuātib⁹ factis ex corticib⁹ granatoz et gallis et his silib⁹ cū vino permixto aut aceto permixto. ¶ Et ad vomitū q dez colere nigre superfluū submergat spōgia in aceto

et ponatur sup stomachū. Qd si necessarium fuerit aliquid fortius: administra medicinas predictas in capitulo retentionis vomitus.

¶ Regimen fluxus ventris qui accidit eis. Cap. 17.

Iam singlr in caplo fluxus ventris locuti sum⁹ in hac intētione. Ergo redeamus ad illud. ¶ Et de illis que conferūt ex via ciborum sunt almes torrefacti: et lentes torrefacte: et coriandrū: qd cunqз horū duorū fuerit: elixetur: et fundat aqua ab eo: et ppue qn̄ fit acetosum cū granis granatorū qn̄ est bonum.

¶ Regimen sitis eorum superflue. Cap. 18.

Oportet vt inungatur caput cū oleo frigido valde qd fundat sup ipm: et ponat sup caput si nō fuerit qd phibeat: et cū aquis infrigidātib⁹: et retētiōe mucillaginis seminis cydoniorum pmixte cū oleo ro. vltimo. Aut infusionis prunorum et medullarum cucumeris et allıbed et cucurbite et seminis lactuce nigre et radicum liquiritie: et pillularū descriptarū in antidotario ad sitim. ¶ Et de illis que masticātur est almosofat et sunt tamarindi: et sitis qdē qn̄qз fit ex frigore: et abscindit eā somnus. ¶ Et qn̄qз fit ex calore: et abscindūt eā vigilie.

¶ De profunditate somni que accidit eis. Cap. 19.

Oportet vt remoueant a profunditate somni cū fabulis et his similibus per voces: et ligentur mēbra eorum inferiora ligatiōe dolorosa: postqз non fuerit qd phibeat. ¶ Et superponat collirium subtile si natura fuerit restricta et in hora quietis et tēpore assiduitatis: et ventosetur quod est inter ambas spatulas et spondiles.

¶ De grauitate capitum eorum. Cap. 20.

Oportet vt alienet ab eis emulsio lactis super capita eorū: a et effusio olei sup ea: aut embroca: aut caputpurgiū. Immo sint contenti vaporationibus factis cū embrocis ex camomilla: et sint in eis viole et furfur et his similia.

¶ De inquietudine habentium febres et aliorum. Ca. 21.

Oportet facere ✻o oleū viol. cū oleo de semie lactuce et oleo nenufarino: et oleo de cucurbita: et adherere aliqd de stupefaciētibus famosis sup tempora: et incuruare caput super vapores humectātes et odorare nenufar: et poma mādragore et alsehcsehran aspersum ex lōginquo: et embroce humectātes: et res quas scis: et similiter si nō fuerit qd phibeat: detur in potu sirupus papaueris et loboc eius. Deinde multiplicentur inter manus eius candele et eleuent voces cum fabulis: et ligentur cū institis extremitates eius ligatione dolorosa parum cū ansis que resoluant velociter. Deinde pcipiatur ei vt dormiat et claudat oculos. Cūqз dormit parū extinguātur candele: et cessent voces: et soluantur anse qn̄ dormiet: et cū inuenit leuitatem et quietē ex paroxismo aut vehementia: assiduet ablutionem faciei cum aqua in qua decoctū est papauer nigrū cū aliquātulo mandragore et radice eius: et cū est illic humor haurachius: confert aqua in qua cocta sint sisimbrium et mellilotū et albacuen et pa

pauer abluendo faciē ꝛ icuruando sup vaporē eius.

¶ De dolore ventris qui accidit eis. Capitulum. 22.

Fit ex effusiōe cholere ad stomachū: ꝛ si accidit in principio periodi eius detur in potu parum syrupi de malis cum syrupo acetoso.

¶ De asperitate lingue eorū. Capl'm. 23.

In essentia q̄dē viscositatis fricetur cū brusco aut cū virgis salicis cum oleo amigdalino ꝛ zuccaro tabarzet donec mūdet: aut cum spongia ꝛ pauco sale ꝛ oleo ro. in hoc non est alleuiatio multa īfirmi: ꝛ post illud cum ei⁹ asperitas est nō ꝑpter viscositatē imo a siccitate opz vt teneat in ore suo sebesten: aut nucleos prunorum: aut saltē q̄ asportant̄ de india ꝛ est in colore salis ꝛ dulcedine mellis: ꝛ sumat de eo ꝺm quod dixit Archigenes quātitatem fabe vnius: ꝛ grana cydoniorum sunt ex eis que humectant linguā: ꝛ ꝓhibent ei offuscationem. ¶ Et oportet vt non ponantur puluinaria multa neque resupinetur dormiens: nam hec duo exiccant linguam.

De sternutatione assidua q̄ accidit eis. Capl'm. 24.

Quandoq̧ magnificat̄ nocumētū sternutatiōis assidue cū eis: ledit nāq̧ eos ꝛ replet capita eoꝝ: ꝛ debilitat eoꝝ v̄tutes ꝛ fortasse facit fluxū san. nariū. Quare opz vt fricet̄ eoꝝ frons ꝛ collum ꝛ nasus: ꝛ aperiantur ora eoꝝ: frons ꝛ collum ꝛ nasus: ꝛ aperiātur ora eoꝝ ꝛ fricent̄ eoꝝ palata cū vehemētia: ꝛ fūdātur capita eoꝝ ꝛ ꝯuertātur ꝛ ꝑmant̄ eorum extrema: ꝛ fundātur in aures eoꝝ olea tepida ad caliditatē parūper decliuia ꝛ humectētur lacerti eoꝝ ꝛ ipsoꝝ mādibule. ꝛ ponāt̄ sup eoꝝ ceruicib⁹ puluinaria calefacta: ꝛ nō excitent̄ a somno eorū subito: ꝛ minuātur a puluere ꝛ somno: ꝛ omni in cui⁹ dolore est acuitas: ꝛ olfaciant sauicb: ꝛ lutum alnaiachi: et spongiam marinam.

¶ De dolore capitis q̄ accidit eis. Capl'm. 25.

Liga extremitates eoꝝ ꝛ ꝓprie coxas ꝛ cū īstita liga: ꝛ frica pedes eoꝝ. Et supponātur eis colliria trahētia materiā ad īferiora: ꝛ ꝯforta capita eoꝝ cū īfrigidātib⁹ notis: et si nō fuerit qđ ꝓhibeat ex coriza aut tussi ēbrocētur capita ipsoꝝ cū decoctiōe rosarū ꝛ violarū ꝛ ordei aut folioꝝ salicis et his similiū: ꝛ sil'r oleo ros. ꝛ oleo de salicib⁹. Et q̄n nō excusat hoc: tūc ꝑmisce ēbrocas īfrigidantes cū lenitiuis: sicut camomilla: ꝛ stupefactiuis sicut est papauer: ꝛ nō mulgeas lac nisi cum remouetur febris. Si aūt virtus fuerit fortis mulgeas lac caprinū: ꝛ si fuerit debilis mulgeas lac muliebre. Et caue lac apud repletionem humidam facientem profunditatem somni: ꝛ similiter caue humectantia. Et tu non administres humectantia: nisi vbi ē vapor fumosus ꝛ caput siccū ꝛ paꝝ somni. Et quādo multiplicatur repletio in capite ex vapore humido: trahe eum ad inferiora cum collirijs et clysterib⁹: et stringe membra inferiora ita ꝙ testiculos.

¶De tussi eorum. Capl'm.26.

Tussis plurimū accidit eis ex calore:aut siccitate. Quare opꝫ vt teneant in orib⁹ suis pillulas bichilchias:allo hoc de papauere facta cū medullis fructuū frigidis ꝛ amilo ꝛ his silib⁹.Et vtātur ceratarijs infrigidātibus factis ex oleo ros.puro ꝛ ex mucillagine psilij ꝛ succo portulace ꝛ alijs.

¶De destructiōe appetitus eorum. Cap.27.

Quandoqꝫ est cā eius humor in ore stomachi:qđ scitur ex eo qđ dictū est de destructiōe appetit⁹.Et euacuaꝛ per vomitū aut solutiōe ventris.Eu multotiēs iuuaꝛ cū intromissiōe digitorū in gutture ꝛ cōmotione stomachi:ꝛ proprie cū vomitu expellit colericam rem aut acetosam. ¶Et qñqꝫ est ex vehemētia debilitatis: quare curetur cōplexio que facit eā cū eo qđ scitur.Et opꝫ vt approximes eis odores bonos excitātes appetitū:sicut odor sauich infusi cū aqua ꝛ aceto.Et detur eis electuariū proportionale febricitātibus:et parū vini ꝛ succi fructuū ponticoꝝ boni odoris.Et lābāt aliqđ de aceto gelatine pisciū aut hedi ꝛ his silium. Et ponanꝛ super stomachū post dies primos emplastra facta ex fructib⁹.Et sint i eis absynthiū ꝛ aloes ꝫm ꝙ scis.Et inūctio ei⁹ cū oleis bonis est iuuatiua.

¶De bolismo eorum. Cap.28.

Oportet vt curenꝛ cū odoramētis ꝛ luto alnaiachir armeni infusi cū aceto.Et odorēt almolosat ꝛ panē mūdū calidū ꝛ carnes assatas.Et stringe eoꝝ extremitates.Et extēdes aures eorūꝫ ꝛ capillos ipsoꝝ.Et ꝯforta eoꝝ cerebra cū embrocis infrigidātibus ꝛ humectantib⁹.Plurimū nāqꝫ bolismi eoꝝ est propter destructionem oris stomachi propter cām cōicantē ramis q̄ adueniūt eis cū sensu ꝛ est corpus durū et induraꝛ:verū sensus nō vltimatur cum eo.

¶De nigredine lingue eorum. Ca.29.

Oportet vt nō dimittaꝛ sup linguā nigredo:imo fricetꝛ cum eo qđ scis:ꝛ si nō: leuabunꝛ ad caput vapores maligni ꝛ faciēt cadere in sirsen.

¶De appetitu eorum canino. Cap.30.

Curatur cū vnctuosis frigidis ꝛ dulcibus.

¶De sincopi que accidit eis. Cap.31.

Quandoqꝫ accidit eis sincopis in pncipio febriū: propter effusionē colere ad stomachos eoꝝ. Quare opꝫ vt detꝛ eis añ paroxismū:aut apud paroxismū frustū panis de simila cū aqua granati ꝛ aqua agreste. ¶Et scias ꝙ qñ aggreganꝛ syncopis ꝛ febris: tūc sincopis est dignior curatiōe:ꝛ si indiget pauco vino detur pmixtū cū tribus.3.vini antiqui.ꝛ si non:sirupi maloꝝ antiq̄ cuius resoluta est superfluitas:ꝛ flobothomia q̄dem multotiens addit in syncopi: et clistere leue est magis conueniens:et vomitus est iuuatiuus eis.Et constrictio crurum ꝛ ponere manus ꝛ pedes in aqua calida ¶Et cū euadūt:tūc de sollicitudine est vt cibētur sauich ordei infri

pidato in quo sint genera granatorum.

¶ De constrictione anhelitus eorum. Cap.32.

Constrictio anhelitus accidit eis: aut ppter spasmū et siccitatē q̄ accidit eis in lacertis anhelit⁹: aut ppter materiam pre focatiuā descendentē ad guttur eorum: aut ppter debilitatē q̄ dn̄atur neruis veniētib⁹ ad mēbra anhelitus. ¶ Et prima quidē curatur cū vnguentis vel emplastris humectātib⁹. ¶ Et scḋa cū eis q̄ phibēt strangulatiōes. ¶ Et tertia cū equatiōe cōplexiōis in cerebro: et inunctiōe colli cū eis q̄ infrigidāt et humectāt: et sup stomachū iterum ex eis q̄ sunt sicut rasura cucurbite et portulace et sandali cū oleo ro. et si milibus ei.

¶ De vehementia tristitie eorum. Ca.33.

Quando multiplicatur tristitia causa oris stomachi et aduentu humoris mordicatiui in eo: tūc infrigides stomachos eorum cum eis que scis de cibis: et inungātur: et dormiāt in loco proximo motib⁹ aq̄ strato extremitatib⁹ arborū et frutectis frigidis: et odoriferis frigidis et nenufare: et rosis: et exparsionib⁹ frigidis factis ex fructib⁹ odoriferis frigidis et sandalis. ¶ Et multotiēs q̄dē cōferūt in eorū tristitia clisteria frigida facta ex aqua cucurbite et citruli et succo portulace et semperuiue cum oleo ro.

¶ De difficultate deglutiendi que accidit eis. Ca.34.

Difficultas deglutiēdi cū accidit eis: et fe. fuerit cōclusa: tunc flobothomia paulatim fiat: et equatio fiat ad retrahendū. et suppositoriū est melius quā plurimū solutiuum desuper.

¶ De frigore extremitatum qḋ accidit eis. Cap.35.

Multotiēs pfundatur calor eorum: et infrigidantur eorum extrema. Et tendit calor submersus ad caput. Ponātur ergo extremitates in aqua calida: et non bibant aquam frigidam.

¶ De sermone febris colerice. Cap.36.

Febres colerice tres sunt: tertiana cōtinua: tertiana periodica: et causon. ¶ Et tertiana q̄dem piodica aut est pura: et fit a colera pura. Aut non pura et fit cū putredine colere grosse substātie ppter cōmixtionē colere cū flegmate cōmixtione aliqua cōplexionali vnita: et ppter hoc diuersificatur ab hemitriteo: cū hemitriteū faciant due materie separate: et hāc faciat materia vna que in seipsa est permixta: cū cuius calore cōmiscetur aliquātulum frigoris qḋ grauat suā putredinem et suā resolutionē et suā digestionem et ppter illud q̄dem fiunt in hemitriteo duo paroxismi: et tertiane nō pure paroxismus vnus. Et hec quidē nō pura qn̄q̄ plongatur tpe longo et circiter medietatē anni: et qn̄q̄ perducit ad mollicie et magnitudinē splenis. ¶ Causon vero est de genere cōtinue: qm̄ differentia inter eius vehementiā et eius teporē est insensata: et accidētia eius sunt vehementia: et causa est acuitas materiei et multitudo cū eius casus sit circa cor et in venis oris stomachi: aut in partibus epatis pprie ad summum in mēbris nobilibus vicinis cordi.

¶ In tertiana vero colera est in carne: et ad ptes cutis. ¶ Et in continua est sparsa i venis corporis q̄ elōgant a corde. ¶ Et vehemētia q̄dem sitis: et angustia: et inquietudo: et ipatiētia: et alienatio: et nausea: et amaritudo oris: et siccitas labiorū: et scissio eorū: et dolor capitis multiplicātur i febrib⁹ colericis: et est natura in plurib⁹ earū ad siccitatē decliuis: qm̄ materie mot⁹ ē ad superiora: aut ad illd ad qd apparet de corpore et cute.

¶ De tertiana absolute: et nominatur triteus. Cap. 37.

Paroxismus tertiane icipit i p̄miscū horripilatiōe vt pūctura acus: deinde ifrigidat: et icipit facere rigorē difficilē valde difficiliorē reliq̄s rigorib⁹: nō frigidū: aut cū pauco frigore: et non est frig⁹ ei⁹ nisi pp p̄fundationē caloris ad iteriora ad ptē materiei: et inuenit sicut pūcturas acuū: et hic q̄dē rigor cū vehemētia sua est ve locis sedatiōis: et tu iā sciuisti causā hui⁹ rigoris: et fit rigor ei⁹ i trib⁹ dieb⁹ p̄mis fortior et vehemētior: et in quartana ecōtrario: et iterū rigor icipit cū fortitudine: deinde lenit paulatī et minuit velociter et i quartana econtrario. ¶ Et sudor multiplicat i tertiana cū dimittit. ¶ Et fit vrina i ea rubea tēdēs ad igneā: in qua nō ē multa grossitudo. Aut ē nō pura: et fit vrina ei⁹ cruda aut grossa. ¶ Et tertiane caliditas est saluior caliditate causonis: et quāto plirius manus tāgit corp⁹ nō addit iflammatio: imo quādoq̄ minuit iflāmatio ei⁹ et i causonide addit iflammatio. ¶ Et accidētia q̄ accidūt in eis in tertiana sunt vigilie sine grauitate in capite: nisi in q̄busdā nō puris et sitis et furor et ira et odiū locutiōis. ¶ Et est pulsus ei⁹ acutus velox p cōparatiōem ad reliq̄s febres: et nō est equalis cōstrictionis et dilatationis: quoniam humor debilitat eū: et addit ei diuersitatem a pud statum: et diuersitas in eo est sub ea que est in alijs cum duritie: et est pulsus fortior in ea: immo diuersitas in eo non est ƀm plurimū: nisi diuersitas ppria cū febre et alijs: et in principio quidem est necessariū vt coartet pulsus vsq̄ ad horā dilatatiōis febris: et tūc cōfortat et fit velox et freq̄uēs et eius diuersitas nō ē multū supflua. ¶ Et q̄nq̄ significāt ipsā etas et cōsuetudo et regio et ars et forma et temp⁹ et multitudo euent⁹ tertiane in illa hora. ¶ Cū ergo componunt due tertiane: sunt paroxismi eueniētes omni die. ¶ Qui ergo cōsiderat tertianā p paroxismū errat i ea: imo opꝫ vt attēdant significationes alie q̄s dicem⁹. ¶ Et patiētib⁹ q̄dē tertianā accidūt vigilie: et amor solitudinis: et multotiēs sentiūt ebullitionē apud epar.

¶ De differentia iter tertianā purā et nō purā. Cap. 38.

Pura est subtilis leuis: cuius paroxismus consumitur a quattuor horis vsq̄ ad. 12. horas: et non addit super eas multum: et si addit additione multa: tunc est non pura: et est ƀm plurimum perueniens ad septem horas. ¶ Et calefit in ea corpus velociter: et vides caliditatē procedere ex corpore: et extremitates adhuc sunt frigide. ¶ Et similiter pura nō accidit error supra. 7. periodos. Et

quandoq₃ ↄsumitꝰ propter subtilitatē sue materie in paroxismo vno in quo accidit vomitus aut ventris solutio mundificās. ¶ Et appa ret digestio in vrina i pͥmo die: aut in tertio: aut i quarto: aut i septi mo. ¶ Si autem addit sup septē periodos additionē plurimā: tūc est de genere nō pure. ¶ Et similiter si ꝓlongatꝰ spaciū₃ sui rigoris. ¶ Et est additio suorū paroxismoꝝ ꝛ antecessio eorū adinuicē ꝟm or dinē seruantē ꝓportiones similes: ꝛ in nō pura est illud diuersū₃ nō rectū. ¶ Et similiter quando assimulantꝰ paroxismi ꝟm terminū vnū ꝛ reliqua signa elongationis febris etiā sunt de illis q̄ scis. ¶ Et cū vides pͥncipiū cū rigore ꝟm ꝙ determinauimꝰ: ꝛ statū cū sudore exu berāte: tūc nō dubites q̄n ipa sit pura. ¶ Et in pura q̄dē cu₃ eā ha bēs bibit aqua₃ ordei ꝓcedit qđ est i corpore eiꝰ cū vapore humido q̄si ipe velit sudare ꝛ nūq₃ sudat. ¶ Et cū nō pura iuenitꝰ grauitas plurima in capite. ¶ Et extensio. ¶ Et ꝓlongatꝰ rigor donec ꝑuenit ad viginti quattuor horas: aut triginta horas vsq₃ ad horam sua₃ ¶ Et tepescit donec ↄplentꝰ q̄draginta hore: ꝛ per quātitatē addi tionis paroxismi sup. 12. horas ē eiꝰ elongatio a paruitate. ¶ Et in tertiana q̄dē nō pura tardatur apparitio digestiōis. ¶ Et nō appet in forma offuscatio neq₃ extenuatio. ¶ Et fortasse nō eradicatꝰ cum sudore copioso. ¶ Et fortasse nō icipit cū rigore. ¶ Et nō est calidi tas cū multa fortitudine: neq₃ est augmētū eiꝰ equale: imo ē q̄si ipa addatꝰ: deinde ꝓcedit ꝛ minuitꝰ. ¶ Et accidētia sua minorātur i ea.

¶ De tertiana ↄtinua. Cap. 39.

Cognoscitꝰ ꝑ vehemētiam paroxismorū tertiane: ꝛ ꝑ vehemē tiā accidentiu₃ tertiane: ꝛ apud Galꝰ quidem cū sanguis pu trefit: fit de hoc genere: ꝛ de eo fiet sermo post.

¶ De cura tertiane pure. Cap. 40.

Oportet rememoreris illud qđ dedimꝰ tibi de radicibus in cu ratione febriū de solutione ventris: ꝛ cibo: ꝛ in oibꝰ capitulis: et fabrica sup illđ. ¶ Et tu q̄de₃ nō auscultes sermonē eiꝰ q̄ ↄcedit in principio solutiua fortia ꝛ myrabolanos et his similia: nisi illđ qđ diximus. Immo oportet vt ꝓperes in pͥmis et lenias lenitate q̄dam cū eis q̄ diximus illic. ¶ Sicut sunt tamarindi quātitate. xl. ʒ. q̄ isū dātur in aqua calida in nocte et colentur: proijciantur desuper si racost aut tereniabin aut aqua duorū granatorum. ¶ Et sicut de coctio iubleb cū tereniabin et passulis enucleatis. ¶ Aut isusio pru norum cum tereniabin: aut siracost. ¶ Aut sirupus vio l. et viole cō dite. ¶ Et fortasse facit nucillago psilij cum quibusdam sirupis si cut est sirupus prunorum lubricitatem et lenificationem et cum de coctione lētium cum iuleb. ¶ Aut clisteria lenia sicut est clistere cum decoctione altee et iuiube et sebestem et radice lilij et oleo violato: ꝛ succo sicle ꝛ haurach secundū modum quem scis. Et illud quan do necessitas tangit ad ipsam. Rectum namq₃ est ne in potu detur quod est sicut sorbitio ordei: neque ei simile: neque cibi nisi natura

tã lenificata: et si vētris solutio in principio in febre tertiana pura minoris fit malitie quam eius si sit in aliis: licet eius malitia iterum maxima. ¶ Et quando est possibile vt flobothomes vsque ad tres periodos fac. ¶ Similiter quando times quod sit egritudo furiosa et facis illud: erit illud quod accidit de errore si accidit minus quam aliud. ¶ Et oportet vt non moueas in die paroxismi aliquid nisi propter necessitatē ¶ Et nō cibes nisi apud conditiones predictas. ¶ Aut prouoces vrinam cum emulsiōe seminum: et oportet vt superueniat ei paroxismus dum est famelicus: et nō est in stomacho eius aliquid. ¶ Immo oportet vt sumat in potu sirupū acetosū omni mane: et post duas horas aquā ordei in die in qua nō est paroxismus. ¶ Et sirupus quidē acetosus post paroxismū est conueniēs. ¶ Et similiter ponere pedes in aqua frigida ad trahēdū residuū caloris. ¶ Et ego magis diligo vt sit in sirupo acetoso: et proprie in postremis emulsio seminū frigidorū predictorū: et ante paroxismū per tres horas aut quattuor. ¶ Et detur in potu iterū post paroxismum aqua ordei. ¶ Et quādo necessaria est subtiliatio regiminis: detur in potu sicut aqua granatorū: et aqua melonis indi: et his similia: et gradatim fiat eius regimē secundum modū predictū. Et quotiēs appropinquat status subtilietur. Et in diebus primis cibetur cū kisk ordei et pane trito cum aqua frigida: aut sicut est: aut emulctū ex eo qui fit ex lacte acetoso et lentibus. ¶ Et quādo cibus acetatur in stomacho nō detur in potu de aqua ordei quae nō est valde subtilis aliquid. ¶ Et si necessariū fuerit dare ipm in potu: confortetur parū cū decoctiōe radicis apii. ¶ Si autem stomachus fuerit frigidior illo et febris nō magna et nō pura ponatur parum piperis secundum consilium Hyp. ¶ Quod si signa significauerint quod crisis est propinqua: tunc sufficiat ei aqua ordei: et aqua granatorum dulcis et muzi: et sirupus acetosus. ¶ Et fructus quidem qui diliguntur eis sunt granata dulcia et muzi: et pruna matura et immatura Melon vero indus est res maximi iuuamēti cū hoc quod ipse soluit et prouocat et frangit vehemētiā caloris: et facit sudare: et fortasse nō nocet nisi parum: et ex oleribus cucurbita et cucumere et alhbebedij et lactuca. ¶ Et sciás quod intētio in eo quo cibantur patiētes tertianā: aut est humectatio: sicut datur eis in fine de extremitatibus alterugi: et de testiculis gallorū et cerebellis hedorum cū quibus nō est nausea et vitellis ouorū: aut est infrigidatio et humectatio simul sicut in kisk ordei ¶ Et nō vltimes infrigidatiōe multa et proprie in principio: nisi inuenias inflāmationē vehementē: aut timeas conuersionē eius ad causonidem et continuam. ¶ Quod si consequatur crisis et videris digestionem in vrina et est sedimen laudabile quod cognouisti: tunc si excusat bene est: et si nō: cura tunc cum eo quo iuuatur natura ex prouocatione vrine aut solutione ventris aut vomitu aut fluxu sanguinis narium: et nō agas contra ipsam in hoc. ¶ Quod si nō inuenis declinationē manifestā: tūc euacua cū solutiōe vētris. Mādē illo ē scamonee sexta.3.1.i iuleb. Aut decoctio myrabolanorum cū tamarindis et terēiabin

et passulis et radicibus et cassiafistula sm quod sciuisti: et tibi inest vt cõfortes eas cũ fumo terre et sene et scamonea: et de illis que conueniunt eis tñ sunt trocisci de spodio solutiui. ¶ Descriptio. ℞. myrabolanorum citrinorum enucleatorum põd'.ʒ.iiij. zuccari tabarzet põd'.ʒ.xx. scamonee põdus sexte.ʒ.I. bibat cũ aqua frigida: et post illud curentur cũ eũone. ¶ Et si fuerit illic caliditas superflua: et inflãmatio maxima cũ iã euacuaueris: tũc nõ erit ei malũ dare in potu aliqđ de extinguẽtib' fortib' de illis que dicta sunt in regimine acute: et fortasse cõferũt ei empl'a ex eis. ¶ Balneo vero opz ne approximet nisi post digestionẽ. Post digestionẽ aũt et apud declinationẽ est ipm melius eis: et ppriẽ cõsuetis quãuis error in intromittẽdo eos in balneo añ digõnẽ saluior est: quod suũ sil'e cũ aliis. ¶ Et opz vt sit balneũ eorum tẽperatũ boni aeris quod sit humid': in quo sudẽt cũ facilitate: ita vt non inflãmentur eorum corpa: et inungãtur cũ oleo vio. et ros. cõquassato cũ aqua. et nõ plongẽt in eo morã: imo egrediant velociter: nã ite ratio est eis cõuenientior quam stationis plongatio: et si apud exitũ infundantur aqua tepida stent in ea sm quãtitatẽ declinatiõis. De inde cũ egrediunt: cõuenit eis vt bibant vinũ albũ subtile multa cõmixtione pmixtũ: et coopiant in locis suis: sudabũt eñi sudore vehemẽti: et si qđ residuũ fuerit: digeret: et post illud cibent cibis infrigidantibus et humectãtibus et olerib' que sunt illi' modi. ¶ Et non timeas post declinatiõnẽ potare eos vinũ plurimũ cõmixtũ. Vinũ eñi fractũ per cõmixtionẽ cõfert quãtitati residui eius in resoluendo illud cuius necessaria est resolutio: et succurrit aque penetranti cum fortitudine sua et pmixtiõe eius qđ est in eo de calefactiõe pauca: quare infrigidat vehemẽter et humectat. ¶ Et si fuerint illic accidentia sitis et dolor capitis et vigiliarũ et aliorũ: iã tibi preteriit eorum cura. ¶ Et qñ post crisim remanet aliqđ caloris inseparabilis tunc tibi superest vt administres sirupũ acetosum cũ succis diureticis: aut in quo decocta sunt semina et radices diuretice.

¶ De cura tertiane continue. ¶ Et scias quod cura tertiane cõtinue est cura tertiane: sed est decliuior ad obseruationẽ dispositionũ digestionis: et ad infrigidãdum cũ sirupo acetoso facto cum seminibus: vt semine citrulli: et semine endiuie proprie cõtritis: et post ipsum post duas horas datur in potu aqua ordei. ¶ Et ad subtiliationẽ cibi: et ad administrãda clisteria lenia in principio. Et ad prouocationem: et oportet vt subtilient: et nõ sumãt in potu de solutiuis in principio: neque approximent alicui eorum nisi eis que sunt sicut sirupus viol. et aqua fructuum: et non vtantur nisi clisteribus lenibus.

¶ De cura tertiane non pure. Capitulum. 41.

Res in quib' diuersificat cura tertiane nõ pure sunt res i qb' cõicãt febres frigide de licẽtia scđa. ¶ Et fortasse cõcedit illud

habētib⁹ purā.s.vt nō expectēt plurimū declinatiōis. Sed qm̄ ex pectāt digōnē:qm̄ ē ꝓhibitū l eis balneū:balneū em̄ facit descēdere flegma indigestū ꝓpter illud qđ effundit ad locū putredinis:ꝛ per miscet humorē malū cum putrido ꝛ resoluit subtile:ꝛ facit rema nere spissū. ¶Et ꝙ cibatio oī die itez:aut ꝓprie cibatio est ex eis q̄ illis nocent:imo oꝫ vt cibētur vno die ꝛ alio nō. Et sit in cibis eorū qđ abstergat ꝛ calefaciat parū. ¶Et vt sit cibatio ī principijs egri tudinis spissior q̄ sit in principijs pure:deinde gradati ꝑuenit ad subtiliationē fortē sicut est subtiliatio tertiane. ¶Et vt sit infrigi datio ninor. ¶Et vt clisterizet in principio clisterib⁹ acutiorib⁹. ¶Et vt expectet digestio in solutiōe ventris eoꝝ plus. ¶Et vt sint in aqua ordei eoꝝ virtutes digestiue resolutiue sicut est illud qđ di ximus in eo in cui⁹ stomacho acetat aqua ordei:imo fortiores q̄ in illo. Fortasse em̄ necesse est vt decoquant in ea isop⁹ ꝛ origanū ꝛ cala mētū ꝛ spica ꝭm cōplexionē:ꝛ sicla iuuatiua est eis:ꝛ ꝑmixtio aque ciceris cū aqua ordei:ꝛ in fine ei⁹ cicer est iuuatiuū eis. ¶Et opꝫ vt cōsideret ꝓpinquitas non pure ad purā ꝛ elōgatio ei⁹ ab ea:ꝛ ꝭm illud diuersificet inter curā ei⁹ ꝛ curā pure. ¶Quod si fuerit valde ꝓpinqua pure:tūc diuersifica inter eas diuersificatōe parua. ¶Et cū videris vrinas eoꝝ grossas tūc flobothomia. ¶Et cū flobotho maueris nō indigebis clisteri. ¶Et scias ꝙ nō est res magis iuuās eos q̄ vomit⁹ post cibū. ¶Et de solutiuis in principijs ei⁹ q̄ sunt ꝓpinquiora equalitati est aqua algeniabin decocti ꝛ sirupus ace tosus:ꝛ fortasse ponem⁹ in ea cassiāfistulam:ꝛ fortius illo est vt po nas in ea virtutē turbith. ¶Et clisteria in pricipio sunt magis di lecta q̄ solutiua alia:ꝛ sunt clisteria in q̄b⁹ est ꝟt⁹ albasce ꝛ camo mille ꝛ sicle ꝛ cartami ꝛ viol. ꝛ sebestē ꝛ fic⁹ ꝛ odor turbith:ꝛ et eis est cassiafi. ꝛ oleū sisaminū ꝛ baurac. ꝛ fortasse idiget vno istoꝝ ꝭm elō gationē febris a pura. ¶Adiuuātia aūt ad digestionē sunt sicut si rup⁹ acetosus permixt⁹ cū aliquāto de geleniabin:aut sirup⁹ de ra dicib⁹. ¶Et post septimū sunt decoctio absynthij:est em̄ iuuatiua subtiliatiua materiei ꝛ ꝯfortatiua stomachi:ꝛ silr̄ aqua feniculi et aqua apij cū sirupo acetoso:ꝛ si pertransit. 14. tūc nō est malū da re in potu trociscos roſ. minores. ¶Si aūt egritudo ꝓlongat non inueniem⁹ excusationē quin dem⁹ ea q̄ sunt trocisci de eupatorio ꝛ decoctiōis ei⁹:ꝛ calefactio partiū hyppocūdriorū est hui⁹ generis ꝛ emplastratio mirach eoꝝ itez cū eis q̄ digerūt ꝛ maturāt ꝛ mollifi cant tensionē cūvenerit illuc. ¶Cū ergo sciueris ꝙ digestio iam ad uenit:tūc euacua:ꝛ ꝓuoca ꝛ nō cures. ¶Et de euacuationib⁹ bonis eis est vt sumant hierepigre. ʒ. v. succi lactuce ꝛ eupatorij amboꝝ. ʒ. iij. seminis apij mirabol. citrinoꝝ chebulorū a n̄. ʒ. v. turbith. ʒ. vij. fiāt pil. ex eis cū aqua apij ꝛ sit dosis ei⁹. ʒ. ij. ¶Et de illis ē decoctio bona inuētione nr̄a. ℞. eupatorij absinthij mirabol. kebuloꝝ. ana ʒ. v. seminis melonis:seminis cucumeris ꝛ citrulli seminis apij poly

podij sucbaba bedeoard omniū.añ.ʒ.x.turbith.ʒ.I.cassiefistul.ʒ.vj passula℞enucleata ℞.ʒ.xx.ficuū.x.nūero.sebestē nūero.xxx.geleniabi facti cū rosis ꝑficis pōd⁹.ʒ.xv.decoquanť oīa ꝭm descriptionē hui⁹ ⁊ sumať de ea cad⁹ magn⁹ in q̄ posita sit siliqua.i.scamonee. ¶ Forсasse necessaria est medicina fortis vno modo: debilis alio mō: eius ꝟo fortitudo est ꝭm hoc ꝙ ipā euacuat hūorē viscosuȝ. Sȝ ipi⁹ debilitas est ꝭm hoc ꝙ ipa nō euacuat plimū vice vna. Immo possibile est vt fiat gradatio in ea: quare euacuet hūorē cui⁹ euacuatio est necessaria multis vicib⁹ vt nō destruat virtutē: ⁊ hec medicina ē q̄ pōt subtiliare ⁊ aggregare: ⁊soluat pa℞ ei⁹: ⁊ soluat plimū ei⁹. Sed pa℞ parū ex malo: ⁊ plimū plimū ex malo. ¶ De delectatiōib⁹ vero parū fortasse nō facit aliq̇d: ⁊ hui⁹ q̇dē medicina ē vt sumať turbith quātitas.ʒ.ȷ.⁊ pl⁹ ꝭm necessitatē: ⁊ scamonee ꝓprie altusugi.j.aut iupta id ⁊ ꝯficiať cū geleniabin p̄dicto ⁊ bibať. Aut sumať de agarico ⁊ scamonea ꝭm hanc ꝯpositionē ⁊ ꝯficiať cū geleniabin p̄dicto ⁊ bibať. Aut ponať in succo rosa℞ recentiū cui⁹ quātitas sit vnc.I. ⁊ bibať. Aut in sirupo ro.⁊ bibatur.

¶ De febre causon ⁊ est illa q̄ nominatur saricos. Ca.42.

Causon est ꝭm duos modos. Aut em̄ causon est colerica ⁊ est cū in ea multitudo putredinis: aut intra venas corꝑis toti⁹: aut in venis q̄ sequūtur ꝑtes corꝑis ꝓprie: aut in venis partiū oris stomachi: aut ī epate. Aut flegmatica ⁊ q̄ fit ex flegmate salso putrefacto in venis q̄ sequūť ꝑtes cordis sicut dixit Hyp. in epidimia. Et nō fit flegma salsuȝ sicut sciuisti nisi ex aq̇sitate flegmatis cū colera acuta. ē ḡ colera q̄ putrefit aq̇sitas ꝯmixta aq̇sitati plime. Et qm̄ causon vehemētiora hȝ accñtia q̄ tertiana: opȝ vt sit breuioris spacij q̄ ipa. ¶ Et senib⁹ q̇dē pa℞ accidūt febres causonidis: ⁊ cū accidūt eis pereūt: qm̄ nō fiunt in eis nisi causa valde forti. Ampli⁹ eo℞ virtutes sunt debiles. In iuuenib⁹ aūt ⁊ pueris plurimū accidūt: et est in infantib⁹ leuior ꝓpter humiditatē eo℞. Et qñq3 est in eis cū ꝓfundatiōe somni ꝓpter eleuationē vapo℞ ad caput. ¶ Et Hyp. quidē dixit ꝙ si alicui accidit in febre causon tremor: tūc ꝯmixtio mentis resoluit ab eo tremorē: ⁊ est simile vt sit illud qm̄ cerebrū calefit valde. ⁊ calefiūt nerui: ⁊ est simile vt sit causon ⁊ fit ꝯmixtio mētis: ⁊ resoluiť ab ea per tremorē ꝓpter expulsionē materie℞ ad neruos. ¶ Et plurimū q̇dē ꝯsumiť cū vomitu ⁊ solutione ventris: aut sudore aut fluxu sanguinis nariū.

¶ De signis. Ca.43.

Signa ei⁹ sunt iseparabilitas ⁊ occultatio tēporū: ⁊ vehemētia accidētiū ex asperitate lingue: ⁊ ex citrinitate ei⁹ in primis: ⁊ ex nigredine ei⁹ scdo: ⁊ ex intensione sudoris nisi apud crisim: ⁊ vehemētia sitis. Inquit Hyppo. nisi accidat tussis parua accidentalis sedat ergo illā sitim: ⁊ videť vt sit vehemētia sitis eoruȝ ꝓpter causam pulmonis. ergo cū mouetur tussis parua humectať per id qđ

currit ad ipm ex carne molli. ¶ Et caliditas in causone qdem sm plurimu nõ est ita fortis in exterioribº sicut fortitudo eius in interioribus: et est cõfractio in ea levior q̃ in alijs. ¶ Et in facta quidẽ ex colera fortia fiũt accidẽtia mala exvigilijs et inqetudie et adustiõe et pmixtione mẽtis et fluxu sanguinis nariũ et dolore capitis et pulsatione tẽporũ et pfunditate oculorũ et solutione vẽtris cu3 colera pura et casu appetitº. ¶ Et qñ accidit infantibº abhorrẽt mãmillam: et nõ recipiũt eam et corrumpit illd qd fugit de lacte: et acetat.

¶ De cura causonidis. Ca. 44.

Est cura tertiane pure. ¶ Et cũ indigent evacuatione sicut cũ illis q̃ dicta sunt: tũc festinatio est melior. ¶ Cõplementũ vo ẽ apd digestionẽ. ¶ Et nõ flobothomet: fortasse eñ inflãmabit eos: et fortasse iuvabit eos si fuerit illic turbiditas et rubedo. ¶ Verum indigẽt subtiliatione et regimine vehemẽtiore et infrigidatione actuali qd ipsi sumũt. ¶ Et cũ ti mes casu3 vtutis: est necessariũ cibare eos q̃uis nõ appetãt et pprie in eo ex q̃ resoluit res plurima. Multotiẽs eñ advenit eis bolismº ppter privationẽ sensus: et indigent lenificatiõe in principio fortiori. ¶ Et curationibº febris acute pdictis sm oẽs spẽs narratas. ¶ Et qñq3 cõveniẽs ẽ vt dormiãt apd tẽporẽ puu3 febris sup aquã tamarindor: et qñq3 ponit i ea parũ cãphore. ¶ Et diligit eis sirupº acetosus: aut emulsio semis portulace: aut emulsio seminis endivie: et melon alchin est honº valde: et sit 9tentº potatiõe aq̃ frigide sm qd dixímº illd. Si aũt nõ fuerit qd phibeat: det in potu de ea ẽt vsq3 ad satietatẽ. Et fortasse advenit eis pmixtio mẽtis et obliviscunt petere aquã: q̃re op3 vt sorbeant de ea paulatim sorbitiones plurimas: et pprie in eo cuius lingua3 vt desiccam. ¶ Et cura accidẽtia eius superflua cũ eis q̃ dixímº in capitulis suis. ¶ Et op3 vt caveat in eis supfluitas sanguinis nariũ est eñ de eis in quibus magnificatur timor apud eos. ¶ Et op3 vt observet anhelitus eorũ et nõ dimittas partes pectoris spasmari. ¶ Et op3 vt observes capita eorum cũ aceto et oleo ros. et sandalis et aqua ro. et cãphora et his similibº: et embroces cũ decoctionibº in quibus decocta sunt ea q̃ dixímº. ¶ Et quãdo fortes sunt in eis vigilie: tunc cura eos. ¶ Et non est malum vt in potu des sirupum de papavere etiã et si fit de nigro in huius dispositione. ¶ Et in fine eius da in potu trociscos qui conveniũt eis: sicut sunt trocisci de cãphora. ¶ Et in illa hora cõvenit eis sirupus acetosus cũ emulsiõe seminis cucumeris: et seminis endivie et se. portulace: de vnoquoq3 eor fit pondus. ʒ. ij. sirupi acetosi fit pondus. ʒ. xxv. vsq3 ad. xxxv. s3 q vr.
Et si fuerit illic vẽtris fluxo: tũc dent trocisci de spodio constrictivi. Trocisci boni. ℞. spodij ro. añ. ʒ. ij. ß. croci sextã. ʒ. j. semis portulace: semis ẽdivie. añ. ʒ. iij. seminis cucurbite: seminis cucumeris. añ. ʒ. ij. sandalor. ʒ. j. ß. succi liqritie amili. añ. ʒ. j. cãphore sextã. ʒ. j. ß. et dosis eiº sit. ʒ. j. et iterũ ros. ʒ. iiij. se. melonis citruli cucumeris [illegible]

lace omnium.an.ʒ.ij.croci tertiā.ʒ.j.cāphore sextā.ʒ.j.gummi amili dragagāti succi liq̄ritie.an.ʒ.j.et dosis eius sit.ʒ.ij. ¶ Et cū declinat egritudo manifeste: tunc nō est malū vti balneo cui⁹ aqua declinat ad frig⁹: et illis in quibus magis diligitur balneū ex eis sunt quorum febris est ex flegmate salso.

¶ De febre sanguinis. Ca.45.

liationis vt firmet subtilitas partiū eius ex ꝓfundatione vltima. ¶ Et fortasse indiget positiōe vētosa ꝛ absq; scarificatione vt carminet vētositas. ¶ Et de medicinis eius localibus sunt olea calida sicut oleū subtiliū partiū in quo decocta sunt sicut rutha: ꝛ cuminū ¶ Et de seminibus subtiliātibus semē apij anisi: ꝛ ameos ꝛ q̄ similātur illis. ¶ Et de emplastris resoluētib⁹ ꝛ ꝓprie ꝓpter illd quod cadit in mēbris chordosis et lacertosis est illd qd recipit sorditiem balnei q̄ ponat cū aq̄ in patella calcis nō extincte fm̄ quātitatem q̄ ꝓueniat ex ea spissitudo luti: et liniātur cū eo: ꝛ qn̄q; faciūt ex vino et calce emplastrū equale bonū. ¶ Aliud. sumat ysopus sicca ꝛ terat et puluerizet sup ceratū factū ex cera: et oleo anetino: ꝛ fiat emplastrū ad liniēdū. ¶ Et in eo qd accidit ex inflatiōe in lacertis ꝓpter attractionē q̄ accidit eis: opꝫ vt alienētur medicine calide valde ꝛ acute ne refugiāt mēbra ex eis ꝛ terātur imo qn̄ medicātur cū resolutiuis: tūc misceatur cū eis aliq̄d de sedātibus dolorē: ꝛ illud est sicut curatio tua quā scis cū eo qd est sicut rob ꝯcessum cū oleo i quo infusa est lana ysopi. ¶ Et si fuerit caliditas aliq̄: tunc cū oleo ros. infusa in eo lana ysopi soluta in eo aqua ysopi humide. Et administrētur oīa illa tepida ad caliditatē decliuia: ꝛ nō ꝑmittant infrigidari: qm̄ frig⁹ nocet hmōi. ¶ Quod si fuerit illic dolor ex principio: tūc administrētur desup olea in quibus est sedatio doloris cū ꝓhibitiōe aliqua ex principio sicut oleū viola. ꝛ rosa. cū ꝟtute olei anetini. ¶ Et qn̄ inuenitur aliqua alleuiatio ponat in medicinis illud in quo est additio virtutis ad resoluendū sicut nitrū ꝛ acetū: et deinde sicut cinis ꝛ ēplastra resoluētia: sicut ēplastrū ꝑdictum.

¶ De vena medeni. Cap. 21.

Est vt accidat sup partē corpis pustula q̄ dā inflās: deinde vesicat: postea egreditur ex eo quiddā rubeū ad nigredinē decliue: deinde nō cessat ꝓlongari ꝛ ꝓlōgatur: ꝛ fortasse est motus voluntarius sub cute ac si esset motus aīalis: ꝛ quasi in veritate fit ꝟmis donec existiment quidā ꝙ sit aīal qd gn̄atur. ¶ Et existimāt q̄dam ꝙ sit ramus villi nerui per vehementiā grossitudinis. ¶ Et plurimum quidē accidit in cruribus. et ego iā vidi eaꝫ sup manus ꝛ sup latus. et multiplicat in infantibus sup vtrūq; latus: ꝛ qn̄q; extenditur: et absciditur: ꝛ magnificatur in ea labor et dolor: immo ꝑ spaciū dolet: etsi nō incidatur. ¶ Et Gale. quidē dixit: ꝙ nō fuit comprehensum: ex esse eius aliquid manifestū super quod sit innitendū qm̄ ipse nō vidit eā oīno. ¶ Et dixit ꝙ causa eius est sanguis calid⁹ malus melancolicus aut flegma adustū aduuatū cum vehemētia siccitatis complexionis. ¶ Et fortasse generāt eā quedā aque ꝛ olera cum proprietate que est in eis: et de cibis qui plurimum generāt ea est ille qui est calid⁹ ꝛ siccus: et quanto plus fuerit materia a qua generat acutior erit dolor vehementior: et fortasse accidit in corpe vno in locis quasi quadraginta eius; aut quinquaginta; ex qua tn̄

euadet cũ curatione. ¶ Et minoratur in corporibus hũidis ꝛ assuetis balneationibus ꝛ cibis hũidis ꝛ assuetis vino cũ mẽsura: ꝛ plurimũ quidẽ generatur in medena: ꝛ ꝓpter hoc ꝓportionãtur ei: et gñatur etiã in terra corasceni ꝛ alijs: et multiplicantur iterũ in terra egypti et in terris alijs.

¶ De cura. Cap. 22.

SOllicitudo q̃dem ei⁹ in terra in qua generatur ꝛ cibi ex q̃bus generatur in quib⁹ est materia q̃ est causa ei⁹ illud est cuȝ euacuatiõe sanguinis mali flobothomando ex basilica aut ex saphena ẜm locũ ꝛ mundificatiõem sanguinis cũ eis q̃ sunt sicut sirupus de mirabola. ꝛ decoctio epithimi: ꝛ potare pillulas cochias ꝓprie et administratio trifere facte ex sene ꝛ fumoterre ꝛ humectatio corpis cũ cibis humectantib⁹ ꝛ balneatiões ꝛ reliquuȝ regimen humectatiuũ notũ. ¶ Uerũ cum apparet esse ei⁹ in primo apparitionis eius tunc rectũ est vt administreẜ regimen mẽbri cũ emplastris infrigidantib⁹ ꝛ humectãtib⁹: sicut sunt succi frigidi noti cũ duob⁹ sandalis ꝛ camphora post mundificatiõem corpis ꝛ administrationẽ iterum factã cũ missione sanguisugarũ sup locũ. ¶ Et de epithimatibus bonis est epithima ex sandalo ꝛ aloe ꝛ camphora aut myrrha ꝛ psiliũ ꝛ lac dulce. ¶ Si aũt nõ separaẜ sȝ incipit cadere fortasse prohibet eã ꝛ aufert eã et alleuiat labores in ea si bibat patiens eã ẜm cõtinuitatẽ tribus diebus om̃i die pondus.ʒ.ij.aloes: aut bibat de eo in die.i.ʒ.ʃ.in scdo.ʒ.j.in tertio.ʒ.ʃ.ꝛ.ʃ.tribus diebus: ꝛ liniaẜ super eã aloes aut liniaẜ sup aurificiũ eius hũiditas aloes hũidi visco si. ¶ Et similiter in principio cũ egreditur si nõ curaẜ de ea ꝛ egreditur tũc rectũ est vt prepareẜ ei qđ stringat eã: ꝛ sup qđ reuoluaẜ cũ facilitate paulatim: donec egrediatur vsq̃ ad finẽ sui absq̃ incisione: ꝛ melius est plũbuȝ sup qđ inuoluitur: ꝛ fit sufficiẽtia sup grauitatẽ eius in attractiõe eius: q̃m attrahitur cũ facilitate et non abscinditur. ¶ Et sit studiũ tuũ in alienatione egressionis eius vt incipias ꝛ extenues mẽbrum ꝛ rarifices ipsum cum embrocis ex aqua calida ꝛ mucillaginibus infrigidantibus et oleis lenificantib⁹ frigidis ꝛ subtilis caliditatis: ꝛ que currunt cursu eius vt facilis fiat exitus eius. ¶ Et fortasse nõ sit facilis per illud: immo idiget eis q̃ sunt linimentũ cum oleo de keiri: immo sambacino: immo oleo de ben: ꝛ vt administretur super ipsam emplastrum de pice: ꝛ si existimatio fecerit necessarium vt perforetur vt egrediatur cum totalitate sua ꝛ non fuerit qđ prohibeat: perforetur et extrahaẜ: ꝛ si egressio eius cũ extractione predicta nõ fuerit facilis ꝛ perforatio ipsius non fuerit possibilis: tunc putrefac eam cum butyro putrefiet enim tota et egredietur. ¶ Et caue ne administres calida ex medicinis: quoniam fortasse peruenit ad estiomenum. ¶ Et quando assiduatur super posteriora eius fricatio cum sale paulatim: et illud fit retro cum facilitate: et ex egressione eius cũ subtilitate egreditur cuȝ

totalitate sua et proprie quādo scindit aut penetrat quod est post ip samet intromittitur stilus sub ea illic et expellitur: et assiduatur abster sio cum ipsa egreditur cum sale paulatim: et cum facilitate: nam cum illud fit cum ea egreditur tota. ¶ Quod si incidatur et redit: non erit excusatio quin perforetur nisi inueniatur modus alius: deinde egre diatur cum facillitate et curetur locus cura vulnerum.

¶ Tractatus tertius de lepra.

¶ Quid sit lepra et causa eius. Cap. j.



Lepra est infirmitas mala proueniēs ex sparsiōe colere nigre in corpe toto: quare corrūpitur cōplexio mēbrorū et forma ipsorū et figura eorum et fortasse corrūpit in fine ei⁹ ipsorū continuitas: ita vt corrodātur mem bra et cadāt casu qui fit abvlceratione. ¶ Et est sicut cācer cōis corpi toti: fortasse etiā vlcerat et fortasse nō vlcerat. ¶ Et est aliqua q̄ cum patiēte eam manet tpe longo valde. ¶ Et melācolia quidem quādoqȝ expellitur ad membrum vnum et facit accidere duritiem: aut sephiros: aut cācrum secundum dispo sitiones suas. Et si fuerit subtilis dominans prouenit estiomenus: et si expellitur ad superficiem cutis eueniet illud quod nominat alba ras et morphea nigra et impetigo et his similia. Et quādoqȝ spargi tur in corpore toto: et tunc si putrefiat prouenit febris melancolica. et si conculcetur et non putrefiat: eueniet lepra. ¶ Et causa eius effi ciens antiquior est malitia complexionis epatis declinis valde ad ca liditatem et siccitatem. quare adurit sanguinem in melancoliam: aut complexio corporis totius: aut sunt ambe ita q̄ faciunt sanguī nem acquirere per causas suas frigus. ¶ Et causa eius materialis sunt cibi melancolici et cibi flegmatici: iterum quando componitur in eis satietas nauseatiua: aut operatur in eis caliditas quare re soluit subtile et ponit spissum melācoliam et repletiones: et comestio nes super satietatem sunt ad hanc eandem intentionem. ¶ Et cause eius iuuatiue sunt oppilatio pororum: quare prefocatur calor inna tus: et infrigidatur sanguis et ingrossatur: et proprie quando splen est oppilatus debilis non attrahit: neqȝ potest mundificare sangui nem ex humore melancolico: aut est virtus expulsiua in visceribus debilis ab expulsione illius in venas ani et matricis et sunt pori stri cti: et quandoqȝ adiuuat illud totum corruptio aeris in seipso: aut propter vicinitatem leprosorum quoniā egritudo est euadens.
¶ Et quandoqȝ accidit propter hereditatem et propter complexio nem embrionis ex qua creatus est in se propter complexionē q̄ est ei: aut acq̄sitā in matrice: ppter dispositionē q̄ est ei: sicut si accidat vt ei sit conceptio in dispositione mēstruorum. ¶ Et qn̄ aggregat cali

ditas aeris cũ malitia cibi et eius essentia est ex genere pisciuz r car ne salita r carne grossa: r carnib⁹ asinorũ: r lẽtibus proculdubio est vt eueniat lepra sicut multiplicat in Alexãdria. ¶Et colera nigra qñ pmiscetur sanguini adiuuat parũ eius ad generãdum multũ ipsi⁹: qm̃ pculdubio ingrossatur ex duobus modis: quorũ vn⁹ est p substã tiã suã grossam: r scd̃s p frigus suum cõgelãs. ¶Et qñ ingrossat p parte hũiditatis sue: tũc est exiccatio ei⁹ p caliditatẽ corpis facilior. ¶Et iã pueñ est ex grossitudine sanguinis leprosoz ad hoc vt egre diat in flobothomijs eorũ q̃ddã qd̾ est sicut harena: r hec egritudo noiatur leonina: r d̾r q̧ nõ noiatur ita: nisi qm̃ plurimũ accidit leo nib⁹: et d̾r qm̃ terribilẽ facit faciẽ patiẽtis eã r ponit eã in forma leo nũ: et d̾r qm̃ rapaciter tenet qd̾ capit rapacitate leonis: r de hac egri tudine q̃ est debilis difficilis est curatiõis: r de curatiõe fortis nõ fit spes. et icipiẽs q̃dẽ est susceptibilior: r cõfirmata est magis iobediẽs. ¶Et facta ex melãcolia colere est magis feda et pluris nocumẽti r difficilioz accidẽtiũ r vehemẽti⁹ adurẽs: sz ẽ susceptibilior curatiõis ¶Et facta a fece sanguinis ẽ saluior r q̃etior r nõ vlcerat. ¶Et facta a melãcolia adusta similat colerice in suis accidẽtib⁹: sz est tardius suscipiẽs curationem. ¶Et hec quidẽ egritudo non cessat corrum pere complexionẽ mẽbrorum p qualitatem contrariaz qualitati cõ ueniẽti vite scilicz caliditati et humiditati donec puenerit ad mem bra principalia: et illic interficit: et incipit in primis ab extremitati bus et mẽbris leuibus; et illuc cadunt pili ab ea: et alteratur color eius: et fortasse puenit ad vlcerandum: deinde vadit paulatim in cor pus totum: nam q̃uis prima generatio eius fit in visceribus: tamen primum vestigium eius est in extremitatibus: quoniam sunt debilio res: veruntamen quandoq̧ moritur patiens eam antequam con uertatur malitia eius apparẽs super viscera et membra principalia et est mors illius cum attractione: et propter malitiam complexio nis illius. ¶Et cum cancer qui est lepra membri vnius fit de illis qui bus non est sanatio: tunc quid dicemus de lepra que est cancer cor poris totius veruntamẽ in lepra est res vna: et est q̧ egritudo spargi tur in totum corpus. ¶Et quãdo administrantur curationes for tes sustentant egritudinem: et non agit super membra simplicia et in cancro non est ita.

¶De signis. Ca.2.

QUãdo icipit lepra icipit color fieri rube⁹ tẽdẽs ad nigredinẽ. ¶Et apparet in oculis obfuscatio ad rubedinẽ decliuis: et ap paret in anhelitu strictura: r in voce raucedo cã nocumẽti pulmonis et cãne eius: et multitudo in sternutatiõe: et apparet in naso gaue tu: et fortasse fit strictura in naribus et cassamu: et incipiũt capilli in subtilitatẽ et paucitatẽ puenire: r apparẽt vene in pectore et pte fa ciei: et est odor corporis et ppie in sudore: r odor anhelit⁹ ad fetorẽ

decliuis: et apparēt hūores melācolici et mali et dolosi: et multiplicāt in somno somnia melācolica: et sentit in somno q̄si sup corp⁹ suū sit grauedo maxima: deinde apparet sparsio in capillis et casus in eis ex toto ꝓprie in pilis q̄ sunt in facie et partib⁹ ei⁹: et qn̄qꝫ dislocat loc⁹ pilorum: et scindunt vngues: et incipit forma fieri feda: et facies fit terribilis. Et color denigrat. Et incipit sanguis ꝯgelari in iūcturis et putrefit. Et addit ꝯstrictio anhelit⁹ donec ꝑuenit ad difficultatē vehemētē et dimisā magnā. Et ꝑuenit vox in fine raucedinis: et igrossant labia et denigrant. ¶ Et apparet sup corp⁹ additio glādulosa similis aiali qḋ grece noiatur sacos: deinde incipit corp⁹ vlcerari quādo lepra est nō quieta. Et corroditur cartilago nasi: deinde cadunt nasus et extremitates: et currit virus fetens: et redit vox ad occultationem: et tūc iam non remanent pili et denigratur color valde. ¶ Et pulsus quidem leprosi est debilis propter debilitatem virtutis et paucitatem necessitatis: cum egritudo sit frigida et tarda non velox propter debilitatem frigoris: et sit necessaria spissitudo cum non sit velocitas neqꝫ magnitudo.

¶ De cura. Ca.3.

Oportet vt incipiat in ea cū euacuatiōib⁹ et mūdificatiōe anteq̄ ingrosset egritudo: et cū tu verificaueris q̄ illic sit sanguis plurim⁹ corrupt⁹: tūc opꝫ vt incipias et flobothomes flobothomia vltima: et si nō aliunde saltē ex manib⁹. Et si nō verificaueris illḋ tūc nō flobothomes: flobothomia eīn ex venis magnis qn̄qꝫ pl⁹ nocet q̄ sit ei⁹ iuuamētū. Uex sit securitas cū flobothomia ei⁹ ex separatiōibus venarum ꝑuarum si timet flobothomia magnarum. ¶ Et scias q̄ sanguis frigid⁹ est in eo qḋ apparet: quare fit illud magis vltimū q̄ ventose et sanguisuge: et min⁹ nocēs visceribus: et ille sunt sicut vene frōtis et nasi. ¶ At vero fm plurimū flobothomia est necessaria in curatiōe hui⁹ egritudinis. ¶ Et de illis q̄ vocāt ad illḋ est cōstrictio anhelit⁹ eius et difficultas ipsi⁹: et forte est necessariū flobothomare guidē apḋ vehemētiā raucedinis vocis et timorē ꝑfocatiōis. ¶ Si ergo flobothomet: opꝫ vt q̄escat hebdomada vna: deide euacuet cū eis q̄ sunt sicut hiera logodion et hiera de pulpa colloquintide: et euacuet cū apozimatib⁹ et pillulis factis ex epithimo et sticados et polipodio et mirabo. nig. et kebulis et elleboro ni. et lapide lazuli: et lapide armeno: et nō nocet si misceat eis pulpa colloquintide: et scamonea etiā proprie quādo illic est colera et adiūgātur eis aloes et cucumer asinin⁹: et theodoricon est bonum eis. ¶ Et hierapigra iterum et ꝓprie quando fit fortis cū scamonea est de illis solutiuis que sunt bona leprosis: et precipue quādo odorat odoramentum ellebori: aut ponitur cum ea lapis armenus: et in estate oportet vt exiccentur et non vltimetur in decoctione fortiter vt non spargatur et multiplicetur. ¶ Decoctio ad leprosos. ℞. mirabol. citrinorum et nig. amborum an̄. ʒ. x. ameos. ʒ. v. althit

boni.ʒ.5.passularum enucleatarum minam.5.decoquantur cum tribus ebetie aque donec perueniat ad tertiam et exprimatur et misceatur in ea de aqua mellis pond⁹.ʒ.v.et detur in potu. ¶ Et vngatur corp⁹ ei⁹ ex bu tyro:et sedeat in sole donec fricetur aut ambulet septuaginta passi b⁹:et conuertatur sup dextram et sinistram et dorsum et ventrem:et comedat cappares cum melle.sumat in potu hanc medicinam secundum quod narrauim⁹ septem diebus et renouetur decoctio ei⁹ omni die. ¶ Et non sufficit in curatione istorum et que non sunt confirmati euacuatio vna:immo fortasse est necessaria euacuatio in mense bis:aut in omni mense semel secundum quod testi monium facit esse necessarium et illud cum medicinis temperatis:et quandoque soluitur omni die cum facilitate ascellatione vna aut duabus ascellatio nibus cum eo quod soluit illud de potionibus iuuatiuis ex medicinis predictis quadraginta diebus ¶ Fortes vero valde sicut elleborus et ei similia:et que sunt multi ponderis sufficiunt in anno semel in ve re:semel in autumno aut plus hoc. ¶ Et oportet vt veniatur super ce rebra eorum cum mundificatione cum leisque sunt sicut gargarismata p dicta in.c.egritudinum capitis:et cum caputpurgijs notis. ¶ Descri ptio caputpurgij. ℞.macropiperis et celidonie et capsie et nasturtij:et burungi omnium ana.ʒ.j.nucis muscate pulegij amborum ana.ʒ.5.succi agni casti cotilas.iij.olei sisamini cotilas.4.misceantur et decoquantur donec consumatur aqua:deinde coletur et seruetur in vitriata:et fiat ca putpurgium in narib⁹ quantum capiunt:deinde sequatur quando illud multiplicatur cum caputpurgijs humectantibus predictis. ¶ Et oportet vt prohibeatur ab omni quod exiccat et resoluit humiditatem innatam: et sup eos interdicatur labor et angustia et vt permutetur de aere ad aerem qui con trari⁹ est ei. ¶ Et detur ei in potu post mundificationem olea:sicut oleum de amigdalis.cum eis que sunt sicut expressum vue:et illud quando euacuati sunt multoties. ¶ Et oportet vt exerciteretur omni mane post expulsionem superfluitatum ab intestinis:et percipiatur eleuare vocem altam:et saliat et luctetur:deinde fricetur:cum ergo sudauerit tunc sumat potum:et post illud inungatur oleis temperatis in calido et frigido humectantib⁹ secundum plurimum confortantib⁹ in primis:ipsi enim indigent in primis confortantib⁹ sicut mirabolani itemque galle cum aceto. ¶ Et quandoque administratur sup eos inunctio ex oleo cum lacte mu lieris. ¶ Et similiter oportet vt fiat eis caputpurgium cum eo quando multiplicatur sicci tas et quando commouetur in eis nausea caueatur. ¶ Et meli⁹ quidem est vt balneentur: deinde inungatur:et quando balneati sunt tunc eorum inunctiones sint sicut oleum myrtinum et masticinum:et oleum de summitatib⁹ vitium et de arsisaban et oleum de costo super extremitates. ¶ Deinde ille qui de eis est medicatus quie scat media hora:et preparetur vomitui cum penna:deinde sumat in potu aliquid de absynthio. ¶ Et fortasse est necessarium inungere eos in balneo cum subtiliatiuis resoluentibus in quibus cadunt ni trum et sulphur et bacce lauri et glutinum carpentariorum: immo synapis et origanum et piper et macropiper et piretrum et staphisagria et sy napis et aloes et calamentum:et emplastrare eos sup iuncturas eorum: immo for

tasse est necessariũ qđ est sicut euforbiũ: et illđ quãdo pcipitur eis vt balneentur ppter resolutionẽ supfluitatũ eoꝝ et ppter sudorẽ ipsoꝝ inunctio enim eorũ est canon in curatione ipsoꝝ: et qñq; iunguntur fricando cũ tyriaca et scellite et alefangiẽ: et fortasse est necessariũ iungere cum huiusmodi in sole calido. ¶ Et melior ablutionum eorum in balneo est aqua in qua decoquitur fenugrecum cũ sapone bono. ¶ Et oportet vt alienet leprosus a coitu penitus. ¶ Res vero que in potu tribuũtur multe sunt: nã de melioribꝫ medicinis ẽ tyriaca minor facta cum carnibꝫ vipere: et tyriaca diatesseron et alasmenã et diasulfur. ¶ Et qñq; fit caputpurgiũ cũ istis etiã: et vt i potu sumãt de trociscis tyri etiã sol' aur.j.in vnc.vini grossi aut passi et trociscis squille iteꝝ. ¶ Et scias q caro vipere et illud in quo est virtꝫ eiꝫ est de nobilibꝫ medicinis ei. et nõ opꝫ vt sit vipera de luto aut littoralis aut de locis humidis: qm in ea ſm plurimũ est parũ iuuamenti. Et de illis que plurime est malitie est illa que sitim facit cum qua est pditio imo eligat mõtana pcipue alba: et abscindant capita earum et caude vice vna subito et tũc si multiplicat cursus sanguinis: et remanent viue: et agitant agitatione plurima tẽpore longo: tũc iste sunt bone et si non dimittant: et que ex eis sunt conuenientes sunt ille ex qbus plurimꝫ currit sanguis et que sunt plurime agitationis: et post decollationẽ mũdificent et decoquant sicut dicemus tibi et comedatur ex eis et iure ipsarum. ¶ Et ex potatione quidem vini in quo moritur vipera aut viuit iam sanati sunt qdã accidẽtaliter aut intentione interficiẽdi ex eo q in potu tribuit vt moriat ille leprosꝫ et q escat: aut qescat ab eo: aut fit illud obediẽdo somno: aut visioni: et sal vipere iuuatiuꝫ ẽ iterũ. ¶ Elixatio aũt vipere ẽ vt sumat vipera abscissis extremitatibꝫ mũdificata a visceribꝫ deide elixet cũ porris et aneto et cicere et sale pauco decoquat cũ aq plima donec dissoluatur: et sumãt ossa eiꝫ: tũc ab ea et mũdet caro ipsiꝫ: et det ad comedẽdũ caro eiꝫ: et sorbeat iusipsiꝫ: et ponant ossa eiꝫ tũc sup micas panis desimila: et fortasse pijcit cũ ea aliqd de pullis colũbarum donec bona fiat. ¶ Et huiꝫ qdẽ regimis iuuamẽtũ fortasse nõ apparet in pncipio deide appet subito: et fortasse añcedit sanitatẽ sepatio rõis dibus aliquot. et signũ appitiõis iuuamẽti eiꝫ: et applicatio ad horã in qua opꝫ vt abstineat ab administratiõe eiꝫ est vt incipiat leprosꝫ inflari: qre inflat deide fortasse pmiscet ratio eiꝫ: postea excoriat: deide sanat. Cũ ergo nõ patit scotomiã nec inflat: tũc iteret sup eũ regimẽ vice alia. ¶ Et de illis q narrata sunt ad illũ est vt sumat serpẽs niger excoriatꝫ et sepeliat donec ieo fiãt vermes et extrahat cũ vermibꝫ suis et exiccet et det in potu illi sup quẽ supfluit lepra ex eo tribꝫ diebꝫ oi die pondꝫ.3.ſ.cũ sirupo de melle. ¶ Et inũctio iteꝝ cũ eo in quo est virtus vipere ẽ iuuamẽtũ ei sicut oleũ in quo decoqt et sicut hoc medicamẽ. ¶ Sumat niger excoriatꝫ: et ponat in olla et fundat super ipsum de aceto forti vnc.viij. et de aqua vn.I. et de capsia humida et

radice dragõtee dẽ v. quoqȝ vnc. ij. decoquaẽ totũ sup igne leuem donec dissoluaẽ serpens: ⁊ coleẽ aqua a serpẽte ⁊ friceẽ cũ ea post abrasionẽ barbe ⁊ capitis: fiat illd trib⁹ dieb⁹. ¶ Et eis qdẽ accidit ex administratione medicinaꝝ viperaliũ excoriatio cutis corrupte ⁊ permutatio carnis et cutis sane: q̃uis inunctio leprosi cũ humectatiuis tẽperatis in caliditate est ex illis que cõferunt in quibusdã horis: cũ vehemẽtior sit siccitas. ¶ Et simil'r facere caputpurgiũ cũ eo qd est sicut oleũ vio. et sit in eo paꝝ olei de lxeiri. ¶ Et iterꝝ sicut adipes rapacũ et bonũ ⁊ volatiliũ: ⁊ sicut cũ oleo de costo aut darsisabã ⁊ oleũ de lilio seruat extremitates: ⁊ illd post mũdificationẽ: ⁊ añ mũdificationẽ nõ iungaẽ oino: qm̃ oppilat poros. ¶ Et de eis q̃ bibũtur ⁊ conferunt eis est almurigili ⁊ medicamẽ asclideni. ¶ Et lac ẽ de cõuenientibus quibus curatur et proprie apd ɔstrictionẽ anhelit⁹ et difficultatẽ ei⁹ ⁊ raucedinẽ vocis ei⁹: ⁊ in tẽporib⁹ q̃ sunt inter euationes. ¶ Et opȝ vt bibaẽ in dispositiõe q̃ mulgeẽ lac: ⁊ lac ouiũ est de reb⁹ magis conuenientib⁹ ei: et opȝ vt bibaẽ de eo q̃titas que digeratur: et si sint contenti eo solo si possibile est: erit iuuatiuũ valde. Et si fuerit necessarium non addatur super ipsum aliquid si possibile est preter panem mundum et alissidebegi cum carnibus arietum et que illis sunt similia de illis que dicemus. ¶ Et quando anhelitus redit ad rectitudinẽ: tũc meli⁹ est vt dimittaẽ lac ⁊ ɔuertaẽ sup res acuti saporis vt vomat cũ eis nõ ꝓpter alid nisi illd: vt euacuetur cũ eo qd dixim⁹: deinde si necesse fuerit redire ad lac fiat vsqȝ ad terminũ p̃dictũ: ⁊ opȝ vt sit hoc regimẽ in anno multotiens. ¶ In flobothomia vero eoꝝ q̃ cõfirmati sunt nõ opȝ vt sit occupatio neqȝ in solõne vẽtris eoꝝ cũ medicina forti: qm̃ supfluitates in eis mouenẽ ⁊ nõ separãtur: imo fiat alleuiatio in declinãdo materias eoꝝ ad intestina: ⁊ administreẽ deforis qd carminet ⁊ resoluat. ¶ Et de potib⁹ ɔueniẽtib⁹ eis est vt sumaẽ acori. vnc. i. ʒ. ⁊ nitri tãtũdẽ ⁊ succi caulis agrestis vsqȝ ad vnc. iij. et misceaẽ totũ ⁊ bibaẽ mane ⁊ vespe. ¶ Et vt sumaẽ eis de limatura eboris põdus. x. sacraiati. ⁊ deẽ eis in potu in. iij. vnc. vini ⁊ butyri. ¶ Aut sumaẽ altbit cũ melle quãtitate nucis: aut sumaẽ de squilla quãtitas decẽ sacraiati cũ sirupo squille inspissato sicut loboc: aut sumaẽ cymini. ʒ. ʒ. ⁊ mellis q̃titas q̃ inspisseẽ sicut loboc: ⁊ succ⁹ calamẽti ẽ eis valde bon⁹ ex trib⁹ obolis vsqȝ ad. vj. ¶ Et oȝ vt vtanẽ piscib⁹ salitis in q̃busdam horis sicut vtunẽ medicina: ⁊ alienenẽ ab acutis nisi ꝓpter vomitũ ⁊ ni si ẽm semitã albecilir in eo i q̃ sumunẽ. ¶ Et q̃nqȝ medicaẽ cũ cauterio disptito sup mẽbra eoꝝ sicut sinciput ⁊ sũmitas capitis: et sup radicẽ epigloti ⁊ duo tpa ⁊ collũ ⁊ iũcturas manuũ ⁊ pedũ. Et dixerũt q̃dã: oȝ vt cauterizenẽ i p̃ncipio timoris lepre cũ cauterio in ãteriore capite vt ɔferat caluariei ⁊ alio iferiore illo: ⁊ apd locũ i q̃ capilli tõdẽẽ ⁊ sup supcilia vnũ: deinde i dextra capitis: ⁊ alid i sinistra ⁊ vnũ posteri⁹ sup nuchã: ⁊ duo apd duas ɔmissuras corticales ⁊ vnũ

sup splenē et sint cocture ille cum cauterijs lenib' minutis: et qn̄ cauterizaē sup caput opꝫ vt perueniat vsq ad os donec excorieē os saltē vicib' plurib' postq̄ ꝯseruatur applicatio illi' ad cerebrū ſm suā corrūpētē ꝯplexionē eius. Nā stolidi qn̄q interficiunt cū hoc cū nō alleuiantur manus ipsorum.

¶ De modo medicinaꝝ conferētiū ꝯpositarū. Cap.4.

De quib' sunt albedarūgiz albe qđ stat in loco carnis vipere in hac egritudine: et de illis est medicamē alsulēdati: verū bedarūdi hn̄t descriptionē magnā quā dixerūt indi et experti fuerūt ipsum. ¶ Et de ei' mō est vt sumātur myra. nigroꝝ et scenitaragi indi amboꝝ.ʒ.x. macropipis.ʒ.v. been albi.ʒ.ij.v. teranē et liniātur cū butyro vaccino et ꝯficiātur cū melle: et fit potio ab vno auē. vsq ad.ij.ʒ. post mūdificationē corpis. Si aūt sumatur de eo cuꝫ equali mēsura sui de diamusco non timebitur eius malitia: quoniam ipsum est eius bezahar.

¶ De modo ꝯfectiōis nominate bderauilia maioris. Ca.5.

Et est almebaran ꝯferens lepre et baras et morphee et impetigini et aq̄ citrine et pruritui et scabiei antiq̄ et ꝯfirmat rōnē et destruit obliuionē: et est bonū ꝯseruationi ꝯferēs sincopi: et hoc medicamē fecerūt sapiētes indi regibus suis. ¶ R. myra. belliricoꝝ et emblicoꝝ et tapsie omniū. an̄.ʒ.xiiij. nucis muscate et corticū thuris et meu et fu. et pipis et macropiperis et felgamonati et narchaisar et neremisch et ꝯdisi et succi sq̄lle et folij indi oīꝫ. an̄. auē. viij. et albes barij boni auē. iiij. teranē medicine et cribellenē et teratur albes solū. Et q̄ terit ipsum oppillet nasuꝫ suū et nares suas et inungat eas an̄ illđ cū butyra vaccino: et veniat eius trituratio sup medicinas: et sumāē de penidijs alarmu et alsahan emine.ij. et.v. de baldac. teranē et pijciāē in ollā nouā. et pijciaē desup de aqua cū mēsura qua soluātur: et qn̄ liq̄fiūt: remoueātur ab igne et pulueriꝫenē desup medicine et ꝯficiāē cū eis bene: deinde fiāt ex eis forme similes auellanis: quaꝝ vna q̄q fit vn' auē. et deē in potu oī die. i. in ieiunio cū aqua tepida aut vino.

¶ De modo ꝯfectiōis alsulendati. Capit.6.

Et est medicamen indū magnū in via albe de rauilui: et ipsum cōfert iteꝝ ad casum palpebraꝝ et albedinē rapilloꝝ et asma et tremorē cordis et tēperat appetitū et fluxū ventris superfluū et hydropisim et icteritiā et paucitatē seminis et fistulas et canitiē senū: et cōfert pruritui et vlcerib'. ¶ R. alsulendati mūdate ablute ducētos sexaginta auē. Et alsulēdati q̄dē est vrina hircoꝝ mōtanoꝝ: et illđ est qm̄ ipsi mingūt dieb' estuatiōis sue super lapides in mōte q̄ nominaē alsulēdati: et denigranē lapides: et fit sicut pix pinguis subtilē et myra. belliricoꝝ et emblicoꝝ et piperis et macropipis et lauri et nucis muscate et cinami et masticis et xiloaloes et darhele et spodij et attemet et burūgi et merēis oīꝫ. an̄. auē. iiij. bdellij. 200. et. 60. auē. et zuccari tarbaꝫet. 134. auē. et auri rubei et argenti meri et eris rubei

rferri r allobonocr alfelud oim añ.auſ.100.cõburanſ mineralſa r terãtur r triconizenſ cũ medicinis et miſceantur oia cũ melle et bu tyꝛo r reponãtur in vitreata viridi: cui⁹ doſis ſit duoꝝ aũreoꝝ cũ la cte capꝛino aut aqua tepida: et addãtur in eo de melle deſpumato auſ.37.r butyꝛi auſ.34.qm̃ ei⁹ decoctio erit bona: verũtamẽ creſcit r peruenit ad finem in.xxj.die.

¶ De modo aduſtionis alfelud. Cap.7.

Malleando fiant lamine de ferro: deinde decoquãtur myrabo lani belliri. r emblici r coleſ aqua eoꝝ et ponãtur in vas eris et accẽdatur ſub eo ignis leuis et calefiat alfelud donec rubeat et ignituz ſubmergatur in illa aqua: deinde redeat ad ignem r rubeat cũ ergo rubuerit: ſubmergatur iteꝝ in illa aqua r fiat illud.21.vice: deinde coletur aqua illa r ſumatur fex in qua reſidet aliquid de fe lud: deinde reducatur vas ſuper ignem et ponaſ in eo vꝛina vacce r igniaſ ferrũ r ſubmergaſ in ea iteꝝ.21.vice. r ſumaſ iterũ fex ei⁹ do nec remaneant de fece ei⁹ aur.viij. r ſimiliter fiat de ere donec com pleantur ex eo iterum.viij.auſ.

¶ Argentũ vero limeſ cũ lima donet fiat ſicut terra: deĩde decoqua tur cũ aqua ſalis in cocleario ferreo donec aduraſ bene: ſi aũt non aduritur: pꝛoijciaſ in coclearium parum ſulfuris citrini qm̃ ꝯbure tur: r ſumãtur de eo.viij.aur. r totũ illud ſit tritũ r cribellatũ.

¶ Auri vero combuſtio eſt ita. opꝫ vt aurum limetur donec fiat ſi mile terre r ſit cũ eo aureus vnus ex amiocb r remaneat cum auro donec liqueſcant vtraq; ſimul: deinde dimittatur per hoꝛam vnaz deinde limeſ iterum r addatur ſuper ipſum aur. vnus ex alamiocb: et limetur iteruz cũ lima. deinde friceſ in cocleario r fundatur ſup ipſum aqua ſalis r ferueat donec cõſumatur aqua r remaneat aurũ r alamiocb. deinde teratur in moꝛtario bene donec ſicut puluis. et miſceatur cũ medicinis. ¶ Mũdificatio aũt alſulẽdati eſt ſm̃ hũc modum: ſumatur de aqua albaſce r vꝛina vacce: pꝛoijciãtur ambe ſuper alſulẽdati in vaſe nouo in tãta quãtitate q; ſubmergãt ipm̃: r ponatur in ſole calido hoꝛa vna: deinde fricetur vehemẽter et co letũr aq̃ ab eo in vaſe nouo r ponatur in ſole tribus diebus: deinde coletur et ſumatũr fex ei⁹ ſpiſſa: deinde ſumãtur aq̃ albaſce r vꝛina ſup alſulẽdati: r pulueriʒeſ ſicut pulueriʒata fuit pꝛius: et fiat illð tribus vicib⁹: deinde ponatur in ſole.21.die donec ingroſſetur: r fiat ſimilis melli r denigretur ſicut pix.

¶ De modo alſulendati minoꝛis. Cap.8.

Et iuuamẽta eius ſunt ſicut iuuamẽta maioꝛis. ℞. alſulẽdati colate partẽ vnã et alcoꝛ partes.iiij. teratur alcoꝛ r miſceatur cũ eis quãtũ eſt pondus eoꝝ de melle r quãtũ ipſum eſt de ʒuccaro r q̃tũ eſt medietas mellis de butyꝛo vaccino: r reponatur in vitreata r doſis eius ſit auſ.1.cũ lacte vaccino tepido.

¶ Modus medicamenti cõferentis lepꝛe. ℞. myꝛa. nigroꝝ mũda

torum 7 myrabo. citri. mūdatorū 7.ʒ3. oīm an. ɼ. ameos. ʒ. v. althie botribus deguarich: aque deguarich 7 aldeguarich est quatuor libras debaldach donec ɔsumant due tertie 7 remaneat: deinde exprimatur 7 coletur 7 proijciatur super colatum de melle quod sufficit ei 7 detur in potu de eo libr. j. 7 inūguatur super totum corp' infirmi butyrū vaccinū: 7 sedeat in sole donec sudet 7 precipiatur vt ambulet post illud. 70. passibus: 7 iaceat aliquando super latus suum dextrum: 7 aliquando super latus suum sinistrum: 7 semel super ventrem suum: 7 semel super dorsū suum: et cibetur pane 7 melle quantitate abbreuiata. vij. diebus ita vt liniantur ei medicine omni die.

¶ De modo epithimatis lepre. Ca. 9.

Sumatur serpens niger excoriatus et decolletur 7 ponatur in vas 7 fundatur sup ipsū de aceto forti. ℥. viij. aque. ℥. j. 7 alseitaragi hūidi 7 radicū dragōtee ābo℞. an. ℥. xij. decoquat sup ignē leuē donec decoquatur serpēs: deinde coletur cū panno 7 separent ossa a carne: deinde ponatur fex in vase vitreo. Cum ergo volueris curationē precipe ei vt radat pilos superciliorū 7 caput 7 lini desup ex illo tribus diebus. ¶ Modus epithimatis alterius. ℞. staphisagrie 7 myra. nigrorum mundatorū 7 emblicorū omnium. an. partes j. fricētur cū oleo antiquo 7 liniatur cū eo latus vel locus postq̄ abluitur cū decoctione senticis turionū 7 balaustie: 7 iterū ɔburantur myrabolani 7 galle 7 liniantur desuper cū aceto. ¶ Cibi aūt eorum sunt omnia que sunt velocis digōnis boni chimi sicut carnes volatiliū notorū. s. earū issedebegi 7 pisces humidi leuis carnis cū spēb' q̄ sunt necessarie 7 melior cibus eorū est panis de simila mundus: et panis candarusij 7 sorbitiones facte ex eis 7 olera hūida: 7 est necessariū vt pmisceant cū eis q̄ sunt sicut sicla 7 raphan' 7 porri. Et nō opꝫ vt negligatur administrare incissiua 7 proprie ante mundificationē: sicut capparis 7 feniculū 7 porri: ista eñ mundificāt eorū cibos a superfluitatibus: 7 preparant superfluitates expulsioni. Cum ergo administraueris medicinas laudabiles: tunc administra etiaꝫ hoc regimē: 7 pisces saliti in hoc capitulo sunt valde boni eis: 7 nos promptiores sumus super ista cum volumus vt faciamus eos vomere aut ventrē eorum soluere. ¶ Et caulis confert eis cum proprietate sua: 7 panis cum lacte 7 melle 7 fic' 7 vua 7 passule 7 amigdale torrefacte 7 cartami 7 pinee: 7 que fiunt ex istis cōferūt eis. ¶ Et opꝫ vt comedat in die bis secundum mensuram digestionis. Nam semel comedere nocet eis 7 non bibat vinum cum excitatur egritudo nisi parum: 7 cum quies est egritudinis bibat de subtili quod non est antiquum quantitate temperata consueta: 7 quando cadunt pili superciliorū ex supercilijs 7 similium tunc fiat curatio cū cura alopitie: 7 reliquorum que dicemus in libro decorationis.

¶ De modo epithimathis alterius. Ca. 10.

Sumatur staphisagrie et myrabol. nigrorum mūdatorum et emblicorum omnium añ. pars .j. et frigantur cum oleo omphancino et liniatur cum eo locus postq̄ ablutus est cū decoctione senticum et balaustie. Modus alius: comburantur myrabolani et galle et liniātur cum aceto desuper.

Fen quarta de solutiōe cōtinuitatis: et est preter id quod pendet cum fractura et algebra. Et est quatuor tractatus.

Tractatus primus de vulneribus in mēbris.

Sermo vniuersalis de solutiōe cōtinuitatis. Ca. j.



Iam ostendimus in libro primo species solutionis ↄtinuitatis ƀm modos q̄ necessarij fuerunt in loco isti illi: et volum⁹ nūc innuere summas de specieb⁹ earū: quas opʒ nobis eē notas ante illud quod volum⁹ declarare. Dico ergo q̄ nos conamur in quibusdam membris quorum continuitas est soluta vt redeat eorum cōtinuitas sicut fuit: et illud sicut in carne: et conamur in quibusdam eorum vt remaneat contactus eorū cum conseruatione: licet non redeat ipsorū ↄtinuitas et illud nisi in ossibus puerorum et infantiū. In eis q̄nq̄ enī speratur reditus ille. De neruis vō et venis dixerūt quidā medicorum q̄ non redeūt ↄtinuitati: immo fortasse remanet in eis cōtactus conglutinationis ↄseruatione currēte sup eos et coniūgit eos. Et dixerunt quidā q̄ illud non puenit nisi in arterijs solis. Gal. vō iam contradixit eis istud et dixit: immo q̄nq̄ incarnantur arterie per testimoniū experientie: et cū cōcessione rōcinationis. Testimonio vō qm̄ nos iā vidim⁹ arteriā que est sub basilica et caput arterie tpis et cruris incarnari. Et cōcessiōe q̄ ē ex rōcinatiōe quoniā os est extremitas in duritie et nō incarnatur nisi parū in infantib⁹ et caro q̄ extremitas in lenitate incarnaī: sʒ vene et arteria sunt medie inter ossa et carnē: quare opʒ vt sit earū dispositio inter carnem et ossa ergo sunt minus recipientes incarnationē q̄ caro: et facilius suscipiētes eā q̄ ossa: et incarnanī q̄n sectio ē minima et parua: et corpus est humidū et leue: et nō incarnatur in diuersificato ab eo: et hic ē modus dispu tationis rhethoricus vel theoricus: et illud in quo cōfiditur est experimentum.

De summa de vulneribus in membris. Ca. 2.

Membra in q̄bus cū cadit vulnus magnificatur eius nocumētum et interficit ƀm plurimū et fortasse non interficit nisi raro sunt sicut vesica et cerebrū et renes et intestina minuta et epar q̄uis sit

possibile vt saluetur sup ea cũ est leue. In corde autẽ non sperat sa lus cũ in eo accidit vuln⁹. ¶ Et plurimũ ille cui accidit vuln⁹ in vẽ tre suo cũ accidit ei nausea aut singultus aut solutio ventris mori tur. Et quando vulnus est in loco in quo opʒ vt vehemẽs fiat dolor et apostema sicut sunt capita lacertorum ꝛ posteriorꝫ ꝛ proprie illo rum qui sunt neruosi: ꝛ non accidit apostema significat illud nocu mentum intrinsecum ad quod ↄuertuntur materie: ꝛ nõ ꝑueniunt ad vulnus. ¶ Et opʒ vt tu obserues illud qđ dicemus in. c. vlcerum de iudicijs in quibus ↄmunicãt vulnera ꝛ vlcera: ꝛ postposuimus ea vsqꝫ illud attendentes ad illud quod est conueniens.

¶ De sermone vniuersali de cura vulnerum. Ca. 3.

Vulnus carnosuʒ nõ euacuat quin aut sit sectio plana recta: aut sectio rotũda aut hñs latera: aut sectio cũ diminutiõe ali quãtule carnis: ꝛ qñqꝫ est profunde penetrãs ꝛ qñqꝫ discoopertũ: et vnicuiqꝫ eorꝫ est regimẽ: ꝛ ↄmunicãt oĩa in retẽtione sanguinis cur rẽtis viã posuimus ad illđ ca. ¶ Et fortasse cursus sanguinis q̄ti tate tẽperata ↄfert vulnerib⁹: ꝛ ꝓhibet apa ꝛ oppilationẽ ꝛ febrem. Nã de melioribus cũ quib⁹ intendimus in vulneribus est vt ꝓhi beamus eorꝫ apationẽ: qm̃ qñ nõ accidit apa possibile est vt eius fiat curatio: verũ cũ illic est apa aut attritio aut ↄtusio aggregatur in vacuitate eius cuʒ vulnere sanguis q̃ vult fieri apa aut pus: ꝛ nõ est possibilis curatio vulneris: ꝛ dum nõ preparatur illđ: tunc curet apostema. Et si retinet in ↄtritiõe sanguis tũc nõ fit securitas ꝙ ipsi⁹ resolutio festinet si fuerit ei q̄titas qua sit curandũ ꝛ tẽsio ꝛ il lud cũ ↄuersione in pus ꝛ resolutione ipsius: ꝛ illud fit cũ oĩ calido le ui de illis q̃ tu scis. Et ꝓpter hoc opʒ vt adiuuetur cursus sangui nis qñ abbreuiatur. Cũ ergo sectio est plana recta de qua nihil ce cidit: sufficit in regimine ei⁹ strictura ꝛ ligatura ꝛ ꝓhibitio sangui nitatis ꝛ aquositatis ab ea: ꝛ ꝓhibere ꝙ aliqua rerũ cooperiat eã neqꝫ pilus neqꝫ aliud postq̄ tu ↄseruaueris ↄplexionẽ mẽbri ꝛ solici tu sfueris in hoc ne attrahat ad mẽbrũ nisi sanguis naturalis. Et fuerit magna ita vt nõ ↄcurrãt extremitates ei⁹ qm̃ sunt rotũde elõ gate aut diuerse figure aut iã destructa est ex ea caro pauca nõ plu rima tũc ei⁹ cura est futura: ꝛ ꝓhibitio aggregationis humidita tis in ea cũ administratione exiccantiũ repercussiuorum: ꝛ admini stratione subtiliantiũ que dicemus: ꝛ si fuerit profunda: tũc strictu ra etiã facit eam adherere multotiẽs ꝛ nõ est necesse detegere eã si est possibile illud: ꝛ illud est quando non ↄfert strictura cũ ligatura firmã seam ꝛ fortasse necessariũ est detegere eam sicut ostendam ꝛ ꝓ prie vbi nõ cadit strictura bona super radicem profundi: quare ef funduntur ad ipsum materie propter debilitatem eius ꝛ dolorem q̃ necessarius est ꝛ propter dispositiones quas dicam in cap. vlcerum Et si est necessariũ vt detegatur nõ erit excusatio quin ponatur co tum ꝛ quod currit cursu eius super eius orificiũ exiccans ipsum pro prie vbi strictura non cadit super radicem sicut diximus: aut ẽ ei⁹

preparatio talis q non est possibile materiã malã effũdi ab ea. Et est in ea os aut concauata est et facta est fistula et sit in ea humiditas mala valde: et est tunc in iudicio vlcerũ non vulnerũ. Et dixit sapiẽs q vulnus non indiget nisi ligatura aggregante labia qñ queritur adherentia et incarnatio: verũ si fuerit necessariũ vt nascat in ea caro tũc non est in eo necessariũ illd: sz est necessaria aliqñ ligatura cũ qua effundat sordities ex orificio eius: et aliqñ ligatura sit tali mẽsura qua retineat medicamẽ desuper. Inquit et sufficit vt sit orificio vulneris locus ex quo effundatur sordities semper per naturã: aut ita vt cadat pforatio illuc ãt vt tu figures ipz cũ illa figura. Ego eñi iam sanaui vuln᷒ magnũ cuius pfundũ erat vbi est genu et ipsius orificiũ in coxa preter q fecerim et in orificiũ aliud inferius apud genu Sed preparaui coxã tali preparatione q pfundũ fuit superi᷒ et orificiũ inferius quare sanatũ est absq perforatione in inferiori pte: et silr qñq suspẽduntur brachiũ et palma et alia taliter q orificiũ semp est inferius: hic est ergo sermo eius. ¶ Et dico q fortasse tibi cadet vulnus vt tibi erit necessariũ incidere cplete et secare mẽbrũ. Cũ aũt ex vulnere abscinditur caro plurima tũc necessaria sunt ea q carnẽ nasci faciũt: et non sufficit illud qd exiccat et phibet. Et fortasse nocet exiccatiuũ et prohibitiuũ ex parte qd repellit materiã ex qua nascitur. ¶ Et qñq est pfunditas et diminutio ossiũ taliter q non est possibile vt nascatur cplete: quare remanet pfundũ: sicut qñq accidit vt nascat plus q̄ sit necesse: quare est caro addita. ¶ Et opz vt cibet eger q vult vt nascat caro in vulnere suo cibo laudabili boni chimi: et quãdoq est illud qd facit nasci: ita q possibile est ei vt faciat nasci carnẽ: cutẽ vo nõ facit nasci cũ iam abscissa est totaliter immo non facit nasci loco eius nisi carnẽ durã supra quã nõ nascitur pilus: venarũ aũt rami multotiẽs eminẽt et nascũtur sicut caro. Et de vulnerib᷒ sunt quedã hñtia timorẽ sicut vulnera cadẽtia in neruis et extremitatib᷒ lacertorũ: et dicã ea in. c. dispõnũ neruorũ et multotiens sequunt ea accidentia mala sicut illud qd sequitur vulnus extremitatis lacertorũ de alteratione coloris et casu pulsus post spissitudinẽ et paruitatẽ et perducit ad sincopim et casum virtutis: et qñq sequitur ea spasmus. Et silr illa q cadũt ante genu apd rotulã qñ sequunt ea accidentia mala et sunt permanẽtia a quibus parũ liberantur. ¶ Et qñ accidit spasmus ex huiusmodi vulneribus lacertosis et nõ recipit curationẽ: tũc curatio est incidere lacertũ in latitudine: et est voluntas vt destruatur operatio lacerti: verum illud est de illis q oportet vt postponantur quantũ est possibile. ¶ Et curet spasmus et permixtio rõnis cũ re alia preter eã: et sicut vulnus geniculi et fortasse enim necesse est vt ponatur cũ sectione dura: et vt sit festinatio in apatibus ei᷒ et vlceribus ipsius et vulneribus cũ flobothomia et solutione vẽtris: et phibitione incarnationis donec mundificentur mundificatione vltima: deinde incarnentur.

¶ De cognitione eius qđ facit nasci ꝛ qđ incaruat ꝛ qđ sigil lat ꝛ qđ corrodit ex medicinis. Cap.4.

Medicamen faciens nasci carnē est illud quod coagulat sanguinem sanum in carnem. Quod si fuerit exiccatio ei vehemens prohibet sanguinem venientem: quare non habebit materiam caro. Et si est ei absersio vehemens remouet eū ꝛ facit eū currere: quare cōsumit materiā inuentam carni. ergo oportet vt non sit ei plurima exiccatio: immo vsqꝫ ad terminū neqꝫ absersio fortis valde: immo absersio pauca in tanta quātitate vt abstergat sorditiē absqꝫ mordicatione ꝛ nō indiget stipticitate de qua est curandum. ¶ Et opꝫ iterū vt sit in caliditate ꝛ frigiditate in ꝯplexione sua si fuerit separata: cū ꝯtrario: ſm quātitatē separationis: ꝛ si nō fuerit sepata separatione de qua curetur: tunc assimiletur calido valde calidum valde: ꝛ frigido valde frigidum valde. ¶ Et obseruetur iterū impressio medicine in loco vt opponatur ei si supfluit in malitia ꝯplexionis. ¶ Medicine aūt incarnatiue sunt ille que aggregāt inter duo elongata: ꝛ nō opꝫ vt operētur nisi in superficieb⁹ amborū faciētes adherere iter ea vtraqꝫ cū rore qui est in substātia ambor: ꝛ si fuerit sanguis pur⁹: tūc est illud qđ exiccat sanguinē plurimū sufficiēs cū eo in adherētia cū exiccatione vehementi veloci anteqꝫ fiat pus ꝛ nō firmatur ei illud nisi fuerit cū eo supfuitas virtutis in exiccādo. ¶ Verū opꝫ ne sit abstergens: qm̄ absersio est cōtraria intētioni q̄ est in eo: qm̄ intētio in eo est ponere illud qđ colligit de sanguine nutrimentū ꝛ adherētiā: ꝛ abstergēs abstergit illū sanguinē: quare dispartitur ergo ꝯsumit materiā qua expectat ꝯglutinatio. ¶ Et non indiget diminutione in exiccatione: sicut indiget ea illđ qđ facit nasci. Qm̄ faciēs nasci indiget vt currat ad ipsuꝫ materia et illius materiei cursum ꝓhibet exiccatio: et incarnatiuū nō indiget: immo indiget incarnatiuū exiccatione fortiore et pauca stipticitate. ¶ Consolidatiuū vero sigillatiuū vehementius indiget stipticitate qꝫ illa duo: qm̄ est ei necessariuꝫ vt recuperet qđ est per naturam vehementioris exiccationis. s. cutem: et qm̄ indiget vt exiccet humiditatē extraneam ꝛ radicalem vehemētem. Et illud quod est ante ipsum eget vt exiccet humiditatem extraneam exiccatione plurima et radicalem cū mensura que conglutinet ꝛ ingrossetur ꝛ non minuatur ex substātia. ¶ At corrosiua diminuens carnem opꝫ vt sit vehementis absersionis valde.

¶ Et illud quidem quod est rectū in curatiōe vulnerū quādo perforantur: est vt non approximet eis aqua. Et si fuerit necessarium et non suffert eger a balneatione: oportet vt ponatur super ea de emplastris ꝛ de panno infuso cū oleo ſm modos ligationis ꝛ non permittatur aqua peruenire ad ipsum.

¶ De perforatione vulneris ꝛ aliorum cum opꝫ vt discoperiatur. Cap.7.

Dixit Sal. Op3 vt feces ex loco eius vehemētioris eminentie: et vt inclines ipm: et nō sit tractus perforatio nisi ad partem ex qua est possibile currere pus ad inferiora. ¶ Et vt obseruent in pforatiōe alesuirati et ruge fm modū quē diximꝰ in cap. vulnerū et ou bellet nisi in eisque excepimꝰ. In eis vero q̄ sunt sicut inguina et subascelle: op3 vt vadat perforatio cū cute in natura. ¶ Deīde ponātur de sup exiccatiua absq3 mordicatiōe de illis q̄ sunt posita in tabulis medicinarum singulariū: et puluis olibani melior est in eis q̄ olibanū: qm̄ illud est vehemētius stipticū. ¶ Et rectū quidē est in curatione vulnerum cū perforātur ne approximet eis aqua: et si fuerit necessariū: et eger nō suffert a balneatiōe: tūc op3 vt vulnꝰ occultet sub emplastris cōuenietibꝰ tectis cū pannis infusis cū oleis fm modū cooperture q̄ separat inter aquā balnei: et humiditatē eius inter vulnera: aut ingeniet ei aliquod ingeniorum possibilium in ipso.

¶ De regimine vulnerum habentium apostema et dolores. Cap. 6.

Necessariū est in huiusmōi vulneribus alleuiare dolorē: et credere q̄ vulnus nō ꝯsoli datur oīno dū apa non sedatur. ¶ Et illud q̄dē non ꝯpletur nisi cū eo in quo est exiccatio et infrigidatio in principio rei: et mollificatio in secūdo: et administret in eo cura apostematū oīno. ¶ Et qd̄ est ppriū in hoc cū cōitate sui iuuamenti in omni mēbro a capite vsq3 ad pedes est vt sumat granatū dulce et decoquat cū vino pōtico et emplastret cū eo locꝰ. ¶ Et op3 vt obserues illud ad qd̄ ꝯuertitur dispositio apatis sicut si tu administraueris vnguētū nigrū et videris vulneris rubore vehementē fieri et vesicari declina ad infrigidātia et ad vnguentū album. Et si videris ipm mollificari aut indurari: et tu iā administrasti albū: administra nigrum et alia.

¶ De regimine vl'i in vulneribꝰ viscerū interius. Cap. 7.

Intentio in eo qd̄ existimamꝰ q̄ est fissura aut disruptio interius est vt incarnet et nō dimittat sanguis ꝯgelari in interioribus ita vt phibeatur fluxus sanguinis. ¶ Et medicine ꝯferentes in vtrisq3 intentionibus primis sunt sicut vestimēta qñ decoquunt in aceto: aut detur in potu de cētaurea maiore pōdus. ʒ. ſ. et terre sigillate in hoc inest curatio magna. ¶ Illd aūt qd̄ in potu sumit cā fluxus sanguinis est sicut dauich. iij. et. 5. de semine iusquiami al. cū aqua mellis et reliq medicine p̄dicte in phibitiōe sputi sanguinis et fluxus sanguinis. ¶ De vulnere aūt et fissura apparētibus dixit sapiēs q̄ in dispōne mirach ventris donec egredi ant quedam intestina: oportet vt scias quomodo applices intestina et intromittāt. ¶ Qd̄ si egrediat aliquid de zirbo oportet vt scias an sit necessariū vt ligetur cu3 ligatura firma aut non: et an suatur vulnus aut non: et qualr̄ sit in via suēdo ipsum. Et Sal. quidē dixit anathomiā almirach. et diximꝰ nos ipm in anathomia. ¶ Et ppter illud quod iam


dixim⁹ in anathomia loc⁹ illorū est minoris timoris cū disrūpit̄ q̄ locus aluourati. Et aluourati q̄dez est mediū corpis vtriusq̄ lateris mēsura quatuor digitoꝝ ab alborati .i. vmbilico. ¶ Inq̄t. Q̄m fissura cū accidit in loco alborati egrediūtur cū ea intestina plus et reditus eoꝝ in ea est difficilis. Et illud ideo: quoniam res que tenet eam non est nisi duo lacerti descēdentes in longitudīe corpis q̄ ptēdūtur ex pectore vsq̄ ad ospectinis: ꝛ pp illō q̄n disrūpit vn⁹ hoꝝ duorū lacertoꝝ opꝫ vt egrediat̄ ps itestinoꝝ ꝛ augmētat̄ inde disruptio Et illō iō q̄m lacerti q̄ sunt in vtriusq̄ ilijs plus coartāt ipm: veruꝫ est ei in medio lacert⁹ fortis ꝯtinēs ipꝫ. ¶ Si aūt ꝑpareṫ vt sit disruptio magna egredieṫ nūeratio intestinoꝝ: q̄re erit eoꝝ itermissio vehemētior ꝛ difficilior. In vulnerib⁹ aūt puis si nō succurrat̄ cū intromissiōe itestini iflat̄ ꝛ igrossat̄: ꝛ istud pp illō q̄ gn̄at̄ i eo de vētositate: q̄re nō igredit̄ ex illa disruptōe. Et pp illō saluiora vulnera accn̄tia in mirach disrūpētia sunt illa q̄ sunt equalis magnitudīs. ¶ Inq̄t. Et indigēt illa vulnera reb⁹ q̄ttuor: quaꝝ p̄ma ē vt reducatur itestinū apparēs ad locū q̄ est ei ꝓpri⁹: ꝛ secunda vt suat̄: ꝛ tertia vt ponat̄ sup ea medicamē ꝯueniēs: ꝛ quarta vt sit sollicitudo ne ꝓueniat alicui mēbroꝝ nobiliū ꝓpter illō timor. ¶ Pone ergo q̄ sit vulnus tante q̄ntitatis vt nō possimus ꝓpter puitatē eius intromittere intestinū procedēs ab eo. Et q̄dē est nobis necessariū vt resoluam⁹ illā vētositatē: aut vt dilatem⁹ ipsam disruptionē: et vt dissoluam⁹ vētositatē est meli⁹ si poīe est in ea. ¶ Et cā quidē in inflatione intestini est frig⁹ aeris: ꝓpter illud ergo opꝫ vt submergat̄ spōgia in aqua calida ꝛ exprimas ipaꝫ ꝛ vapores ipm: ꝛ vinū stipticuꝫ, q̄n calefit ēt est iuuatiuū in hoc loco: et illud q̄m calefacit pl⁹ q̄ sit calefactio aq̄ ꝛ ꝯfortat intestinū. ¶ Q̄ si hec cura nō resoluit inflationē intestinoꝝ: tūc administreṫ amplificatio vulneris. Et ꝯuenietius instrumentoꝝ ad hāc sectionē est instr̄m q̄ cognoscit̄ ad pforādas fistulas. Cultelli aūt pforādi acuti ex duab⁹ ptib⁹ facti ad caput caueātur. ¶ Et rectior figurarū ꝛ p̄paratio in infirmo est vt si fuerit vuln⁹ lesum vadēs ad ptē inferiorē sit figura ꝛ p̄patio ad supiorē. Et si fuerit vuln⁹ vadēs ad supiorē: figura ꝛ p̄paratio vadāt ad inferiorē. Sit ergo intētio tua quā intēdis in vtrisq̄ rebus simul vt nō cadāt reliqua intestina sup intestinū cui⁹ inferi⁹ appet. ¶ Et cū tu posueris hāc tuā intētionē: scias q̄ si fuerit vuln⁹ in pte dextra: tūc oportebit vt scias egrū declinare ad ptem sinistrā. Et si fuerit in pte sinistra facies eū declinare ad dextrā: ꝛ sit intentio tua semp vt ponas ptē in qua est vuln⁹ altiorē parte altera: hec est enim res que est cōis oibus istis vulnerib⁹. ¶ Cū ergo seruant̄ intestina in locis suis q̄ sunt eis ꝓpria postq̄ reducta sunt ad vētrē cū vulnera sunt magna: tunc necessari⁹ est minister edoctus. Et illud iō q̄m opꝫ vt teneat locū illius vulneris totū manu sua deforis ꝛ colligat ipsum et aggreget et deteget de eo aliquid ministro suenti ipsum et

tat membrum. ¶ Et vbi fuerit vlcus non appropinquet ceratum: et fortasse est necessarium illud in quo est fortitudo et resolutio sicut oleũ et mastix et ammoniacũ. ¶ Et ad vltimũ cũ ligamẽtũ administra tur et fractura est recẽs siue nondũ apostemat: tũc opz vt sit ex linorũ frigidatiuũ repcussiuũ: et fortasse sufficit vt liniat cũ aq̃ et aceto: et fortasse administratur cũ cerato et similib' de illis q̃ narrauim'. ¶ Et si administrat post apostema tũc meli' est vt sit ligamẽtũ ex lana q̃ sit infusa in oleo resoluẽte apa et liniẽte ipm: et fm oẽm dispositionẽ in ligamẽto sup qd ponit ceratũ desubt' est securatio a cõmotione doloris: et pprie qñ medic' nõ est presens. Cuz ergo accidit dolor succurritur cũ solutiõe et ligatione. ¶ Et non opz vt administret ceratuz: et proprie qñ est illic vlc': fortasse eñ attrahet ad mẽbrũ putredinez: et ponatur loco ei' vinũ nigrũ: et plurimũ quidẽ fracture associatur vlc': q̃propter opz vt elõget ceratũ et sit sufficiẽtia in vino stiptico in quo infusus sit puluill' lõgus: et nos quidẽ ponem' de epitbimatib' fracture capitulũ singulare. ¶ Et cũ iceperis cũ ligamẽto a loco exigẽte tũc inuolue ipm inuolutiõibus q̃s addes fm additionẽ magnitudinis fracture et ptem eaz fm diminutionẽ ei': et fm apa si fuerit apparẽs: deiñ reduc ipm ad illũ locũ: deiñ vade at vsq3 ad locũ sanum hoc ẽ ergo ligamẽtũ pmũ. ¶ Deiñ fac pñs ligamẽtũ scdm et inuolue ipm sup fracturã bis aut ter: deinde fac ipm descẽdere ad inferiora mollificãdo paulatim: postea fac esse presens ligamentũ tertiũ: et fac similiter ad superiora: et tũc facies ligamenta esse paria ad expellẽdũ superfluitates a membro et ad rectificãdũ ipsuz sup intẽtionẽ in preparatiõe hui' ligamẽti. ¶ Et nõ sis supfluus itez in elõgãdo stricturã in vtrisq3 laterib': qm fit mẽbrũ oppilata z venaz nõ suscipiẽs nutrimentũ: et fortasse cõtrahit: et qñq3 nõ fit ita: immo incipit cũ ligamẽno ascẽdẽdo deinde sequit cũ ligamẽto descẽdẽdo: deiñ cum ligamento incipiẽte ab inferiori pte ligamenti inferioris ad superiorem ptem ligamenti ascendẽtis: quasi ipm sit cõseruãs duo ligamẽta et ponatur vehementior strictura eius apud fracturã: et intẽtio q̃dez in vno duoz ligamẽtoz est cõtraria itẽtiõi in ligamẽto q̃ q̃rit attractio materiei ad mẽbrũ q̃re stringit sub mẽbro cũ lõgitudine ab eo. et nõ cessat mollificari inuolutio et est ligamẽtum diuersificãs. Ista ergo sunt ligamẽta q̃ sunt sub astellis: et hec sunt ligamenta que sunt supra astellas. ¶ Ligamẽtũ %o superius opz vt sit ita vt ponat mẽbrum sicut frustum vnum cui non sit motus et prohibeat torsionez. ¶ Et cum fractura est in latitudine complete fit necessarium vt ligamentum sit equalis commixtionis et stricture: et si fuerit plurimuz fracture ad partem vnam et est ex fractura oportet vt sit sollicitudo vehementior super latus in quo est fractura plus: et non oportet vt diuersifices super eam figuras ligamenti faciendo figurã post figurã: quoniã illud corrumpit illud quod cõfortauit restauratio. ¶ Et dolorem quidem facit incurrere cõtorsio que fortasse accidit in ore et

strictura ligamenti spasmās: nā si constringit facit dolorē: et cū mol lificatur torquetur. ¶ Et Hyppo. q̄dē facit esse rectū vt soluat ligamentū vna die et vna die nō: illō eni est meli⁹ vt non irascat infirm⁹ et nō approximet ei cū palpatiōe ei⁹ et ipsius fricatiōe ꝓpter illō qd̄ necessariū est vt ꝑueniat ad mēbrū de humiditate subtili impediente q̄ fortasse ꝯuertitur in virus. ¶ Et magis conueniens horarum consuetudinis bonitatis ligamenti et conseruationis eius ſm conditiones p̄dictas: est post fracturā per dies viginti: nā illud est hora inceptionis alrosboth rubei. deinde quādo adheret os et non stringatur valde et respiret locus strictus eius vt non coarteturet ꝓhibeatur alrosboth: aut ꝓhibeatur eius generatio cum quātitate sufficiente: quare non accidet nisi subtile debile: nisi quādo accidit iā alrosboth et incipit adherere magnitudinē qua non indiget et tēdit in sup̄fluitatē. Mā vna de conuenientijs eius est strictura vehemens et iterum administratio stipticorum prohibentium: ipa enim prohibenti nutrimentum et stringunt alrosboth: ergo non penetrat in ipsum nutrimentū iterū. Et non oportet iterum vt licentia deturet ꝑmittat vt fiat ligatura in non sua hora. ¶ De qualitate astellarum. Ca. 7.

Oportet vt sit substātia de qua fiunt astelle aggregās ad durīciē suā tenacitatē et lenitatē sicut alcone et lignū oleandri et lignū granati et eius similia: et opꝫ vt sit grossius qd̄ est in ea locus q̄ obuiet fracture duobus lateribus: nā opꝫ vt sit grossius astellaꝝ principiū earum qd̄ sequitur latus fracture aut vehementiorē ꝑtem fracture et sint latera earum subtiliora vt sint plenarum extremitatum ne opponatur in eis glutinatio: immo planū ligamenti: et si ponātur astelle a lateribus q̄ttuor tunc est magis descendens: et non est malum si est ei superfluitas longitudinis: qm̄ non est nocumentuꝫ in illo: neqꝫ detrimentum in hoc scꝫ si capiunt ꝓpe iuncturā preter qd̄ tegat iuncturā ipam et lōgi⁹ lateꝝ ei⁹ sit ad lat⁹ ad qd̄ est mot⁹ inclinatiōis mēbri cū hoc. s. vt nō sit ita qꝫ grauet neqꝫ ꝑmat vehemēter neqꝫ coartet et vt nō minuātur ab eo ligamēta diminutiōe plurima: qm̄ fiūt astelle ꝯprimētes. ¶ Et cū videris aliq̄d de hoc oppone cū diminutiōe do nec inuenias eq̄litatē: et nō opꝫ vt astelle obuiēt loco denudato super quē non est caro: immo est neruosus ossuosus.

¶ De qualitate administrationis astellarum cum distinctione et expositione. Ca. 8.

Hora q̄ exigit vt ponātur astelle est post quinqꝫ dies et supra vsqꝫ quo fiat securitas a nocumētis: et quāto pl⁹ magnificat timor tāto magis opꝫ vt tardetur positio astellarum: et multotiens attrahit festinatio in hoc nocumenta ex apostematibus et pruritu et vesicis: verum cum tardātur astelle: tunc oportet vt sit illic quod stet loco earum bonitate ligature cuꝫ vitta et de bonitate preparationis. Quod si illud nō fuerit tunc necessarie sunt astelle etiam in principio rei. ¶ Oportet ergo vt annectantur astellis ligamenta et pul-

nilli annexiõe descẽdẽte equãte cooperiente decẽter ꝯponẽte quoꝫ grossi⁹ sit apud fracturã ⁊ nõ fortiter stringat: immo addat in strĩctura paulatim cũ experiẽtia infirmi ⁊ cũ dispositiõe ipsi⁹. ¶ Et si fuerint ligamẽta et puluilli grauãtes eã: tũc nõ fiat. eorũ multiplicatio et de nocumẽtis eorũ qñ descendũt est ligamentũ molle. ¶ Et opꝫ vt nõ ligent ligamẽta superiora sup astellas ligatura dissoluente eas ⁊ reuomente ipsas a decẽte ꝯpositione sit⁹ earũ. ¶ Et opꝫ vt soluantur ligamẽta necessitate electiõis in omnib⁹ duob⁹ dieb⁹ in ṗncipio rei: ⁊ ꝑꝑꝛe qñ accidit prurit⁹: ⁊ tũc q̇dẽ opꝫ vt fiat illud qđ ṗcipim⁹ ¶ Cũ ergo ꝑtrãsit septim⁹ a strictura soluat in spacio tardiore ⁊ in oib⁹ q̃tuor ⁊ q̇nq3: in hac em̃ hora fit securitas a pruritu ⁊ apostemate. ¶ Et illic iteꝫ fiat mollificatio ligamẽtoꝫ paulatim vt non ꝓhibeat penetrationem nutrimẽti. ¶ Et si fuerit tibi possibile vt retineas astellas ⁊ nõ soluas eas ẽt vsq3 ad vigiti nõ erit nocibile: deinde solue eas. ¶ Attñ qñq3 soluũtur i q̇buldã horis nõ ꝓpter cãm apparentem: sed ꝓpter defensionẽ et ad vidẽdũ illud quod accidit: et ꝯsiderare ad illud qđ discoopertũ est de carne si fuerit: an corruptus sit color ei⁹ et eius dispositio. ¶ Et iã sciuisti ꝙ opꝫ vt nõ fiat vltimatio cũ strictura vltimatiõe ꝓhibente aduentũ nutrimẽti ad fracturam ipsa em̃ non restaurat nisi cuꝫ sanguine ⁊ nutrimento forti quod venit ad eam. ¶ Et non sit festinatio in auferendo astellas ⁊ proijciendo eas q̃uis credatur esse coherentia: quoniam fortasse accidit inde: vt sit alrosboth non confirmatum adhuc: quare contorquetur membrũ: et vt remaneant astelle super membrum: cum nõ sunt necessarie est meli⁹ q̃ vt deponant ab eo ante cũ sunt necessarie non ergo festines: sed tarda.

De fractura cum vulnere. Cap. 9.

ET quando aggregantur fractura et vulnus tũc restaurator vehementer alleuiet restaurationẽ: et faciat penetrare astellas a loco vulneris: et ponat super vulnus quod oportet vt emplis et ꝓprie piceis. ¶ Et quidam precipiunt vt incipiatur cum strictura a duobus super lateribus vulneris et dimittatur vulnus discooptuꝫ Et hoc q̇dẽ est meli⁹ si vuln⁹ nõ fuerit sup fracturã ipm: deide oꝫ vt sit sup ipm vel amen ita vt tegat ipm ab aere. ¶ Qđ si fuerit super fracturã tũc opꝫ vt ingeniet i figuratiõe stricture cũ ingenio ita vt mundificetur ex omni latere: ⁊ separetur parumper a vulnere ipso cũ preparatione conueniente ad illud ⁊ infundantur puluilli in vino nigro stiptico. ¶ Et hoc ingenium est vt ponatur extremitas ligamẽti sup labiũ vulneris: deide torq̃at retro ⁊ firmet cũ ligamẽto alio ⁊ ponat sup labiũ aliõ iferi⁹: deide ordinet reliquũ ligamẽtũ ꝯm ꝙ opꝫ: deide torq̃at ita vt remaneat vuln⁹ ipꝫ apertũ: ⁊ qđ ẽ ꝑter ipsuꝫ sit firmũ ex eo ita ꝙ iã ascẽdit ligamẽtũ ⁊ descẽdit ligamẽtũ ⁊ cadat super fracturam strictura vehemens: ⁊ remaneat vulnus apertum vt discooperiat ipsum propter illud. ¶ Et oportet vt ponat super astellas foramen econtrario illius: vt perueniat superfluitas medi

tine vulneris ad illud Si posuerit sup astellas foramen oppositū illi vt pueniat bonitas medicine ad vuln⁹. Et sit posibilis egressio virus ab eo: ꝛ sit ita vt possit tegere sup ea vtraqꝫ simul: ꝙuis dimittere vuln⁹ discoopertū sit malū ꝛ ꝓprie in frigore: imo opꝫ vt nō sit coartatū tm̄: ꝛ vt custodiaꝛ in nocte. ¶ Qđ si vuln⁹ sanatur administrenꝛ astelle si iā est ꝯglutinatū: ꝛ firma astellaꝫ illi loco si ille locus fuerit declinat⁹ ab eo. ¶ Et cū voluntas fuerit soluere illđ qđ tegit vuln⁹ ꝛ mane ꝛ vespere ē magis possibile ꝓpter curationē ei⁹ ꝓpriā ꝛ nō fit ex eo ꝯtrarietas in ligamēto restauratiōis fracture oīno.
¶ Inqͭt hyppo. Opꝫ vt ligeꝛ vuln⁹ ex medio ligamēti si fuerit recēs ꝛ si est ātiquū ꝛ fecit p⁹ post maturitatē tūc ligeꝛ ex superiori ei⁹ vsqꝫ q̄ ꝯsequaꝛ mediū ei⁹. ¶ Et de illo qđ est bonū est vt ponaꝛ illđ qđ seqͭtur vuln⁹ ex ligamētis ꝛ ꝓprie superi⁹ strict⁹ vt sit possibilitas currēdi: verū ei⁹ strictura sit ꝺꝫ tolerātiā: ꝛ quanto magis elōgaꝛ a vulnere ponaꝛ leui⁹: ꝛ qn̄ est vulneri ꝓfunditas vehemens stringatur sup locū ꝓfunditatis ligatura ligamēti: ꝛ si cōuenit strictura ligamēti loco restaurationis: tunc iam peruenit intentio ꝛ si non: incipe velare vuln⁹ cum eo qđ diximꝰ: ꝛ cum peruenitur ad fracturam iterum ponaꝛ ligamētū stricti⁹: ꝛ opꝫ vt ponaꝛ p̄paratio mēbri ita vt facilis fiat cursus pus si aggregeꝛ in vulnere. ¶ Et opꝫ in estate vt īfrigidētur ligamēta ꝯtinētia vuln⁹ ēt vt sit adiutoriū ad ꝓhibēdū apa. ¶ Et nō oportet vt appropinquet loco ceratū ꝛ ꝛ ꝓpꝫ ī estate: qm̄ fortasse putrefieꝛ mēbrū: imo si necessaria ē repcussio tūc fiat cū vino stiptico ꝺm qđ p̄terijt a nobis ei⁹ declaratio. ¶ Et cū fracture ē attritio ꝛ timeꝛ mors mēbri tūc scalpelleꝛ. ¶ Et scias oīno ꝙ qn̄ vuln⁹ ligaꝛ ꝺꝫ ꝙ ꝯuenit expellit ligamētū đscēsiōis: ꝛ si erraꝛ ī ligamēto apꝫ ꝛ ꝓprie qn̄ mollificaꝛ sup locū vulneris ꝛ strigiꝛ sup illđ qđ ē post ipꝫ. ¶ Et si nō fuerit ei đtectio nō curret ab eo vir⁹ neqꝫ pueniet ad ipm medicamē: ꝛ si dimittiꝛ discooptū putrefit ꝛ īfrigidaꝛ ꝛ accidit mors mēbri ꝛ pducit ad dolores ꝛ febres: q̄re necessariū ē medico vt faciat aliqͩ inter ħ ꝛ ħ: ꝛ ꝯsideret illđ qđ accidit ꝛ succurat ei añ ꝙ ꝯfirmeꝛ.

¶ De fractura male restaurata. Cap. 10.

Quandoqꝫ fractura est restaurata nō ꝺm qđ oꝫ ꝛ ē necessariuꝫ vt itereꝛ eius fractura: q̄re oꝫ vt restaurator sciat dispōnem alrosboth q̄ restaurauit os. Qđ si fuerit magn⁹ fortis nō vadat ad frāgēdū ipm scđo. fortasse em̄ nō erit possibile vt frāgaꝛ ex loco fracture prime ꝓpter fortitudinē alrosboth: q̄re frāgeꝛ in alia parte loci. ¶ Qđ si non inueniꝛ excusatio tūc oꝫ vt p̄cedat ꝛ leniat donec mollificeꝛ alrosboth. ¶ Et mollificātia ipm sunt medicine p̄dicte ī ca. duritieꝝ illic: sicut cutis alleliati ꝛ dactili ꝛ sicut spēs fecū oleoꝝ ꝛ alleile ꝛ medulle ossiūꝝ medulle granoꝝ cotri ꝛ eis silia: deinde frāgaꝛ: ꝛ oꝫ vt assidueꝛ cū hoc embrocatio cū aq̄ calida ꝛ introit⁹ tine in die mlͭtotiēs. Qđ si nō p̄cesserit illđ ꝛ expimētūꝝ motio signauerit firmitudinē vehemētē: tūc oportebit vt seceꝛ caro: ita vt sit possibile

fricare alrosboth ex latere ꝛ destruere eũ cũ ea: deinde frangat ꝛ restauret ꝛ curetur vulnus curatione sua. ¶ Et multotiẽs quidez est possibile vt curet fractura male restaurata absq fractura secũda leniẽdo alrosboth cũ eo qḋ scis: deinde equet. ¶ Et quãdo seruat sup ipam equat super ipam alrosboth itez ꝛ excusat fracturam ꝓprie in corporibus lenibus.

¶ De epithimatib⁹ fracture ꝛ q̃ currũt cursu eoz. Cap. 11.

Epithimatũ alia sunt q̃ ꝓhibẽt apa ꝛ rectificãt pruritũ. Et alia sunt ad indurãdũ alrosboth ꝛ glutinationẽ faciendã in ipo. Et alia sunt ad equãdũ alrosboth magnũ: ꝛ alia sunt ad remouendã duritiẽ iũcturaz q̃ accidit post restaurationẽ: ꝛ alia sunt ad auferendã mollificationẽ si ceciderit in iuncturis.

¶ De epithimatib⁹ cõferentibus ꝛ q̃ currũt cursu eorũ ꝛ rectificãtibus pruritũ. Cap. 12.

Iam diximꝰ in cap. ligamenti vittas ad illḋ qḋ opz sciri: in hoc capitulo: ꝛ diximus cerata ꝛ embrocas cũ vino stiptico ꝛ illis silia. ¶ Et reiteramꝰ nunc: ꝛ dicimꝰ: non opz vt sit illud qḋ administrat de cerato aut aliꝫs ita vt asperitas sit in eo aliquo modo: immo sit leuiꝰ quãto plus esse põt ꝛ mollius. ¶ Et non opz vt administrẽtur cerata vbi timet putrefactio: neq vbi multiplicãtur partes fracture: hmõi em̃ ꝑparatũ est ad suscipiẽdã putrefactionẽ: qm̃ plimũ est cũ vlcerib⁹. ¶ Super aquis aũt calidis ꝛ eaz effusiõe iã locuti fuimꝰ: ꝛ fecimus scire q vtilitas in eis est resolutio materierũ q̃ incurrere faciũt pruritũ ꝛ attractio materiei nutritiue: ꝛ sunt itez necessarie qñq qꝛ mẽbrũ iã debilitauit strictura ꝛ exiccauit ipm: ꝛ illud qḋ vltime ꝯsequitur est scitũ.

¶ De epithimatib⁹ ad indurãdũ alrosboth. Cap. 13.

Res conferentes in hoc sunt embroce stiptice subtiles ꝛ empl'a q̃ similant eis sunt decoctio myrti ꝛ eius oleũ si necessariũ est oleũ: ꝛ oleũ alcãne ꝛ epithima cũ aqua foliorũ myrti ꝛ granoz eiꝰ ꝛ decoctio arboris alcoci ꝛ decoctio radicis aldirdar: ꝛ decoctio folioz eiꝰ est incarnatiua induratiua: ꝛ empl'm factũ ex mes ꝓprie qñ ponũtur cũ eo crocꝰ ꝛ myrrha: ꝛ ꝯficit cũ vino odorifero est bonũ valde et distillatio spatularũ palme est bona itez.

¶ De regimine equatiõis alrosboth. Cap. 14.

In principio quidẽ ꝛ dũ ꝑmanet recẽs stiptica ꝑdicta: qm̃ ipa aggregãt ipz ꝛ stringũt ipz ꝛ minorãt quãtitatẽ eiꝰ: post illḋ vo qñ supfluit ꝛ ꝓprie ꝓpe iũcturã ẽ necessariũ secare ab eo: ꝛ fricare donec equet. Et oĩa ista cũ eo qḋ dictũ est in eo.

¶ De medicinis leniẽtibus duritiẽ iuncture. Cap. 15.

Opz vt embroces ꝛ incipias cũ aqua calida. deide administres desup empl'a ꝛ inũctiões q̃ fricãdo fiũt leniẽtes facta ex mucillaginib⁹ gũmis ꝛ adipib⁹ ꝛ oleis: ꝛ si ponat in eis acetum forte erit magis ꝓfundatiua. ¶ Et de illis quoz administratio ꝓpiquat: est

dactili ? alleliati ? oleū sisaminū: qñ est emplastrū leue. ¶ Et iterū mollitiuū de hierua permisceat cū tāto butyro quātū est ipsi⁹ medietas ? mellis quātū est ipsius quarta: ? fortasse sufficit ceratū de oleo lilij solū: ? qñq3 adiuuatur cū omnib⁹ lenificantibus predictis in casephiros. ¶ Et cū sentis alterationē cōplexionis ad frig⁹: tūc adde in eis ex castoreo ? serapino ? oppoponaco. ¶ Medicamē bonū. ℞. fece3 olei de lino ? fecē olei sisamini ? fenugrecū coctū in lacte ? heil ad ipsu3. ? administretur. ¶ Et iterū radices altee: ? radices cucumeris asinini ? bdeliū ? ammoniacū ? oppoponacū dissoluātur cū aceto forti ? linianturet vnguētū eburneū est bonū. ¶ Medicamē bonū. ℞. mucillaginē fenugreci ? seminis lini ? mucillaginē cucumeris asinini ? ammoniacū ? laudanū ? ysopū humidā ? oleū de lilio ? adipē anatis ? bdeliū lene ? parū ? medullā vituli resoluātur in oleo ? fiat vnguētū. ¶ Aliud forte. ℞. olei veteris lib. ij. olei de lilio lib. ʒ. storacis liquide lib. quartā cere citrine lib. ʒ. glutinis albotin. vnc. ij. euforbij. vnc. ij. medulle ossiū cerui. vnc. iiij. fiat vnguētū. ¶ Unguentū bonū ad duritiē iuncturarū qnā acquisiuit restauratio: ammoniaci partē vnā bdelij iudaici partē vnā laudani partem mediam olei de alcanna adipis anatis ambo?. añ. partis quartā solue gūmas ? aggrega omnia. ¶ Unguentū bonū ammoniaci. vnc. vj. ? cere citrine tantundē gummi albotin bdelij ? galbani oi3. añ. vnc. viij. olei de alcanna. vnc. iiij. terantur gūme cōtrite in aceto deinde aggregētur in mortario inūcto cum oleo de lilio. ¶ Et sir ad spasmū earum ? nodationem q̄ accidit sicut glādula vbi est. Et iam dixim⁹ eam in cap. suo: ? administrētur vnguēta q̄ dixim⁹ nūc. ¶ Et administratio castorei ? costi ? fimi colūbini: ? sinapis emplastrādo est vltia. ¶ Linitiuū bonū. ℞. fecis olei de lilio vnc. ʃ. ? fecis olei semis lini vnc. ʃ. ? storacis liq̄de ? galbani ? serapini ? oppoponaci oi3 añ. vnc. ʒ. bdelij lenis. vnc. ʃ. adipis vrsi āt galline aut porci apud illum qui diligit illud ex sapiētib⁹ diuitū fiat ex eis vnguētū.

¶ De facientibus fortitudinem mollificationis. Cap. 16.

SUstētatio in curatiōe eiūs est super stiptica subtilia sicut sauina ? dactili immaturi et his sīa: aut super stiptica spissa. ¶ Et qñq3 miscētur cū his sicut crocus ? cynamonū et myrrha.

¶ Et enula est bona valde ? ppie qñ coquit̄ cum ea acorus ? cinis vitis cum adipe antiqua ? cortices spatularū palme: et oīa q̄ dicta sunt in indurando alrosboth.

¶ De administratione aque calide et olei. Cap. 17.

SCias q? aqua calida et oleum non conueniunt apud restaurationem quoniam prohibent restaurationem: sed conueniunt ante ipsam: qm̄ ambo preparant restaurationem: et conueniūt post ipsam: quoniam ipsa abstergunt quod remanet ex apostemate et duritie et alrosboth: et pustulas quas euenire fecerunt ligamen-

ta in nervis: quare fit motus cũ eis nõ facilis. Cũ ergo administrã tur aqua calida et oleũ et adipes et medulle succurrũt illis nocumentis. Inter illud vero aqua et oleũ sunt valde phibẽtia ab incarnatione: et fortasse administrant in infantib⁹: et q̃ sunt eis primi nõ in aliis: cũ emplastra exiccata sunt sup eos et faciũt eis dolorẽ: quare indigent tũc vt oleo inungat loc⁹ q̃ dolet: deinde sustentetur et restauretur: apd quietẽ v̄o nõ dat licẽtia in hoc. Et medici qñq; vtunt embroca ex aqua calida cũ ipsi soluũt ligamentũ primũ q̃rentes ex eo iuuamẽtũ: et est vt attrabãt ad ipsũ materiã. Et op3 vt sit illa aq̃ talis vt cũ cadit apud infirmũ fit tẽperata: calida em̄ fortasse resoluit ex corpore mũdo supra illd qd attrabit: et pprie qñ plongat tps effusionis eius: et attrabit ex corpore repleto supra illd qd op3 et pprie si abbreuiet tẽpus eius: immo op3 vt sit aqua cũ caliditate ad equalitatẽ tendẽs: et sit tẽpus effusionis eius ſm quãtitatẽ que videtur ex augmento mẽbri et eius inflatione et non effundantur cum incipit detumescere. Et nos quidẽ iam diximus de iudiciis embroce in capitulo dislocationis illud iquod oportet attendere etiã hic. Et magis dilectum mihi quando non est istic dolor est vt non appropinquet membro oleum: neq; aqua calida omnino nisi illud qd antecedit ipsum in principio rei ad defensionem. Et de illis q̃ ponunt super iuncturas que indurantur post restaurationẽ super torsionẽ et attritionẽ sunt dactili et alleliati emplastrando.

¶ De cibatione restaurati et potione eius. Ca. 18.

Oportet vt sit cibus eius ex eis que generãt sanguinẽ spissum et nõ spissum siccũ: immo spissum viscosum vt generet alrosbot tenacẽ fortẽ non siccum debilem lenem: et illa sunt sicut pedes et frumentum coctum cum multa aqua quousq; fit sicut puls et ventres et capita et cutis bedi et arietis decocta et similia eis et vinum stipticũ ¶ Et ex illis q̃ dantur in secunda mensa sunt castanee et grana in q̃bus nõ est acuitas. Et alienet oĩa q̃ subtiliãt sanguinẽ et calefaciũt ipm̄ et elongãt ipsum a coagulatione sicut vinũ subtile et res ꝯfortãtes valde. Et ad summũ regimen eius fit ingrossatio nisi sit illic prohibens ex vulnere requirẽte subtiliationẽ cibi ſm illud qd est super ipsum de magnitudine eius aut ipsius paruitate et apud timorem dolores: qui v̄o securus est ab illo dilatetur in cibo et potu. Et qui amat defensionẽ incipiat cũ regimine subtiliante: vt securet a malitia apostematis. Et illud est sicut si oporteat iterũ vt flobotbomet et soluatur venter: deinde post dies paucos administret illud q̃uis sit qñq; necessariũ iterũ vt dimittat hoc regimẽ qñ superfluit rosboth in magnitudine: et est necesse phibere ipsu3. Modus cibarii cõuenientis ei qd administratur hora coagulationis: sumat panis de simila et farina rizi et sepũ vacce pinguis et lac: et fiat ex eis cibariũ sic̃ frumẽto cocto vt puls cũ bonitate sue ꝯsuetudinis medicina aũt ei⁹ quam sumit ad restaurationẽ mummia est que est mirabilis.

¶ De rebus que consequuntur fracturam et restauratio-
nem et necesse est succurrere eis. Ca.19.

Quandoq̃ accidit ex fractura disruptio carnisque non 9glu-
tinatur: q si non incidatur putrefit: et putrefacit illud qd seq-
tur eam ex osse: quare est necessariũ vt incidatur et coquatur: et qñq̃
accidit fluxus sanguinis et est necesse vt phibeat: et qñq̃ accidũt cõ-
cussio et attritio fortis carni q si nõ curet cũ scalpellatione aut cũ
medicinis prohibentibus putrefactionẽ peruenit ad estiomenum:
quare oportet vt obseruetur illud. Et quandoq̃ accidit apostema
calidũ in quo est timor: quare opz vt regat regimine suo: et qñq̃ ac-
cidunt vulnera q non egent vt curentur cũ eo cuius preterijt nar-
ratio. Et qñq̃ accidit alrosbot superfluus in fractura cuius quã-
titas non est necessaria: quare opz vt minoretur nutrimentũ et phi-
beatur eius generatio cũ prohibitione cibi et strictura desup et reli-
quis que sunt dicta. Et qñq̃ accidit mollificatio juncturarũ in ex-
tensione. Et qñq̃ accidit vt currat virus ad medullã q generat in
osse: quare necesse est vt extrahat os et discooperiat via vir⁹ ad int⁹.

¶ Tractatus Tertius.

¶ De fractura cranei. Ca.j.



Multotiens accidit vt findatur craneum et non findatur
cutis: immo apostemetur. Cũ ergo occupatio sit in cu-
ratione apostematis et nõ peruenitur ad plagã: fortasse
accidit vt putrefiat os desubtus: et accidũt ante sanita-
tem aut post ipsaz egritudines male ex febribus et tremo-
re et destructione rõnis et alijs: quare necessariũ est vt findat. Et mul-
totiens quidẽ significat locũ infirmus ipse et qd tãgit ipsuz omni ho-
ra et hoc proprie: et tũc quidẽ est necessariũ vt redeat vulnus ad dis-
positionem suã: et vt curet fractura oportebit vt findat a cute cum
quãtitate qua non retineat in ea vir⁹ in hoc neq̃ aliud: opz eñi vt nõ
retineatur virus nisi fueris securus de additione apostematis: et in-
ueneris apostema ruptũ et appareat fractura vna. Quandoq̃ eñi
accidit inde error magnus: putat eñi q nõ sit fractura nisi illa: et p-
pter hoc oportet vt cõsideretur dispositio fracture consideratione
bona. Illud vero in quo dedinatur cum existimatione ad rectifica-
tionem est vt cõsideretur causa fracture et vltimatio virtutis rei frã-
gentis in grauitate sua aut in sua magnitudine: aut in sua fortitu-
dine: vt per illud sciatur vltimatio quã oportet esse ex fractura: et
similiter accidentia quandoque significant illud sicut appoplexia
et scothomia et destructio vocis et que sunt eis similia.

¶ Et qñq̃ significat fissura cutis in multitudine sua et sine diuersi-
tate in suo casu super rectitudinẽ vnam dispositionẽ fracture itez
licet non sit hec significatio significans omnem partẽ. Fortasse eñi
est fractura interior plurima et magna: et non est super fissura aut est

fissura parua: quare opoitet tunc necessario vt cognoscatur dispositio cũ significationibus in quibus querit de fractura: z firmet mẽbrum si est possibile: z in hmõi dispositionibus est necessariũ incide re cutẽ dure: z discooperire donec appareat os dubitatũ totũ. Et si accidat fluxus sanguinis impleat illd qd discoopertũ est pannis sic cis: deinde sustenta cũ puluillo infuso in vino z dimitte ipsum vsq̧ mane. Uulnerum aũt capitis vsq̧ ad terminũ almochati cura est illa q̃ iã dicta est in capitulo vlcex: z ante ipsum: findentia vero os z educẽtia os z similia illis de illis que dicunt hic: z minores dispositiones fracture ossiũ in capite si accidit in eis scissura parua nõ penetrãs vsq̧ ad latus aliud: imo succedit apd quedã experimẽta: et filiis isti. Magis rectũ est itex vt frices illd vsquequo nõ remaneat de scissura aliq̃d: z si amas vt festines cũ effusione humiditatis nigre donec vehemẽs fiat apparitio scissure p eã fac: z frica donec nõ remaneat vestigiũ. Et sint apd te fricatoria diuersax quãtitatũ et administra inprimis lata eox: deiñ q̃ sequunt illa: cumq̧ fricaueris administra medicinã capitalẽ z sufficit tibi. Et medicine quidẽ capitales sunt sicut ireos z farina horobi z minutũ olibani: z aristo. z cortices radicis oppoponaci z myrrha z sarcocolla z sang. dra. z oẽ exiccatiuũ sine mordicatione: z curent curatiõe vlcex. Si autẽ existimaueris q fissura sit penetrãs vsq̧ ad latus aliud: tunc fricatio non finit eam vsq̧ ad elongationẽ: z caue ne multũ pcedas in fricatiõe: immo vbi iam securus fueris z cognoueris dispositionẽ velaminis an sit seruãs situm suũ ex osse: tunc nocumentũ est minus: z res magis apparens: z est euentus apostematis minor z saluior z prauior: z apparitio puris maturi velocior z magis cõpleta: aut iã separauit ipsum pcussio ab osse: z illud est ab eo in quo est timor plus z dolores et febres z q̃ sequunt ea plus: z susceptio ab osse alterationis coloris velocior: z cursus puris virulenti subtilis in eo plus: z qd accidit ex doloribus z febribus z tetano z sincopi z destructione rationis propter dimissionẽ curationis in eo plus: z in hmõi q̃dem dispõne: imo in oĩ dispositione opzt vehemẽter caueat frigẽtiã in estate: qm̃ in eo est timor magnus. In fissuris xo in quibus nõ est nisi fissura: sz est plurima z apparet cũ ea illud inter qd z os nõ est nisi cortex: multotiens sufficiũt strictura z ligamentũ z emplastrũ z infrigidantia. Uerum illud quod est rectius est vt incipiatur z fundatur sup scissuram oleum ro. tepidum: deinde aggregetur inter duas extremitates vulneris: z sufficiat si necessarium est illud: z pulueriʒetur desuper puluis capitalis z ponant sup eas puluili ibibiti vino stiptico cõcusso cũ oleo: deinde reliqua ligamẽta: z quiescat infirmus z fiat delitiosus: z fiat vt dormiat z flobothomet si indiget. Et nõ querit in omni scissura z fractura vt accipiat os totũ: quoniã hoc non est possibile in omni osse: verũ recordare eius quod precipimus in capitulo vniuersali de fractura z restauratione. Ueruntamẽ multi ho-

mines acceperunt os ex capitibus eorum incidendo et tm modū cre uerūt caro et cutis sup vuln⁹ et eus ferūt. In frangentibus vero os et que sunt postea. scias q ossa capitis diuersificant ab ossibus alijs cū franguntur: quoniā cum ipsa franguntur nō restaurat natura super ea alrosboth forte sicut attrahit ipsū et nasci facit super reliqua ossa: immo rem debilē. Quapropter vt nō effundat pus ad interiora opz vt extrahatur si fuerit plaga capitis ɔpleta: aut incidatur si nō fuerit ɔpleta: et nō fiat occupatio in restauratione eius. Et opz vt nō tardet illd in estate vltra septē dies in hyeme vltra. x. dies et quāto fuerit velocius erit melius: et longinquius ab hoc vt accidāt nocumēta magna. Et de illis q̄ nocēt ad illud et faciunt esse necessariū est q ab ossibus alijs pter ossa capitis ɔuertit ligamētū reditionē: et hoc ligamentū nō est possibile super caput: ppter illd ergo necesse est accipere os et fracturā cui est q̄titas donec egrediat virus sicut est necessariū. Et iterum si acciderit virus inter os restauratū ligatū ligamēto opprimēte expellente materiā cū cum iā esset generatū illud virus ex ipso loco: et penetraret ad medullā esset nobis necessariū vt discooperiremus: et mundificaremus: ergo qualiter in hmōi mēbro: nō est igitur excusatio de hac collectione et incisione et detectione loci et phibitione incarnatiōis eius vsquequo securus sis. Et nō est timor cursus vir⁹ vsq ad interiora ossis quod incidim⁹. Et opz vt sit incisio ex loco ɔueniētiore: et cōuenientior q̄dem est aggregās ad oppositionē quā existimas q vir⁹ currat ex eo meli⁹ et ad facilitatē incisionis et paucitatē necessitatis ad hoc vt moueatur et extēdatur scd̄o: et est cū hoc longinquior loc⁹ a neruis: sicut sinciput. Nā mediū eius nō obuiat origini neruoꝝ. Et studene frig⁹ adueniat velamini: qm̄ est malū et timorosuz: et subtilia regimē et assidua effusionē olei tepidi. Et si apparet sup velamē nigredo et est fortasse in eo qd apparet de ipso: et nō est nocēs et fortasse causa eius sunt medicine: tūc cura ipsaz cū melle ɔcusso cū triplo sui olei ro. donec remoueat nigredo: et puluerisa desuper medicinam capitalē: et si nigredo fuerit cōfirmata tunc fuge. Cum ergo verificat necessitas extēdēdi aliq̄d et icidēdi illd āt extrahēdi ipz tūc festinet et nō expectet ɔplementū generationis puris in loco. Et hoc q̄dē non tolerat nisi vbi nō est pānicul⁹ noīatus mater coartat⁹ aut pūctus qm̄ punctura facit in dispositione apa et spasmū: et fortasse perducit ad apoplexiā: quare opz vt extrahatur illd os statim et redibit sen sus si fuerit apoplexia statim. Si autē fuerit foramē tunc reserit vehementioris festinationis. Et quādo frāgitur craneū et infrigidat velamē et apostematur: nominatur illud futratem: et tunc tibi inest in eo quod diximus: cum hmōi festinatione: aut si fuerit necessaria expectatio tūc fit vsq ad duos dies aut tres. ¶ In plurimo rei opz vt curet in secūdo cū incisione. ¶ Et quandoq fit cum ferra subtili predicta: et quādoq fit ita vt fiāt foramina parua silia foraminib⁹

que fiunt ab acubus q̄b⁹ subsellia fuunt tu vbi opz vt cadat ex eis⁊ in eis fit timor: qm̄ fortasse penetrāt subito vsq̄ ad panniculū vbi ingeniet cū instrumento qđ dixim⁹ qm̄ est saluius. Qualiter vō fit curatio nos dicem⁹ in hoc illud qđ dixerunt primi. ¶ Inquiūt opz vt radat in primis caput vulnerati ⁊ fiāt in eo due fissure se secan- tes dubogonaliter: ⁊ secet vna earū alterā ſm figurā crucis: ⁊ opz vt sit vna duarū sectionū secatio prima que fuit ex percussiōe: deinde opz vt excorietur sub āgulis q̄tuor vt discooperiat os totū cui⁹ conca uatio debet fieri. ¶ Qđ si accidat inde fluxus sanguinis: tunc opz vt impleatur pāno infuso in aqua ⁊ in aceto ⁊ si nō: imple ipsum pā no sicco: deinde pone sup eū puluillū infusū in vino et oleo: ⁊ admi nistretur ligamentū qđ conuenit ad illud ita vt cum fuerit mane si non acciderit aliquid ex accidentib⁹ malis: tunc oportebit vt inci- pias cōcauare os fractū: ⁊ illud est qm̄ opz vt facias sedere infirmū aut precipias ei vt resupinet ſm figuram q̄ cōuenit fracture: dein- de oppila aures ei⁹ cū lana aut cotto vt nō ledat ex voce percussio- nis: ⁊ solue ligamētū vulneris ⁊ aufer pānū ex eo ⁊ absterge ip̄m: dei de precipue duobus ministris vt teneāt cū pannis subtilib⁹ quat- tuor angulos cutis que iā scissa fuit ⁊ extendant eā ad superiora. s. cutē q̄ est super os fractū. ¶ Et si os fuerit debile ex natura sui aut ex fractura q̄ accidit ei tunc oportebit vt auferas ip̄m cum inciso- rijs ponendo quedam ꝯtra alia: ⁊ incipiēdo ab eo qđ ex eis est lati⁹ fiat permutatio ex eis ad incisoria subtilia: deinde peruenias ad ca pillaria ⁊ administra facilitatē in percussione parua ⁊ magna vt nō ledat caput ⁊ inquietet ip̄m. ¶ Et si caput fuerit forte tūc oportebit in primis vt perforet cū tripanis que nominant non ꝑfundātia: et sunt ꝑforatoria quib⁹ est eminentia parua interius ex locis acutis eorū vt ꝓhibeat ea illa eminentia profundare ⁊ peruenire de siphac donec cōcaues cū eis os scissum ⁊ eradices ipsum ⁊ non subito: imo paulatim. ¶ Et si fuerit nobis possibile vt eradicem⁹ ip̄z cū digitis tūc illud est bonū: ⁊ si nō tūc cū tenalijs: aut cū forpicib⁹: aut his si- milib⁹. ¶ Et opz vt sit inter illi ex foraminib⁹ exit⁹ q̄titate fili ita vt fiant prope superficiē ossis interioris. Et opz vt remaneat tactui foraminis aliq̄d ex siphac: ⁊ ꝑpter hoc opz vt sint perforatoria ſm mēsurā essentie ossis: ⁊ vt administrētur in hoc perforatoria pluri- ma. ¶ Cum ego fractura non est nisi in loco originis ossis tm̄: tunc opz vt fiat permutatio ad illas res tantū ita vt cum cauaueris os tunc oportebit vt eques asperitatē ossis capitis que fit ex incisione ⁊ cōcauatione: aut cum nouacula: aut cum aliquo icisoriorū q̄ sisan tur aciei ensis postq̄ posueris instrumentum quod cooperit siphac ⁊ seruat ipsum. ¶ Et si remanserit aliquid ex ossibus paruis: aut frustis: tunc oportebit vt accipiātur cum facilitate: deinde perue- niat in curatione cū operatione aut vnguentis. Nā iste est facilior qui fit ex modis curatiōis ⁊ minoris nocumēti.

¶ Inquit. S. cū tu discoopueris partē ossis capitis: tūc pone sub eo incisoriū in fine: cui⁹ est pars que assimilat̄ lenti eminens si est lenis ꝛ est acuitas in lōgitudine donec fit latitudo lenti sil'is sustētata sup siphac. ¶ Et opꝫ vt ꝑcutiat̄ desuꝑ cum malleo paruo ꝛ incidat̄ os capitis. ¶ Cum ergo fecerimus illud erit ex eo totum illud quo indigem⁹ ꝛ illud est: qm̄ siphac nō mouet̄ tunc: neq̧ si medicans esset dormiēs qm̄ siphac opponitur lateri lato instrumenti sil'is lenti. Et si peruenerit hoc instrumentū ad os capitis tūc ipm̄ eradicat illud absq̧ lesione. Et illud ideo qm̄ postremum figure similis lentis circūdās hoc incisorium retro incidit os capitis: et non est possibile vt inueniat̄ species alia ad eradicandum hoc os facilius: neq̧ velocioris operationis q̄ hec spēs.

¶ Curationē vero que fit cum ferris et instrumentis q̄ nominātur: moderni vituperauerūt propter molitiam eius. hic est ergo sermo noster in curatiōe ossis capitis cū accidit ei scissura. ¶ Et conuenit hec eadeꝫ curatio in reliquis speciebus fracture que incidit os capitis qūāuis nos nō diximus nisi curationē fissure: ꝛ posuim⁹ eam in exemplū aliis. ¶ Inquit Hyppo. et Gal'. Iterum docuit nos quātitatem ossium q̄ oportet incidi ꝛ iste est sermo eius. ¶ Non oportet vt incidatur ex osse nisi illud qđ est infirmum: nam illud quod ex eo est cōminutū vehemēter opꝫ vt auferatur totū. ¶ In illo aūt ex quo extendūtur scissure extēsione plurima: nam illud qm̄ accidit: nō opꝫ tunc vt ꝯsequaris fissuras vsq̧ ad finē earū: ꝛ vt scias q̧ non accidit ꝑpter hāc causam res nociua qm̄ ꝛ in reliq̄s operationib⁹ que opꝫ ipm̄ facere est ſm qđ opꝫ. ¶ Ampli⁹ oportet post curationē cū ferro vt accipias pānū lini extēsum quātitate ossis vulneris: ꝛ infunde ipsum in oleo ro. et cooperi cum eo os vulneris: deīde accipe pannū duplicatum aut triplicatū ꝛ infunde ipm̄ in vino et oleo ros. Et lini vuln⁹ totū oleo rosato: deinde pone sup ipm̄ pannū quāto leui⁹ potes vt nō grauet siphac: deinde administra desuꝑ ligamētū latum ꝛ nō stringas ipm̄ nisi cuꝫ q̄titate que teneat pannos tm̄: deīde administra regimen qđ remoueat inflāmationem ꝛ destruat febrem ꝛ humecta velamē desuꝑ cū oleo ros. in omni hora ꝛ solue ipsum in die tertio ꝛ absterge ipm̄. ¶ Et cura ipsum curatione que creat carnē ꝛ sedat inflationem ꝛ pulueriza sup siphac puluerē ex medicinis siccis que nominantur medicine capitis donec oriatur caro in quibusdam horis sup os si indiguerimus hoc cū ossa sunt eminentia ꝛ vt noscatur caro velociter: ꝛ cura ipsum cū reliquis medicinis quas dixim⁹ in curatione vulnerū. ¶ Et inquit Paulus. Multotiens accidit in siphac capitis post curationē cū ferro apa calidūꝫ ita q̧ superueniet spissitudini ossis capitis et spissitudini cutis iterum: ꝛ est cum hoc grauitas et ꝓhibitio motus eius naturalis. ¶ Et multotiēs accidūt istis extēsio et accidētia alia mala: ꝛ sequitur has res mors. ¶ Et nō accidit apa calidū siphac nisi aut ꝑpter os eminēs

sub eo: aut ppter grauitatē tentarū: aut ppter frig⁹: aut multitudi nem cibi āt multudinē vini: āt ppter causā aliā occultā. Qd̄ si apo stematis calidi causa est manifesta: tūc opȝ vt abscidas illā causā velociter. Qd̄ si est est causa occulta tūc stude in separatiōe ei⁹ ⁊ ad ministra flobothomiā vene si nō fuerit phibēs ad hoc ⁊ minoratio nē cibi ⁊ regimen qd̄ ꝯuenit apostematib⁹ calidis sicut ēbrocatio cū oleo ro. calido aut cū aq̄ in q̄ bullita sunt altea ⁊ fenugrecū ⁊ semē li ni ⁊ camomilla ⁊ eis similia: ⁊ administra ēplastrū ex farīa ordei fa ctū cū aq̄ calida ⁊ oleo ⁊ semie lini ⁊ administra adipē galline i lana ⁊ humecta cū ea caput ⁊ ceruicē ⁊ spōdiles ⁊ distilla in aures aliqd̄ ex oleis q̄ sedēt caliditates ⁊ fac sedere infirmū in aq̄ calida i domo ⁊ inunge ipȝ. ¶ Qd̄ si apa calidū pseuerat ⁊ nō est aliqd qd̄ phibeat sumere medicamē solutiuū soluēs semel fiat illd̄. nā Hyppo. pcipit illud. ¶ Inq̄t paulus. Denigrat siphac ⁊ nigredo est in supficie ei⁹: ⁊ illud est in medicamine iter̄ quo curat: nā medicamen nigrū fortas se facit illud: tūc opȝ vt sumas ex melle ⁊ oleo ro. iij. ptes: ⁊ pmisceas ⁊ linias cū eo pānū ⁊ ponas sup siphac ꝙ si accidit in siphac nigre do ex seipso ⁊ puenit vsq̄ ad oculū⁹ pcipue cū signis alijs malis: tūc opȝ vt desperes de salute hui⁹ ifirmi qm̄ est significatio ꝯsumptiōis caliditatis innate ⁊ destructiōis ei⁹. Et ego iam vidi quendā cui ac cidit fractura in capite suo ⁊ ꝯcauatū est os capitis ei⁹ post ānū ⁊ sanat⁹ est: ⁊ illud ideo quoniā fractura fuit in sincipite: ⁊ fuit ex p cussione sagitte: ⁊ erat ei curs⁹: ⁊ ppter hoc nō aduenit siphac aliqd immo saluatum est a corruptione. ¶ Inq̄d Gal. Accidit homini vt frangeret sinciput ei⁹ ⁊ iterū os tpis fractura extensa ⁊ ꝯposita est fractura cū dispositione rerū ossis sincipitis: ⁊ icidim⁹ ipsuȝ ad intē tionē notam ⁊ sufficit illd̄ ⁊ sanat⁹ est vir.

¶ De fractura mādibule. Cap. 2.

Inquit sapiēs cū incidit ad interiora nō frāgatur: ꝙ si fran gatur mandibula dextra tūc intromitte indicem ⁊ medium manus sinistre in os infirmi: ⁊ si frangitur mandibula sinistra tūc intromitte manus dextre ⁊ eleua cum eis marginem fracture exte rius ⁊ interius ⁊ oppositione eas ambas cū manu altera deforis, ⁊ equa eā ⁊ cognosces equationē ei⁹ ex equatione dētiū qui sunt i ea. ¶ Si aūt frāgat mādibula in duob⁹ locis tūc extēde eā in duo late ra ſm oppositionē ministro extēdēte eā ⁊ ministro retinēte ipam: de inde veniat medic⁹ ad equādū ipam ſm qd̄ diximus: ⁊ liga dētesq̄ tot ti sunt ⁊ sepati sunt adinuicē. ¶ Si aūt accidat cū fractura vulnus aut frustū tūc administra ꝯsuturā ⁊ puluillos ⁊ medicinas incarna tiuas post reditionē ⁊ equationē. ¶ Inq̄t: ligamētū ei⁹ sit ſm hunc modū: pone mediū vitte sup nuchā colli ⁊ vadant due extremitates a duob⁹ laterib⁹ sup duas aures vsq̄ ad extremitatē mādibule: dein de vadāt cū eis iterū ad nuchā: deinde vsq̄ ad locū sub mādibula: sup duas maxillas vsq̄ ad sinciput vadēs ex eo iterū vsq̄ ad locū q̄

est sub nucha: ꝛ ponat ligamētū aliud sup frōtē ꝛ in posterioribus capitis: ꝛ stringat tota inuolutio q̄ inuoluta est ꝛ ponat desup pannus lenis. ¶ Et si separent ambe mandibule simul: ex extremitatibus earū tūc incipiat cū vtrisq̧ manibus paulatim: deinde opponatur ꝛ ↄiungantur ꝛ ↄsideret ad ↄpositionē dentiū: ꝛ liga duales cum filo auri vt nō separet rectificatio: ꝛ ponat mediū ligamenti super collū ꝛ vadat caput eiꝰ ad extremitatē mādibule: ꝛ p̄cipiat infirmo vt quiescat ꝛ sit tranq̄llꝰ ꝛ dimittat locutionē: ꝛ ponat cibꝰ eiꝰ, sorbitiões. Et si alterat aliq̄d ex figura tūc soluat ligamētū nisi accidat apostema calidū. Q̄d si accidat tūc nō negligas vti emplastris ꝛ embrocisq̄ ↄueniūt ad illud ex illis q̄ sedāt ꝛ resoluūt cū eq̄litate. ¶ Et os q̄dē mādibule stringit añ tres hebdomadas: quoniā est lene ꝛ est in eo medulla plurima replens ipsum.

¶ De fractura nasi. Cap.3.

Nasi superior pars est os ꝛ inferior est carthilago: ꝛ illi q̄dem carthilagini nō accidit fractura īmo attritio ꝛ ꝙ ↄprimēdo dilatat tota: ꝛ q̄d dilatat āferior ps eiꝰ supiore remanēte vt ē ꝛ separatio ad vnū latꝰ. Superiori ꝟo pti ossis accidit q̄ñq̧ fractura: ꝛ q̄ñ frāgit nasꝰ ꝛ nō curat pducit ad casū. ¶ Et iterū q̄ñq̧ induratur ꝛ remanet ꝑm tortuositatē suā: q̄re nō recipit equationē: opꝫ ergo vt festinet in die p̄mo ꝛ nō ptrāseat decimū. ¶ Et scias ꝙ q̄ñ fractura nasi ↄseq̄tur loca supiora eiꝰ magis ↄueniens est: ꝛ rectiꝰ reginē in ea est: vt sumat stilꝰ decēter factꝰ lenis ꝛ intromittat cū facilitate in nasū vsq̧ ad finē alcbaiasim ꝛ teneat ipsū cū manu sua ꝛ equet nasū cū manu altera donec equet: deinde subtiliet intromittendo liciniū ↄseruās ipsū in figura equatiōis. Et meliꝰ q̄dē ē vt sit ex lino. ¶ Et cautela est vt intromittatur in vtrasq̧ nares simul: licet nō sit nocumentū nisi in latere vno. Et q̄ñq̧ ponitur liciniū in latus vnū vsque quo eius vltimatio puenit ad ↄfirmationem ꝛ restaurationē. ¶ Et non componatur super nasum ligamentū: quoniam facit ipsum latum nisi sit illic eminentia magna et timeatur secundum eam descēsio. Cū aūt accidit in partibꝰ inferioribꝰ tūc possibile est vt equetur cū duobus digitis duaꝝ manuū sicut duobus indicibus aut duobꝰ auricularibꝰ. ¶ Et quando accidit in hac dispositione apostema tūc vnguentum dyaquilō est bonū valde: quoniam sedat apostema ꝛ conseruat iterum figuram equationis ꝛ confortat: similiter medicamen factū cū aceto ꝛ oleo ꝛ similia: ꝛ minutio thuris sup q̄d puluerizetur cinis ꝛ ēplastret cū eo. ¶ Et q̄ñ fractura est attritio apta tūc nō est possibile vt redeat cū ea ad rectificationē nisi postq̧ finditur et extrahit cōminutio ossium et cum sutura eius ꝛ puluerizentur desuper pulueres. ¶ Et quando accidunt inclinatio ꝛ separatio cartilaginis tunc equa eam violenter: deinde liga eam ligatura ↄseruāte eā sup illud: ꝛ ē vt ponas ligamētū extēsū ex latitudine ceruicis sup quā est iclinatio ex eis quibꝰ fit facile hoc ligamētū. ¶ Et

bonum est vt sumas marginē pāni fortis: aut corrigiā cui sit latitudo digiti vni⁹ et leni vnā extremitatū ei⁹ cū glutino pisciū et glutino corij vaccini: aut cū gūma aut cum reliquis glutinationem faciētib⁹ et inuisca ipsam sup extremitatē nasi ex latere sup qd est inclinatio donec exiccetur sup ipsum: et reducat nasus ad situm suū cum violētia: deinde extende illā corrigiā: aut pānū donec equetur cum eo et inclina ipm ad latus diuersum inclinationi prime: et restaura ipm sup collum: et liga ipm ligamēto tenente ipsum fm illā formā et emplastra cum emplastris que sunt necessaria.

¶ De fractura furcule. Ca.4.

Furcula frāgit: aut pp pond⁹ delatū: aut pp casum magnū aut pp percussionē vebemētē. ¶ Ampli⁹ furcule restauratio fit difficilis et indiget subtiliatiōe. Dixerūt in restauratiōe ei⁹: si cōterit tur ppe casum erit descēsio capitis adiutorij inferi⁹ min⁹. ¶ Inquit Et qn cōterit furcula in duas medietates tūc fac sedere infirmum super sedē et teneat minister adiutorium in quo est furcula fracta: et extēdat ipsum ad exteriora et ad superiora iterū et extendat minister iterum ceruicē et bumerum inclinatū cū quātitate q est necessaria. Et equet medicus cum digitis suis illud qd est eminēs impellēs ipm et quod est concauum commoueat ante et retro et extrahat ipsum. ¶ Et si indiget in illo extensione plurima ponat sub titilico pilā magnā de pilis et eleuet cubitum donec approximet ipz costis: qm extēdet fm qd vult. ¶ Et si incidit extremitas furcule ad iteriora frāgendo: aut non obedit cum attractione medici: et non suspenditur qm est ad profundum plurimū: tunc prosterne infirmum sup collum suum et pone sub bumero puluinar gibbosum: et demerge bumez ei⁹ inferi⁹ donec eleuet ad os furcule: deinde equa ipsum et rectifica cū digito tuo et stringe. ¶ Quod si infirmus inuenerit puncturā ex deābulatione man⁹ super ipsum: tūc frustū pungit ipsum: secundum scī tuz ergo scinde et aufer frustum et fiat illd a te cū facilitate: et pprie si fuerit frustum subtus. ¶ Et vt nō disrumpas siphac pectoris intromitte instrumentum conseruās siphac pectoris sub osse: deinde frange os. ¶ Quod si non acciderit apostema calidū tūc sue scissurā et incarna eā. ¶ Et si accidit apostema calidum tūc infunde puluillos cū oleo aliq. ¶ Et si dimittit caput adiutorij apd fracturā cū frusto furcule ad inferiora: tūc oportz vt suspēdat adiutoriū cū ligamēto lato et eleuet ad ptē ceruicis: et si frustū furcule fuerit inclinatū ad superiora: et illd qd ē pax fit: tūc nō suspēdat adiutoriū: sz resupina illū cui⁹ est furcula fracta sup dorsum suum et subtilia regimen ei⁹ et stringet furcula in mēse et min⁹. ¶ De furcula autē dixerūt q furcula nō seiūgit ex latere intrinseco: qm annexa ē pectori nō seiūcta ex eo: et pp hoc nō mouet ex boc latere et si pcutiat exteri⁹ vebemēter et sepet: tunc ipsa equetur et curetur curatione qua curatur cum frāgit: extremitas vo eius que sequit bumez et separat ab eo nō disso

catur plurimum: qm lacert⁹ q̄ hȝ duo capita ꝓhibet eā ab hoc ꝛ ꝓhibet eā iterū caput spatule: ꝛ non mouet furcula motu vehementi: qm ipa non est posita nisi vt separet pect⁹ tm̄ et dilatet ipm: ꝛ ꝓpter hoc facta est furcula homini soli inter reliqua animalia. ¶ Quod si accidat ei dislocatio ex luctamine: aut re alia simili huic tūc ipa eque tur ꝛ intromittat ad locū suū cū manu ꝛ pulluillis plurimis q̄ ponunt sup eā cū ligamēto qđ opȝ. ¶ Et ꝯuenit hec curatio extremitati humeri iteꝝ cū sepat ꝛ reducit eā ad locū suū. ¶ Et illđ q̄ ligat furcula hūero est; humer⁹ ꝛ os cartilaginosum ꝛ ipm ingrossat in macilētis: ꝛ cū remouet existimat ille cui nō est experientia ꝙ caput adiutorij iā separatū est ꝛ exiuit de loco suo: caput em̄ spatule videtur tūc vnū ꝛ videt locus a quo permutatum est ꝯcauum: verū oportet vt distinguatur significationibus quas experiemur post.

¶ De fractura spatule. Ca.5.

Spatule quideȝ locus lat⁹ paꝝ frāgit. Plurimū em̄ qđ accidit de fractura ei⁹ accidit marginib⁹ ꝛ lateribus ꝛ frustis. ꝛ qm̄ accidit cognoscit tactu. ꝛ per illud qđ sequit eā de punctura. Ueꝝ plurimuȝ accidit ei scissura quā significat asperitas q̄ cognoscitur tactu ꝛ dolore locali ꝛ punctura si fuerit lȝ nō sint reliq̄ signa. ¶ Et fortasse accidit fractura ad interiora ꝛ significat ipam incisio accidens et crepitatio leuis quā percipit audit⁹: cum crepitat miser cum ea ꝛ inuenitur per attractionem manus qua consequitur eā et dolorem. ¶ Et cura eius iterum est subtiliatio manus et bonitas cōueniētie impulsionis ab inferiorib⁹ ꝛ equatiōis: ꝛ fortasse indiget vētosis fm ꝙ existimo donec attrahat ad superiora ꝛ equet cum cautela a nocumēto in aggregatiōe materiei. ¶ Frustula autem spatule cū frangunt si sunt inquietātia pungentia ꝛ ledentia: tūc necessariū est extrahere ea: ꝛ si sunt quieta equent et ligentur ligamentis similibus ligamentis furcule. ¶ Et oportet vt dormiat habens fracturā spatule super latus sanum non super illud.

¶ De fractura cassi. Ca.6.

Accidit casso scissio sicut ligno ꝛ accidit fractura ad interiora. ¶ Et primum quidem cognoscitur sonitu sensato p tactum ꝛ auditū: ꝛ quādoq͂ inuenis ipsam manifestā cuius due ꝑtes sunt manifeste et cum extensione doloris. ¶ Secundum ꝟo sequūtur accidētia mala ex ꝯstrictione anhelitus ꝛ tussi sicca ꝛ fortasse patiens illud spuit sanguineȝ: ꝛ q̄nq͂ generatur ex eo putrefactio velaminis. ¶ Et cura istoꝝ est cura illi⁹ q̄ habet illđ in hūero: ꝛ si inclinat inferi⁹ tūc cura est illa q̄ descripta est in cōpressiōe furcule depresse per fracturā et si ingrediūtur coste administra super eas ligamētum factum ex lana cum resolutione post ligamenta posita super eas desubtus cum rectitudine: deinde aggrega extremitates duorum ligamentorum et liga eas adinuicem quoniam ipse prohibent ligamenta reuoluta a solutione.

¶ De fractura costarum. Ca.7.

Costis veris septē accidit fractura a duob' laterib'. Falsis vero accidit fractura a latere dorsi. Et qm̄ extremitas alia ē cartilago hyppocūdrioꝝ ſm ꝙ sciuisti nō accidit ei attritio. ¶ Cognitio aūt fracture costaꝝ est facilis q̄ nō occultat̄ tactui ꝑpter illō qō sentit̄ de asperitate ꝛ motu in nō suo loco ꝛ fortasse audit̄ si auscultatur crepitatio occulta. ¶ Qō si fuerit inclinatio coste ad iteriora: signi ficāt eā accidētia pleuresis: et est fortasse cū ea sputū sanguis: tūc nō audēt restauratores curare ipam cū extēsiōe ad exteriora ꝑpter defectū ingenij: qm̄ illō est difficile absq̧ ventosis: ꝛ qm̄ ex vētosis timet̄ ꝙ aggreget̄ materia p̄ima ad interiorē locū: ꝛ est in ea illō qō est de corruptiōe. ¶ Qō si expellis eas ꝛ nō ꝑlōgas retētionē eaꝝ nō est malū. Ueꝝ q̄nq̧ cibāt infirmū cibis inflatiuis valde vt infleť vēter ei': et cōprimat īflatio fracturā ꝛ impellat eā ad exteriora. Et hoc quāuis fit de illis a q̄b' in q̄busdā horis nō est excusatio: est tn̄ cā magna ad faciēdū vt accidat apostema. ¶ Inq̄t q̄dā sapiētū. Oportet vt cooperiat̄ loc' cū lana infusa in oleo calido et ponant̄ puluilli in eo qō est inter costas donec repleat̄ vt sit ligamētū equale qn̄ inuoluit̄ ſm rotūditatē: sicut narrauim' in pectore: deinde ponat̄ sicut ponit̄ in habētib' pleuresim ſm quātitatē ꝯuenietē ossi. ¶ Et si oppresserit nos res vehemēs ꝛ os pūgit vel amē pūctura a ledēte: tūc opꝫ vt findat̄ cutis ꝛ di scooperiat̄ illō qō discooꝑtum est de costa: deinde ponat̄ sub eo instrumētū qō ꝯseruat siphac vt non egrediat̄ siphac ꝛ incidātur cum facilitate ossa que pungunt et exire facias. ¶ Deinde si nō accidit apā calidū aggregēt̄ fissure ꝛ medicent̄ cū vnguēto. Et si accidit ei apostema calidum cooperiat̄ cū puluillis infusis in oleo ꝛ cibetur infirmus ꝛ curet̄ cum eo quod sedat apā calidum ꝛ resupinetur super latus quod leue est super ipsum.

¶ De eo qō accidit spondilibus de fractura. Ca.8.

Inquit paul'. Rotūditatib' spōdiliū accidit q̄nq̧ attritio ſꝫ fractura paꝝ accidit ꝛ tūc minuit̄ siphac nucha ꝛ nucha ipa: ꝛ cōmunicāt eis ambab' nerui in nocumēto ꝛ sequit̄ ea vtraq̧ mors si accidat illud spondili colli: ꝛ propter hoc oportet vt premittamus sermonem ꝛ enunciemus ꝑ dictionem factam. ¶ Et si est possibile vt ꝑsumamus et auferamus os ledens cum scissione tūc illud est: ꝛ si nō oportet vt vitem' cuꝫ regimine quod sedat apostemata calida. ¶ Et si remanet aliquid ex partibus eminentibus spondilis ex qua sunt que nominantur spine: iam illud cadit velociter sub digitis cum volumus eius comminutionem: quoniam illud quod coniunctum est mouetur ꝛ separatur a loco suo: tunc oportet vt auferatur illud scindendo cutem exterius: deinde aggregetur cum sutura et administretur in eo curatio incarnatiua. ¶ Et si frangitur os alkaeil in inferiore parte alchatim et alobosos: tunc intromittatur digitus index

finistre manus in anum: et equetur os fractum cum eo et cum ma nu altera secundum q possibile est: et si senserimus os fractum iā se paratum esse: tunc oportebit iterum vt auferatur cū scissione: sicut diximus: deinde administretur ligamentum quod conuenit ano et curatio conueniens ei.

¶ De fractura adiutorij. Ca. 9.

Jũcturaꝝ egritudinibꝰ et doloribꝰ ꝯfe. acetũ squilliticũ. ysopi cerotũ descriptiõe Galeni. emplastrũ andromachi. oleũ de been: oleũ lauri. oleum de keyri oleum de cucumere asinino: oleum de granis

citrangulorum: oleum de piperibus.
Juncturarum nodositates leniunt cerotum diapente et emplastrū filij zacharie.
Juncturarum durities lenit oleum de se. lini.
In iuuentute ↄseruant ↄfectio electuarij albarif. ↄfectio alia albarif. hebuli conditi: acetum squilliticum.
Impetiginem purgant confectiones bamech et etiam sirupus de fumoterre maior. vnguentum alfesericum: oleum de serpentibus oleum de ouis: oleum de frumento.
Ypocundriorꝫ doloribus ↄfe. sirupus de eupatorio.
Ypocundriorum ventositatibus confe. mellicratum conditum et decoctio albasce.
Inflāmatiōes extinguūt rob de prunis. rob de fructibus: tro. aneti vnguentū rof. vnguentum viol. et oleum mandragore.
Impinguat corpus susuf bonum ꝛ impinguat oleum amigdalarū dulcium. oleum de nuce indica: oleum de granis sisami; oleum de granis papaueris.
Intestinorum lubricitati valet susuf de granis myrthi.
Igni persico valet vnguentum rof.
Inflationes omnes maturat empl'm dyaquilon magnum.
Ileon dolori confe. oleum de herua ꝛ oleum asse.

De littera. L.

Laterū dolori confe. ↄfectio Philonij prima intentiōe. loch de sqllā loch de alfescera. sirupus de ysopo. oleum ruthe.
Laterum dolorem purgat electuarium alestof.
Lateris tumori ↄfert emplastrum andromachi: ꝛ eorum tentioni ↄfert emplastrum relatum ad aristarchum.
Lapidem frangunt dyasulfur pillule aggre. maiores: oleum de piperibus ꝛ oleum de scorpionibus.
Lapidem non permittunt generari in vijs vrine aqua mellis ꝛ sirupus de radicibus.
Lepram purgant hyeralogodion Ruffi ꝛ ↄfectiones bamech decoctio epithimi pillule inde: pillule fetide maiores ꝛ minores.
Lepram curant sirupus de fumoterre: ꝛ eis qui parati sunt ad eam sirupus epithimi.
Lepre ↄfert oleum de iunipero, vnguentum alphezericon.
Lentiginib9 cutis ↄfert vnguentū aliō a ragit oleū de been oleum de nucleis cerasorꝫ ꝛ de granis citrangulorum.
Lingue impedimentum soluit oleum de grisomillis.
Lacertos calefaciunt oleum de storace ꝛ oleum costinum.
Letificat dyambra.

De littera. M.

¶Matricem frigidã calefaciũt electuariũ de gemmis. oleum ruthe & oleum de piperibus. oleum lilij.
¶Matricis ꝓfocatiõi ꝯfe. aromaticũ muscatũ: & oleũ ð lapide agathis.
¶Matricis egritudinib⁹ ꝯueniũt dyambra & oleũ nardinum.
¶Matricis vẽtositates remouẽt trifera Salie. & musea enea.
¶Matricis dol'. sedant confectio Philonij inuentione prima. musea enea. ysopi cerotũ descriptione Philagrij & Pauli. emplastrũ de granis lauri: et oleum lauri. oleũ ruthe et de croco et philosophorum oleum.
¶Matricis egritudines frigidas purgat hyerapigra Sal'.
¶Matricis dol'. purgãt hyere hermetis & pill'e de serapino experte.
¶Matricis egritudinibus frigidis confe. oleum de enula.
¶Matricis duritiei confe. ysopi cerotum Democriti.
¶Melancolicis egritudinibus & eis qui tristantur sine causa confe. confectio de musco.
¶Melancolie solutionem educit secaniabin.
¶Melãcolicas egritudines purgãt pillule inde. pilulle lucis maiores & minores. pillule de lapide lazuli. pillule sebellie.
¶Membra nutritionis oĩa ꝯfortãt aromaticũ ros. mai⁹ dyambra. acetum sqlliticũ. trocis. gallie elephãgine: & oleum de citonijs.
¶Mẽbra nutritiua calefaciũt aroma. gariofi. dyãbra & dyaciminũ.
¶Membrorum lassitudinem tollit trifera sarra. magna.
¶Membroꝝ frigidas humiditates & putrefactiões in eis generatas educũt hyerapigra Sal'. ꝯfe. electuarij indi maior & minor.
¶Membrũ cauterizat: excoriat & vesicari facit vnguentũ de albariel.
¶Membra nutritionis purgat confectio alhelengi & dyacitoniten: & ipsam confortant cerotum Alexandri: et emplastrum dyafinicoñ descriptione Alexandri.
¶Membroꝝ nutritionis doloribus confe. tro. de spodio.
¶Membroꝝ duritiẽ & eoꝝ nodositatem curant ysopi cerotum descriptione. Alexandri: & cerotum Alexandri.
¶Membra neruosa confortant oleum de sticho. oleum camo. & oleũ meliloti. costinum & de alhãna.
¶Menstrua prouocant dyacalamentum descriptione Salie. pill'e de serapino experte.
¶Menstruorum fluxum pillule de bdellio maiores & minores. & ad eorum exuberationem valet trifera minor.
¶Malo mortuo tibiarum confe. vnguentum alfezericum: oleum de iunipero: & oleum de fraxino.
¶Mollificationi & lubricitati ꝓpter indigestionẽ factis ꝯfert ꝯfectio electuarij ex inuẽtione nostra: & eã purgant pillule de serapino et de euforbio: & eidem ꝯfert vnguentũ ad illud & oleũ de piperib⁹.
¶Morsibus venenosis confe. confectio de assa & dyasulfur.
¶Memoriam & sensum temperat confectio anacardina.

Maculis cutis confe. vnguentum de albariel.

Medicinam non valentibus sumere est ppinādum vnguentum arthanite magnum.

Maniā ꝛ meliā purgāt hyeralogodiū ruffi. ꝛ ↄfectio: scda hamech

Morbos ex adustiōe pħibent fieri trifera persica: pille inde: pille fetide maiores ꝛ minores.

Morpheā difficilis eradicatiōis purgāt pille colloquītide: ꝛ ei ↄferunt vnguētū de albariel ꝛ oleum de been.

Materias calidas vel ꝛ frigidas subtiles grossas ꝛ viscosas se adurentes digerit sirup⁹ acetosus simplex ꝛ facit alias medicinas in partes remotas penetrare.

Materias longi tpis diuidit ꝛ ēas maturat secaniabin: vt patet in sermone facto de eo.

Materias grossas ꝛ putridas incidit ꝛ abstergit secaniabin de calamento.

Materierum cursum ne fluant ad aliquē locum prohibent oleum camomille ꝛ melliloti.

Materias difficilis eradicatiōis subtiliat ꝛ resoluit oleū de enula.

Materias calefacit subtiliat ꝛ resoluit oleū de enula.

Mirach inflāmationē soluunt pille aggregatiue maiores.

De littera. N.

Nauseā sedāt aromaticū rosatū: aromaticū gariofilatū: ꝛ sirup⁹ de mēta. Neruoꝝ educit supfluitates grossoꝝ hūoꝝ ꝛ viscosoꝝ hye. her.

Neruis confe. confectio de alphescera ꝛ baucie condite.

Neruoꝝ egritudinib⁹ frigidis ↄfe. sirup⁹ de sticados: aqua mellis. vnguētū de bdelio: oleū nardinū: oleū de croco: oleū d̄ pipib⁹: oleū de euforbio: ꝛ eoꝝ frigiditati ꝛ dolori ↄfe. decoctio de sticados: cerotū andromachi: ꝛ oleū de storace: oleū de been: ꝛ oleū de enula.

Neruoꝝ debilitati cōfe. tro. gallie elephāgine.

Neruoꝝ egritudines purgāt pille albādal: ꝛ pille de oppoponaco.

Neruoꝝ dolorib⁹ valet ysopi cerotū Sal. oleū amigdalaꝝ amaraꝝ oleū auellanaꝝ: oleum de nuce indica: oleū lauri: oleum camomille: oleum sambuci: oleū de keyri: oleū de melliloto: oleū masticis et de euforbio eos liniendo.

Neruorum cōtractioni ꝛ eoꝝ frigidis passionibus cōferunt cerotū aliud Alexandri: ꝛ oleum nucum.

Neruoꝝ durities leniunt oleum amigdalarū amararū: oleum de semine lini: ꝛ oleum de croco.

Neruoꝝ tumoribus ꝛ eoꝝ puncture cōfert oleum nucū: ꝛ ipsis lesis a frigiditate valet oleum lauri.

Neruos cōfortat oleū camomille: oleum sambacinū: oleum de melliloto: oleū maluinū: ꝛ oleū de croco.

Neruis quibus accidit laxitas ↄfert oleū citonioꝝ.

Neruos calefaciunt oleũ costinũ oleũ de sansuco.
Naturam stringunt sirup⁹ de piris sirupus de citonijs sirupus acetosus de citonijs.
Nodositates q̃ sunt in mẽbris ⁊ iuncturis mollificat ysopi cerotũ.
Narium fetori valet oleũ de cucumere asinino ⁊ eaꝝ oppillatiões aperit oleũ philosophorũ.

De littera. O.

Oris odorẽ faciũt bonũ electuariũ de aromatib⁹: electuariũ de gẽnis ꝯfectio de xiloaloes. ꝯfectio electuarij de citro. aromaticũ muscatũ. aromaticũ nardinũ: trifera sarra. magna. citraꝯdita. sirupus de corticib⁹ citri mellicratũ ꝯditũ. ⁊ mellicratũ de citro. tro. gallie muscate. sufuf de ligno aloes. sufuf aromatic. ⁊ pilile dyarodõ
Oris fetorẽ amputat electuariũ de perficis persica cõdita. sirup⁹ de perficis. tro. ad fetorẽ oris. tro. de ligno aloes.
Odorem facit bonũ oleũ costinum.
Oleũ philosophoꝝ valet eis q̃ sumpserũt ꝑ os opiũ aut cartamum.
Oppilationes aperiunt dyaciminũ. confe. de seminibus. sirup⁹ acetosus de succis herbarũ cũ aromatib⁹. sirupus de fumoterre maior. secaniabin de radicib⁹. tro. de aniso. pillule aggregate minores. oleũ amigdalarũ amararũ. oleum persicoꝝ. oleũ de been. oleũ costinũ. oleũ de piperibus.
Oculoꝝ dolores ⁊ eoꝝ superfluitates purgãt ꝯfectio electuarij rof. pillule lucis maiores ⁊ minores: ⁊ in oculis in q̃b⁹ descendit aqua valet oleum philosophoꝝ.
Obliuionẽ purgat cõfectio hamech.
Obliuioni cõfert emplastrũ sinapis oleũ sinapis ⁊ philosophorũ.
Ossibus denudatis ꝯfe. vnguẽtũ dyasinicon empl'm arabũ descriptione arabica: ⁊ eoꝝ sigillationẽ faciũt facilẽ.
Ossium dolorib⁹ ex frigida causa cõfert emplastrũ sinapis.
Ossa corpi infixa q̃uis ꝓfunda sint extrahit empl'm de fermẽto.

De littera. P.

Paralysi ꝓsunt cõfe. de musco tyriaca dyatesseron: ꝯfe. alphescera sirup⁹ de sticad. vnguẽtũ d bdelio cerotũ Alexãdri. aliõ oleũ de piperibus. oleũ de lapide agathis. oleum philosophorum.
Paralysim purgãt hyera hermetis hyeralogodiõ Ruffi pillule de serapino pillule de euforbio ⁊ de oppoponaco.
Pulmoni iuuant his in q̃b⁹ materia grossa difficilis eradicatiõis exuberat in mẽbris anhelit⁹ reddẽs eũ facilẽ ad screãdũ loch de squilla empl'm filij zacharie ⁊ oleũ philosophoꝝ.
Pulmonis egritudinib⁹ cõfert ꝯfectio de musco.
Pulmonẽ ꝯfortat sirupus de granis myrti.
Pulmonem mundificat sirupus de liq̃ritia: ⁊ oleũ de cartamo.
Pulmoni frigido ꝯfert sirupus de thimo.
Pulmonis canne ꝯfert acetũ squilliticũ.

Pulmonis asperitatem leniunt oleum amigdalarum dulciū oleū viol. et de nuce indica.
Ptisicis confert confectio testiculorum vulpis sirupus papaueris troci. de camphora.
Pectus mundificat athanasia magna: loch bonum: aqua mellis: sirupus de liquiri. tro. aneti.
Pectoris doloribus cōferūt loch de papauere: loch de squilla: loch alphescera: sirupus de ysopo: sufuf ad tussim antiquam. oleū de keiri: et oleum de lilio.
Pectoris aspitati ꝯfe. loch. ad caliditatē: loch aliud nostrum: iulep vio. iulep iuiubarū: sirupus cucurbite: sirupus de prunis papaueris: sirupus de granatis: oleum de granis papaueris: oleū viol.
Pectoris saniē expellit loch sanum.
Pectoris pulmonis vehemēti siccitati ꝯfe. loch de amigd.
Pulmonis inflationi confe. iulep. ros.
Pectoris egritudinibus frigidis ꝯfe. sirupus de prassio et sirup⁹ de thimo: et ipsi ꝯfert sirupus de kermes.
Pectoris oppilationibus et humoribus grossis ꝯfe. oximel squiliticum cōpositum: et oleum de carthamo.
Pect⁹ mundificāt ab humorib⁹ grossis et putridis pille de agarico.
Potui veneni confert dyasulfur.
Pestilētie estatis et antūni confert trifera persica.
Passiōes oēs q̄ fiūt a colera et flegmate salso purgat ꝯfe. hamech.
Pleuresi ꝯfe. loch de papauere iulep vio. iulep iuiubaꝝ sirupus cucurbite sirupus de prunis sirupus de granatis sirupus de cānis sirupus ꝯferens catarris sirupus de iuiubis sirup⁹ vio. oleū vio.
Pānū delet et vestigia nigra oleū de cucumere asinino.
Pregnātiū relaxationē abscidit sirup⁹ ace. de succis et aq̄s fructuū
Podagram ex flegmate purgāt pille aggregate maiores.
Podagrā frigidā purgāt pille de hermodactilis maiores et ei ꝯfe. empl'm sinapis oleum vulpinum et philosophorum.
Podagram dorsi et genuum purgant pillule fetide maiores et minores et pillule de serapino.
Podagram calidā purgāt pillule hermodactiloꝝ minores et ei confert oleum de ranis et oleum ro.
Pruritum purgant pillule aggregatiue minores.
Pulsationi confert cerotum vltimum.
Plagas curat et consolidat vnguentum aureum.

¶ De littera. R.

Renes calefaciunt electuariū de aromatibus trifera Sal. secacul conditum confectio de zinzi. oleum de lilio: oleū ruthe: et ipsos cōfortat aromaticum ro.

Renum dol'.confe.dyacurcuma maior et minor dyamoruslon confectio philonij prima inuẽtione:empl'm de granis lauri:oleum lauri:oleũ de keyri:oleũ ruthe:oleum de asse:oleuz de piperibus:oleũ vulpinum:oleum philosophorum et nardinum.

Renum lapidẽ frangunt dyalacca maior et minor.et oleũ de nucleis cerasorum:oleũ de graniscitrangulorum:oleum de scorpionibus.

Renum egritudines frigidas purgat hierapigra Gal.hiera hermetis electuarium indi maius et minus.

Renum oppilationes aperit sirupus acetosus cuz radicibus et eos mundificat electuarium alescof.

Renum vlceribus confe.tro.alkekengi et eorum duritiei cõfert yso pi cerotum Democriti.

Ructus acidos curant electuarium de aromatibus et dyatriõpipereon descriptione Sal'.

Rigori febrium confert dyacalamentum descriptione Sal'.

Raucedini confert iulep iuiubinum.

De littera.S.

Stomachi egritudinib⁹ factis ex flegmate viscoso psunt electuarium de aromatib⁹:electuariũ de gẽmis cõfectio de xiloaloes ori mel squiliticũ simplex:et oleum nardinum.

Stomachi inflationẽ remouent et morbos ex ea factos curant electuarium de aromatibus et alricostum tro.de spo.cũ semine acetose vnguentũ ro.et cerotum sandalinum.

Stomachum debilem confortant digestionemq₃ bonaz faciunt electuarium de aromatibus cõfectio de xiloaloes:confectio alkakẽgi electuarium de citro aromaticum rosatum aromaticũ gario. aromaticum nardinum electuariũ de granis mirthi:cõfectio de citonijs:electuariũ de psicis:electuariũ de sorbis trifera Sal'.electuariũ ex inuentione nostra:hieralogodion Ruffi.kebuli conditi:emblici conditi:citonia ꝯdita:pira:persica:citra oia condita:zuccharũ rosatũ:sirupus de piris:sirupus de citonijs:sirupus de corticibus citri:sirupus de granis mirti:sirupus de albela:sirupus acetosus de citonijs:sirupus acetosus de pomis:sirupus de absinthio sirup⁹ de fumoterre maior:mellicratũ de citro:mellicratũ de buglossa:mellicratũ ꝺ piris:rob de citonijs:rob de pomis:rob de granatis:rob de fructibus:rob de aggresta:decoctio albasce.tro.ꝺ gallia sebellie:tro.de ros.tro.ꝺ gallia magna:tro. ramich:tro.de absinthio:sufuf de ligno aloes:sufuf dyarodõ:sufuf aromaticũ.pill'e elephãgine:pill'e aggregatiue minores:pill'e stomatice:pill'e dyarodõ:cerotũ Alexãdri.empl'm stomaticũ:emplastrũ dyasinico.empl'm de gallia:empl'm de fermẽto:oleũ de stichados:oleum de citonijs:oleũ maluinũ:oleum mirtillorũ:oleuz masticinum:oleum costinum:oleum de sansucco.

Stomachi ventositates grossas expellunt cõfectio electuarij de ci-

tro: cõfectio de galãga: dyaciminũ: trifera muscata: dyacurcuma maior et minor: dyamurilon: cõfectio phylonij inuẽtione prima: se cacul cõditũ: et cõfectio de zinzibere. Et ipsius malicie digõnis pro sunt cõfectio de galanga tyriaca dyatessaron.
Stomachi dolori et eius pfricture a calidiiate et acuitate humorum prosunt cõfectio dyarodon descriptione Sal. acetũ squilliticũ: in fusio de hyeratro: dyarodon: pille elephangine.
Stomachi humiditatẽ et mollitiẽ et ipsius defectũ et in quo est putre factio corrũpunt et corrigũt aromaticũ rosatum maius aromati cum gariofilatum: confectio de cynamomo: trifera sarracenica magna: dyacurcuma maior et minor: dyamorusiõ ɔfe. electuarij in di maior et minor: emblici cõditi. tro. dyarodon.
Stomachũ calefaciunt dyaciminũ dyatritompipereõ descriptiõe Sal. cerotum stomaticũ.
Stomachi duritiei cõfe. ysopi cerotum descriptione Philagrij et Pauli et dyaquilon cõe emplm relatũ ad aristarchũ et de melliloto
Stomachi ardorẽ mitigant electuariũ de psicis ɔfectio de acetosa cõfectio de prunis trifera psicca iuleb rosatũ: sirup9 de psicis: siru pus de portulaca: tro. de cãphora: tro. de sandalis: sufuf dyarodõ
Stomachi indigestionẽ et dolorẽ tollit trifera sarracenica magna et si fuerit abũdantia magna flegmatis crudi vz dyanisum. sufuf dyarodon: et emplm relatum ad aristarchum.
Stomachi dolorib9 a friditate ɔfe. ɔfectio anacardina ɔfectio phi lonij inuẽtiõe pma: musea enea: athanasia magna. pille elephã gine: ysopi cerotũ descriptiõe Philagrij et Pauli: oleuz: de kerua: oleum de carthamo. Stomachi egritudines purgat hye rapigra Sal. hyera hermetis: pille elephãgine ɔfectio electuarij alb arif: ɔfectio inda maior et minor pille aggregatiue: pille feti de maiores et minores: pille sebellie.
Stomachi iuflãmationi cõfert sirupus de succo acetose: sirup9 de aggresta: sirupus aceosus de succo fructuũ: sirupus acetosus de pomis descriptiõe nostra: sirupus acetosus tereniabin.
Stomachum calidum ɔfortant sirupus de succo acetose: sirupus acetosus de succis et aquis fructuuz. rob de berberis: et de sumach et de moris et de sceni.
Stomachũ frigidũ ɔfortant sirupus de mẽtha sirup9 de thimo se caniabin de calamento mellicratũ ɔditum.
Stomachi oppilatiões aperiũt sirupus de eupatorio secaniabin de radicib9 tro. de absynthio.
Stomachi putrefactionẽ abstergunt acetũ squilliticũ tro. de ros. et tro. ad fetorem oris.
Stomachũ mundificãt infusio de hiera pillule stomatice et pillule aggregate minores et de turbith.
Stomachi inflationẽ soluunt pillule aggregate maiores: et dolori

colerico in eo facto con fert oleum lauri.
Stomachi lubricitati confert sufuf de granis mirti.
Sincopi confert electuariũ de gemmis:confectio de alkermes:cõfectio xiloaloes:aromaticum muscatũ:confectio de acetosa:poma cõdita:sirupus de pomis:sirupus acetosus de prunis:tro.de ligno aloes:rob de citoniis et de piris.
Sperma multiplicant confectio testiculorum vulpis:oleum amigdalarum dulcium:oleum de nuce indica:oleum de granis sisami oleum de semine lini.
Sudoris multitudinem prohibet oleum de citoniis.
Sudoris odorem bonum facit aromaticum nardinum.
Sudorem prouocat oleum anetinum.
Senibus et frigidis natura conueniunt dyambra sirupus de prassio sirupus calamẽti et decoctio albasce.
Singultui vehemẽti frigido vel acetoso:vel ventoso:cui difficilis ẽ resolutio:cõfe.dyacalamentũ descriptione Sal.cõfectio Philonii inuẽtione pma.Si vero fuerit singult⁹ suffocatiu⁹ a repletiõe factus aut vẽtositate cõfe.dyaciminũ sirupus calami et mẽthe.
Sitim sedãt vel stringũt electuariũ de psicis cõfe.de acetosis alxicostum trifera psica et psica cõdita zuccharũ vio.iulep ros.sirupus de persicis sirup⁹ acetosus cũ succo fructuũ:sirup⁹ de acetositate citri:sirupus acetosus de pomis:sirupus acetosus de citoniis:de prunis:sirupus de cãnis:sirupus de portulaca aq̃ mellis rob de ribes:rob de agresta:rob de berberis:rob de sumach:rob de moris de sceni:rob de granatis:tro.de cãphora:tro.de spodio.se.actose:tro.de berberis.tro.de sandalis et vnguentum ros.
Solutionẽ fortẽ sedãt electuariũ de sorbis et confe.rob de ribes.
Solutiõi colerice cõfe.sirup⁹ agreste rob de sumach:rob de moris de sceni:rob de granatis.Antiq̃ vero cõfert sirup⁹ de granis mirti.
Siti vehemẽti laboriose et estuose cõfe.sirup⁹ de agresta:sirupus acetosus de pomis:sirupus acetosus de tereniabin.
Scrophulas resoluũt vnguẽtũ arthanita puuz:empl'z dyaq̃lon cõe empl'm oribasii:oleũ de been:oleum de cucumere asinino.
Scorpionis morsui cõfe.tyriaca dyatesseron et oleum philosoporum.
Splenis egritudines eradicant dyacurcuma magna oleũ nardinũ et oleum de euforbio.
Splenis doloribus et ei⁹ oppilationib⁹ cõfert athanasia:sirupus dyacodion secaniabin de radicib⁹:secaniabin de keisiz:acetũ squilliticuz:tro.de eupatorio:ysopi cerotũ descriptiõe Sal.ysopi cerotum descriptione Philagrii et pauli:et oleum lauri.
Splenis duritiẽ resoluũt dyasulfur:secaniabin de calamẽto:troci. de capparis:ysopi cerotũ descriptione Sal.et Philagrii et Paulie Democriti:dyaquilon cõmune:emplastrũ andromachi:emplastrum de melliloto;et oleum philosophorum.

Splenis oppillatiões aperiũt sirup⁹ acetosus de radicib⁹ decoctio. ꝛ trocisci de eupatorio: trocisci de lacca: ꝛ ipsas purgāt pill'e de raued sceni: pillule sebellie: pill'e inde. cõfectio allzelengi.

Spleneticis cõfert sirup⁹ de calamento: ꝛ splenis apatibus cõferũt tro. de eupatorio.

Splenis grossitiei cõferũt empl'm de fermẽto. empl'a oribasij: ꝛ ipsi⁹ ventositates resoluunt tro. de capparis.

Sanguinẽ mundificant ꝛ clarificāt confectio anacardina: decoctio capilli veneris aqua fructuũ: ꝛ decoctio fumiterre: ꝛ purgāt ipm pillule ad febres colericas.

Sanguis sputo ↄfe. athanasia magna: ꝛ tro. de terra sigillata.

Sanguinis furorem reprimunt ꝛ eius ebullitionẽ sedant aqua fructuum: alricostũ. tro. de cāphora.

Sanguinis fluxũ de narib⁹ ꝛ aliorũ restringũt ꝛ abscindũt tro. ramich. ꝛ tro. de terra sigillata. ꝛ tro. de karabe.

Sanguinis egestioni cõferũt tro. de terra sigillata q̄ etiā restrigũt fluxum superfluũ mẽstruorum.

Sanguinẽ dissoluit oleum philosophorũ.

Sensum: cogitationẽ ꝛ rationẽ subtiliāt ꝛ vigorāt cõfectio scd̃a albarif. ꝛ kebuli cõditi.

Sensuuȝ instrumentũ mundificāt pill'e elephāgine: pill'e stomatice pill'e aggregatiue: pill'e lucis maiores ꝛ minores.

Superfluitates a toto corpe educit electuarium alestõf.

Scabiei cõfert oleũ nucũ: ꝛ illam q̄ fit ex salso flegmate ꝛ colera purgant confectio hamech. sirup⁹ de fumoterre maior ꝛ minor: ꝛ sirupus de epithimo.

Scabiei sicce cõfert vnguentũ alfescericum: vnguentũ ceruse. vnguentũ alfescericuȝ aliud.

Sodā calidā purgat ↄfectio electuarij rosati: ꝛ ei ↄfe. cerotũ vltimũ

Sodā antiquā purgāt pillule alhandah. ꝛ frigide sode cõfe. oleũ de euforbio.

Serpiginẽ curāt sirup⁹ de fumoterre maior. oleũ de oliuis. oleũ de iunipero: oleũ de fraxino.

Spasmo cõfe. sirup⁹ de sticad. pillule de serapino. vnguẽtũ de bdelio vnguẽtũ ad illud: cerotũ dyapẽthe: oleũ de been: oleũ de se. lini oleũ de croco: oleũ de piperib⁹: ꝛ oleũ de lapide agathis.

Somnum prouocāt oleum anetinũ: oleũ de papauere: oleum mandragore: oleum exranis.

Surditati confe. oleum amigdalarũ amararũ. oleũ de been: oleum de cucumere asinino.

Spinas corpori infixas q̄uis in ꝓfundo sint extrahit emplastrum de fermento.

Sciatico dol'. cõfe. emplastrum andromachi emplastrũ sinapis oleũ de piperib⁹: oleum philosophoꝝ.

Sciaticam purgant pillule aggregatiue maiores: pillule de sera pino ex parte.

De littera. T.

Tristitie et sollicitudini prosunt electuarium de gemmis confectio de allaesmes.

Torture oris prosunt confectio de musco. tyriaca dyatesseron. sirup' de sticados: cerotum aliud Alexandri: oleum de piperibus: et olcũ philosophorum.

Torture educunt superfluitates grossorum humorum et viscosorum hiera hermetis et hyeralogodion Ruffi.

Tussi diuturne confe. dyanisum et athanasia magna.

Tussi antique et eis qui hñt pectus saniosum cõfe. dyasulfur. loch de pino sirup' de granis myrthi. sirupus de liquiritia. sirup' de prassio sirup' calamenti. loch sanum et expertũ sirupus de prunis: sirup' de granatis: sirup' de iuiubis: sirup' de ysopo.

Tussi calide confert loch de papauere: loch ad caliditatẽ: loch aliud nr̃m iulep viol. sirup' conferens catarris: sirup' violaceus.

Tussim antiquã remouẽt et subtiliant humores grossos loch ad asma sufuf ad illud.

Tussi q̃ nõ sinit dormire patiẽtes confe. sirupus de papauere.

Tussi sicce confert sirupus acetosus de tereniabin: sirup' de papauere: et eã leniunt loch bonũ: et loch de amigdalis.

Tussi humide cõfert aqua mellis.

Tussim antiquã purgant pillule de agarico.

Tussi catarrali confe. pillule q̃ ad oẽs morbos catarri.

Tremori cõfert sirupus de sticados: oleũ de piperibus: oleũ de lapide agathis et philosophorum.

Tremorẽ purgat hyera hermetis.

Tumores profundos aufert cerotũ andromachi.

Tumores a caliditate factos resoluit et maturat emplastrum dyaquillon paruum.

Tethano confert oleum de lapide agathis.

De littera. U.

Uertigini cõfert cõfectio de musco. confectio alfescera. sirup' acetositatis citri. sirupus acetosus de prunis acetum squilliticũ oximel squilliticũ simplex et compositum.

Uertiginẽ purgant hyera hermetis. hyeralogodion Ruffi et cõfectio hamec: illã vero q̃ fit a sumis colericis purgat confectio de psillio. confectio electuarij ros.

Uirge erectionem facit confectio testiculorum vulpis.

Uiscerum humiditatem desiccat aromaticum rosatum.

Uiscera cõfortãt aromaticũ nardinũ. cõfectio electuarij ex inuentione nr̃a. zuccarũ rosatũ. dyacostum. sirup' de granis myrti. et mel

licratum de citonijs.
Uiscerum lubricitati et eorum solutioni propter malitiam digestionis confe.electuarium de granis myrti:dyalacca maior et minor tro. ramicb.
Uiscerum dolorem ex ventositatibus factū sedāt ꝯfectio de seminibus dyacoston ex inuentione prima:et oleū lauri:et eorū putrefactionem remouet trifera sarra.magna.
Uiscerū dolorē purgat hyera hermetj:et eā mūdificat electua. alesłof.
Uiscerū mollificatiōi ꝯfert sirupꝰ de absinthio zuccaruz rof.
Uiscera frigida habentibus confert sirupus calamenti. oleum ruthe.emplrm relatum ad Aristarchum.
Uiscera lauat et abstergit aqua mellis.
Uiscerū duritiei ꝯfe. secaniabin de calamēto.emplrm de meliloto.
Uiscerum egritudinibus confe.oximel squilliticum.
Uiscerū ventositates dissoluūt dyaciminiū.dyanisum.decoctio alhasce. Et eorū debilitati a cā frigida ꝯfe.emplrm de gallia primū. Acausa vero calida emplastrum de gallia aliud.
Uiscerum inflammationibus confe.emplrm de frumento.
Uomitū sedāt aromaticū rof.aromaticū gariofilatū.sirupꝰ acetosus de citonijs et de prunis.sirupꝰ de mēta.mellicratū de citonijs tro.ramicb.emplastrū dia finicon.descriptione Alexandri.
Uomitum colericum et flegmaticum retinent confectio de citonijs citonia condita.et sirupus de calamento.
Uomitui ex flegmate et malitie digestiōis confe.ꝯfectio alhalengi.
Uomitui confe.sirupus de agresta et de albella.
Uomitum sanat vnguentum arthanite magnum.
Uomitū colericū sedant rob de ribes.rob de agresta et de berberis. rob de sumacb.rob de moris.de sceni.et rob de granis.
Uentositates a toto corpore expellit electuarium aloes.
Uentositates attenuāt et dissoluūt aromaticū gariofil.dyaciminū oleū nardinum.emplastrum relatum ad Arist.aromaticū nardinum.dyanisum.trifera sarra.magna.et trifera muscata.alhalēgi.trifera Sal.cōfectio electuarij ex inuentione nostra. cōfectio hieralogodion Ruffi.confec.electuarij indi maior et minor.fusuf.aromaticum rof.emplastrum de alleis.oleum amigdalarū amararū.oleū nucū.oleum de herua.oleum de enula.
Urinā ꝑuocāt dyacalamētū descriptione Sal.dyacurcuma maior et minor.dyamoruflon.dyasulfur.secaniabin de radicibꝰ.secaniabin de heisim.tro.de lacca pillē aggregatiue maiores oleū philosophorum.Urine difficultati confe.confectio philonij inuentiōe prima musa enea oleum aselz.
Ubi est dolor qñ mīgit coctio alhelengi.
Uentris dolorē ex humiditate flegmatica multa cruda remouent et eam mundificant dyatritompiperion descriptione Sal.dyaciminum.confectio anacardina et ipsis ꝯfe.emplrm de granis lauri.

Ventris fluxum retinent confectio de citonijs: citonia condita. sirupus de albelacb. sirupus de menta.

Ventris solutionē a fluxu colerico iuuant et stringūt elec. de fructibus. et sirupus acetosus de succis et aq̄s fructuū. tro. de spodio cū se. acetose epatico fluxui confe. et emplastrum diafinicon.

Ventris fluxū assiduū cum significationibus frigiditatis etiam q̄ fit ꝑpter exuberantiā catarri abscindit cōfectio electuarij ex inuentiōe nr̄a et emplastrū de gallia. ipsum vo significationib⁹ caliditatis: et q̄n venter soluit superflue ab operatione catartici stringit elec. confortatiuū sto. emplastrum de gallia. ij.

Vētris fluxui antiquo et dissinterie ꝯfe. athanasia magna.

Ventris fluxum supabundantē et cronicū flegmatis et thenasmon factum ex frigiditate confe. confectio de storace.

Ventris solutionē sedant mellicratum de citonijs. et miua citoniorum simplex et rob de fructibus tro. de berberis.

Ventrem leniunt tro. aneti et ipsum lubricant zuccarū viol. ipsum mundificat a fecibus aqua mellis.

Veneno resistunt sirupus de agresta et tyriaca diatesseron.

Venenis frigidis valet oleum philosophorum.

Vesice doloribus confe. dyacurcuma maior et minor. dyamorusion empl'm ex granis lauri. oleum de keiri: oleum nardinum: oleum asse. oleum de piperibus. et oleum philosophorum.

Vesice lapidē frangūt dyalacca maior. et minor oleū de nucleis cerasorum oleum de granis citrangulorum. oleum de scorpionibus et oleum philosophorum.

Vesice vlcerationi confe. oximel squilliticum simplex. ipsius vero vlcerationi valent tro. alkekengi.

Vesice duriciei confe. ysopi cerotum Democriti. et ipsi⁹ ardori oleū amigdalarum dulcium.

Vesicam calefaciūt oleum de lilio et de enula.

Vlcerib⁹ malis cōfe. hieralogodiō Ruffi et pill'e aggrega. minores

Vlcerib⁹ putridis cōfe. vnguētū nobile et relatū ad Nicodemū et vnguentum ceraseos: et in eis generant carnem ea sigillando: et preseruant a putrefactione vlcera curant vnguentū diafinicon. de scrip. arabica. empl'm arabicum. et oleum de ouis.

Vlceribus fraudulentis confe. oleum almezereon. oleū de iunipero et de fraxino.

Vlcera scoriata que fiunt a colera adusta et flegmate salso confe. vnguentum ceruse.

Vlcerum vestigijs confe. oleum de been.


Visus obscuritatem purgant pillule de hyera.

Visū a fumis colericis deperditū recuperat trifera persica.

Vocis raucedini q̄ est ꝑpter frigiditatē et flegma grossū qd̄ ꝯtinet in pectore et pulmone ꝯfert loch sanū et expertū: sirup⁹ de iuiubis.

Uocis lacertos corroborat acetum squilliticum.
Uocē clarificādo similiter oleū de carthamo. oleum de nuce indica. oleum de granis sisami.
Uulnera fraudulenta expellunt sirupus de epithimo et vnguentum de lino.
Uulnerib⁹ difficilis ꝯsolidationis et incarnatiōis ea mūdificādo ꝯfe. vnguētū dya finiconis descriptiōe arabica. emplastrum arabicū. vnguentum de lino.
Uulnera antiqua et recentia mundificat et incarnat vnguentum dya ceraſos.
Uulnerib⁹ neruosis in quibus est calefactio mūdificat et incarnat vnguentum basiliconis magnum.
Uulnerum tumorem soluit oleū de grisomillis.
Uulnera putrida curat vnguentum cericinum.
Uulneribus antiquis confe. vnguentum egyptiacum magnum.
Uulnera t:incarnat et consolidat vnguentum triafarmacum.
Uulneribus in quib⁹ sunt contenta superflua: si autē siccare op⁹ est confe. emplastrum de fermento.
Uulnera que tarde curantur pfecte curat oleum philosophorum.
Ulcera et cauterizat vbi opꝫ emplastrum Andromachi aliud.
Uulue dolori confe. oleum amigdalarum dulcium.
Uermes occidunt qui sunt in auribus: oleum de nucleis psicorum et oleum benedictum.
Uenarum orificia aperit oleum philosophorum.

FINIS.


F C D B A O I M N
E
K
G
H
L
O
T
R
P
Q
V
V
R
S
S
V
M
X
Z
9
B
R
I I
F F
B
LL
C C
D D
E E
G G
MM
OO
H H
NN
PP
KK



Ena𝔷 que flobotbomantur quedam sunt vene tantum: et quedã sunt arterie. Uene tñ que in capite sunt flobotbomãde meli⁹: est vt trãsuerse flobotbomenẽ excepta guidẽ cui⁹ flobotbomia fiat in latitudine et non in longitudine.

a ¶ Uena q̃ ẽ i puppi capitis valet stupori mẽtis et emigranee ac antiquo dolori capitis eius.

b ¶ Uena q̃ est in medio frõtis valet dolori capitis antiq̃ et ppꝛie illiq̃ est in posteriori pte ei⁹. apatib⁹ oculo𝔷 et passiõib⁹ q̃ in facie accidunt vt in moꝛphea: et valet ẽt alienationi et frenemi et contra nouam lepꝛam.

c ¶ Uene timpoꝛum que flexuose incedunt valent ꝯtra doloꝛem aurium et nimiam effusionez lachꝛyma𝔷 et contra emigraneã: et secũdũ Auic. non debent minui in quibus requiritur potentia generãdi. quia per istas venas euacuãtur spiritus qui a natura missi sunt ad generandum.

d ¶ Uene due in angulis oculoꝛum valẽt ad visum et ad doloꝛẽ capitis: ad egritudines oculoꝛum scilicet ad lachꝛymã pannum et ad scabiem palpebꝛarum: et etiam valent obtalmie antique: et istis venis non est flobotbomus pꝛofundandus pꝛopter tumoꝛem fistularum.

e ¶ Uena in concauitate aurium ex vtraq3 parte valet contra tremoꝛem capitis et contra tinnitum aurium: etiam valet contra nouellam surditatem.

f ¶ Tres vene retro aures quarũ loc⁹ est post illũ vbi extremitas aurisinde puenit ad capillos sunt ex venis tñ q̃ in capite solẽt flobotbomari. et vna barum trium est magis manifesta de qua pꝛopꝛie fit flobotbomia. et valent obtalmie oculoꝛum et in pꝛincipio aque et cũ caput a stomacbo recipit fumum: et ppter boc conferũt vlceribus auriũ et colli et posterioꝛibus partibus capitis.

g ¶ Auic. xx. pꝛimi dicit et Galenus quidem negat q̃ due sunt vene que sunt post aures retro flobotbomantur vt qui filios gignunt: ipsos nõ continẽt idest steriles fiunt post auctoꝛitate Hyppocratis.

h ¶ Uena in summitate nasi valet cõtra grauedinẽ capitis et nimiũ fluxũ oculoꝛum si timoꝛ in eis existit.

i ¶ Uena iuxta nares purgat caput et iuuat auditum.

k ¶ Due vene in faucib⁹ oꝛis q̃libet valet cõtra pustulas faciei et cõtra scabiẽ capitis et ꝯtra doloꝛẽ dẽtiũ et mãdibula𝔷: et etiam valẽt cõtra grauedinem capitis gutturis et oꝛis.

l ¶ Due vene sub lingua valẽt ambe cõtra doloꝛes dẽtiũ et gingiuarũ et cõtra reuma capitis et cõtra apata gutturis et cõtra squinãtiã et contra omnia vicia oꝛis.

m ¶ Uene interioꝛes labio𝔷 quattuoꝛ superio𝔷 et inferio𝔷 valẽt apo

flematib⁹ oris gingiuarum doloribus earum reumatis vlceribus et fistu lis que fiunt in eis.

n ¶ Uena sub mento valet contra dolorem maxillarum et contra pruritum et fetorem nariu3 et dolores faciei et contra dolores et pustu las faciei.

o ¶ Uene due q̄ sunt i collo vocate guidegi qn̄ flobothomant valēt in pncipio lepre: et forti sq̄nātie: et coangustatiōi anhelit⁹: et asmati acuto: et raucedini vocis: et habēti apata in pulmōe: et valēt egritu dinibus splenis et laterum.

¶ Nota q̄ oēs vene capitis post comestionē sunt minuēde excepta vena sub mento.

¶ Notādū est vlteri⁹ q̄ semp in istis venis. s. a capite vsq̄ ad collum quia sunt tanq̄ vene particulares si op3 q̄ flobothoment semper prius cepha. vena brachij flobothometur antequā iste particula res flobothomentur.

O ¶ Uena aūt furcule q̄ est in inferiori storace. s. in fundo colli valet ſm Auicē. in passionibus stomachi.

¶ Due sunt arterie retro aures q̄ flobothomate secundū Aui. valēt obtalmie lachrymis pāno noctilope et antiq̄s dolorib⁹ capitis: sed timor existit in arterijs et specialiter predictarum: sed cum pilis le poris et thure et albumine oui. s. cū emplastro Ga. est sanguis restrin gendus si nimis flueret et cum aloe.

¶ Itē dicit Aui. q̄ arteria tēporum qn̄q̄ flobothomat: et qn̄q̄ extrahi tur: et qn̄q̄ adurit: et hoc fit ppterea vt acuti reumatismi et subti les cōstringant qui ad oculos descendūt: et pp ter dilatationē su perfluam foraminis vuee tunice.

p ¶ Uena sub vtraq̄ parte ascelle incisa facit hominē mori ridēdo et talis vena balsetes appellatur.

q ¶ Uena q̄. ē3 cubitū a pte silluestri et pprie inuenit in brachio sini stro q̄ a q̄busdā vocat vena circularis. i. splenis: valet i cardia capas siōe et asmati et cōtra ptisi3 et empima et emoptoicā passiōe3: et valet dolori pectoris et pulmōis et dolori diafragmatis et difficultati an helit⁹: et qn̄ incidit solet inflari: et valet ēt dissurie: et q2 ignota est ideo non vtimur ea vel raro.

q ¶ Uena cephalica seu capitalis valet passiōib⁹ q̄ in collo et capi te sunt: et iō valet dolori capitis et auriū et dolori oculoru3 et squi nātie. Et notā q̄ nullius est timoris: quia neruum musculū vel ar teriā non habet sub ea.

r ¶ Uena basilica seu epatica valet passiōib⁹ q̄ in toto corpe et vētre fiūt: et iō stomacho epati pulmoni cordi pleuresi spleni dolori spatu larum ad sanguinē de narib⁹ restringēdum. Et inter ceteras venas brachij est maioris timoris in flobothomia; q2 sub ea est arteria et neruus et musculus secundum Aui.

s ¶ Basilica sinistra est flobothomanda in mala 2plexione cordis

calida ⁊ in mala conplexione calida stomachi: vt dicit Constātinus lib.iij.sue practice: ⁊ ideo dicit Auicen.iij.cañ.fen.ij.circa principium capituli sexti.ꝙ basilica sinistra incidenda est in amplitudine cordis.

s ❡Mediana valet doloribus ⁊ passionibus equaliter superioribus et inferioribus: ⁊ ideo confert vniuersali repletioni corporis vel quando non potest inueniri basilica aut cephalica. Et sub ea est neruus solum.

t ❡Uena que funis brachij dicitur que supra cephalicam existit: ⁊ est ramus cephalice tendens supra partem siluestrem: ⁊ valet ad ea que valet cephalica.

u Uena cardiaca seu cordialis hoc est vena mediana īcidit̄ ꝑ passionib⁹ spirtuū: ⁊ pleni⁹ in manu sinistra valor ei⁹ declaratur.

v ❡Uena purpurea ꝯtra passiones interiorum minuitur.

x ❡Uena aūt que dicitur ascellaris posita est sub basilica.s. paruꝫ ⁊ est ramus basilice: ⁊ valet sicut basilica ⁊cū fit ligatura brachij apparet: ⁊ vocatur ascellaris quia venit ab ascella: ⁊ valet passionibus pectoris ⁊ pulmonis.

y ❡Uena in ambobus lateribus corporis dꝫ incidi cōtra pustulas antiquas ⁊ contra infirmitatem frigidam ⁊ lienteriam: ⁊ qñ homo non potest habere digestionem.

z ❡Uena iliaca ⁊ titillaris aperitur ꝑ passionibus inferioꝝ.

⁊ ❡Notandū est ſm Auic.fen.iiij.primi sic dicentē. Et in venis q̄ in corpore flobothomantur sunt due vene supra ventrem posite: quarum vna super epar consistit: ⁊ altera super splenem est posita: illa desup epar vꝫ hydropisi: et sinistra in egritudini⁹ splenis.

ꝯ ❡Uena inter auricularem ⁊ anularem que dicitur sicle siue saluatella valet dextra flobothomata in passionibus epatis: ⁊ sinistra in passionibus splenis: ⁊ dꝫ poni manus in aqua calida ne sāguis cito restringatur.

ꝝ ❡Uena inter pollicem ⁊ indicem valet capiti ⁊ passionibus ei⁹: ⁊ valet passionibus oculorum.

aa ❡Uena in vtraqꝫ manu supra minimū digitū valet ꝯtra icteritiā ⁊ cōtra oīa vitia splenis ⁊ cōtra frenesim et quācūqꝫ febrem.

bb ❡Uena veniēs ad pollicē incisa valet hydropicis et inflatis et etiā contra ventositatem.

cc ❡Uene aūt in circuitu ani sunt.s.emorroyde qñ īcidunt̄ per se tēperate aut cū flobothomo: valēt oīb⁹ egritudinib⁹ melancolie aduste ⁊ corrupte sicut mauir melācolie lep̄ ⁊ inferiorib⁹ cutis: ⁊ etiam quartane ⁊ passionib⁹ splenis ⁊ hydropisi.

dd ❡Uena sub preputio valet ꝯtra hydropisim ⁊ contra omnes corporis tumores.

ee ❡Due vene inferiores iuxta preputium valent tumoribus testiculorum ⁊ dolori renum.

ff ¶Uene q̃ dicunt̃ salsores cauẽde sunt trib⁹ digitis supra geni-culos: q̃s q̃ inciderit in tibia morietur subito.

gg ¶Uena sub vtroq̃ genu valet ꝯtra apostema ꝛ dolores renũ et lũboꝝ coxarũ ꝛ vesice: ꝛ arteticas passiones mirabilr̃ curat.

hh ¶Due vene de coxis ꝛ due de tibijs valẽt contra dolorem coxarum ꝛ tibiarum ꝛ crurium vtriusq̃ pedis.

ii ¶Uena autem poplitis. s. curuature valet vt euacuet̃ sanguis a partibus superioribus ad inferiora sicut ab epate renibus matrice vesica ꝛ tm̃ valet sicut ꝛ saphena ꝛ magis in prouocando menstrua in doloribus ani ꝛ emoroydibus. Sed dicit Aui. quod propinquior est matrici q̃ saphena ꝛ sciatica: ꝛ valet etiam dolorib⁹ dorsi: vt dicit Aui. iij. canon̄.

kk ¶Uene aũt q̃ saphene dicunt̃ habẽt esse sub cauilla aut supra ipsã: ꝛ he a parte domestica sicut sciatice a parte siluestri: ista aũt vena valet tm̃ sicut vena poplitis curuature eo mõ quo dictũ est supra. s. q̃ per eã euacuat̃ sãguis qui est in epate ꝛ in mẽbris circũuicinis: ꝛ vt sanguis a partibus superioribus ad inferiores trahat̃: quare valet in pleuresi epatis ꝛ capitis passionibus maxime in repletis ad diuertendum materiã ad oppositũ ꝛ passionibus renum ꝛ vesice ꝛ matricis menstrua prouocat fortiter: et orificia emoroydarũ aperit ꝛ passionib⁹ virge ꝛ testiculoꝝ.

ll ¶Uena aũt sciatica est sub cauilla immediate apud calcaneũ a parte siluestri: ꝛ valet dolori scie ꝛ articuloꝝ ꝛ renum ꝛ mẽbroꝝ q̃ sunt situata in parte siluestri melius q̃ saphena: ꝛ saphena meli⁹ attrahit a membris positis versus partem domesticam: ꝛ quare hoc fit nescitur sed experimento probatur.

mm ¶Uena aũt que est inter duos articulos paruos est ram⁹ sciatice ꝛ inueni q̃ valet obtalmie oculoꝝ pustulis cruriũ ꝛ passiõib⁹ renũ ꝛ vesice: ꝛ credo q̃ valet ad ea que sciatica.

nn ¶Uena que declinat ad pollicẽ pedis est ramus saphene: et operatur quantum ꝛ saphena secundum q̃ dicit Auic.

oo ¶Uena in vtroq̃ pede supra pedicam maiorem valet contra obtalmiã et faciei pustulas ꝛ menstruorum retentiones et cõtra conceptionem et contra pustulas crurium.

pp ¶Due vene exteriores sub talis in vtroq̃ pede valent cõtra dolores ancharũ ꝛ cõtra inflationes ꝛ apostemata testiculoꝝ.

¶Due etiã vene interiores sub talis in vtroq̃ pede: valẽt contra harenam et calculum: et valent mulieribus post partũ nõ bene purgatis: valent etiam illis que non sunt bene disposite ad cõcipiendum et etiã mulierib⁹ que ius suum non habent.

¶Nota q̃ omnes vene crurium ac pedum post comestionem sunt minuende. Item dicit Auic. q̃ flobothomia harum venarum scʒ crurum ꝛ pedum plus debilitat virtutem quam flobothomia venarum manuum.

Notandū est in generali q͂ quinq͂ sunt ꝓprie consideranda in flobothomia. scꝫ tempus: etas: cõplexio: humor: ⁊ virtus: ⁊ pre ceteris rebus virtus: vt pꝫ per Auic. qñ dicit q͂ aliqñ possumus facere flobothomiã vsq͂ ad sincopim sicut in febribus sinochis: ⁊ in pricipio appoplexie ⁊ in squinantia. et in magnis apãtibꝰ pernitiosis: ⁊ fortibꝰ doloribus: hoc tñ facere debemus si virtus sit fortis. Alia aũt sex necessaria ad bonã euacuationẽ addit predictis Aui. fen. iiij. c. iij. ⁊ qualiter ⁊ quando.

¶ Longiorẽ vitam ⁊ sanitatem ministrat.

Sanguinem alienum eijcit.	Stomachum purgat.
Propriũ sanguineꝫ nutrit.	Digestionem inuitat.
Tristitiam aufert.	Leniorem producit vocem.
Memoriã prebet.	Uisum acuit.
Uesicam purgat.	Uentrem coercet.
Cerebrum temperat.	Somnum minuit.
Stimuluꝫ libidinis fugat.	Anxietatem tollit.
Auditum aperit.	Ingenium acuit.
Lachrymas stringit.	Medullas calefacit.

¶ Item flobothomia non tantum est vtilis: sed necessaria.

¶ Descriptio ponderum ⁊ mẽsurarũ ex breuiario Aiseir. i. vigilis.



Inquit. ¶ Chist ordei est vnc. xviij. ¶ Chist vini est lilxx. ¶ Chist mellis est lib. cviij. ¶ Choꝰ vini est lib. ix. ¶ Chous mellis est lib. xxiij. ⁊. 5. ¶ Corboni olei est ℥. ix. ¶ Corboni vini. ℥. x. ¶ Corboni mellis. ℥. xiij. ⁊. 3. ¶ Mesistrum magnũ olei est vnc. 3. ¶ Mesistruꝫ magnũ vini est vnc. iiij. gormie. viij. ¶ Mesistrum mellis vnc. iiij. 5. ¶ Acsunef olei darlrimet. xvj. ¶ Acsunef vini. vnc. ij. et quarta. darlrimet. I. ¶ Acsunef mellis vnc. iij. ⁊ quarta ⁊. viij. ¶ Choatus olei darlrimet. xij. ¶ Choatus vini vnc. I. ⁊ medietas darlrimet ⁊ tertia. ¶ Choatus mellis pon. vnc. ij. ⁊ quarta. ¶ Mesitiron olei est darlrimet. vj. ¶ Mesitiron vini est gormie. xx. ¶ Mesitiron mellis darlrimet. vij.

¶ Descriptio mensurarum ⁊ ponderũ ex breuiario filij Serapionis inquit.



Exceptum est ab hoc ca. in hoc aggregato: qm̃ nõ dixi oẽm mensurã quã in ipo attuli nisi q̃ cognita est apud eos q̃ lingua vtunt arabica in capitulis suis. ¶ Uerum quidam coegerũt me ad transferendum querentes me translationẽ eiꝰ vt iuuamentũ fiat per illud in alijs ab isto libro.

¶ Chist apud gentes que lingua greca loquūtur cognitū est: super mensurā vero nō conueniunt omnes: ⁊ istud est: qm̄ quidam eorum vtuntur alia q̄ vtātur alij. ¶ Chist em̄ apud romanos capit lib. I. 5. ⁊ sextam: quare est vn. xx. ¶ Et chist italicū lib. I. 5. ¶ Et lib. est. ℥. xij. ¶ Et mina romana est. ℥. xx. ¶ Et mina italica ⁊ egyptiaca est. ℥. xvj. ¶ Et mina est sextaria. xl. ¶ Et lib. est sextaria. xx. ¶ Sexta fiuz est. ʒ. vj. ⁊ dauic duo aut aur. quattuor. ¶ Et darhimet est aur. I. ¶ Et dorach italicū est iobei octo. Et iobei est acsat romana sex. ¶ Et cotila. I. ℥. ix. ¶ Mestron magnū est. ℥. iij. Et paruum est darhimet sex. ¶ Acsunesim est darhimet. xviij. ¶ Choatos est. ℥. I. 5. ¶ Formia est quarta. ʒ. vsq̄ ad duos dauich. ¶ Aumi⁹ ⁊ andanilis est. ℥. I. vnaquequeq̄ earū est aurei septē. ¶ Adar. ℥. I. ¶ Euib mellis lib. ij. 5. ¶ Euib olei mina. I. 5. ¶ Aldorach lib. iij. ¶ Chist mellis lib. ij. ß. ¶ Albemen sextaria. v. ⁊ ʒ. xxx. et antulij quattuor. ¶ Semimet mine. x. ⁊. ß. ¶ Faba egyptiaca semimet quattuor. ¶ Obulus est dauich. I. 5. sicut inuenit Alexandrinus antulij tres ¶ Auellana. I. est. darhimet. I. ¶ Nuxē. 14. semimet. ¶ Alsacraiati parua est semimet septē. ¶ Alsacraiati magna est semimet. 14. ¶ Faba greca est duo semimet aut duo oboli. ¶ Alsacraiati est sextaria sex ⁊ quarta. ¶ Cochliariū mellis est. aur. q̄tuor. ¶ Cochliarium medicinaꝝ est aur. I. ⁊. ʒ. I. ¶ Alsatil. I. est sextaria duo. ¶ Darhimet est oboli sex. ¶ Et ols obolus est chirat tres. ¶ Et omnis chirat est quattuor grana ordei. ¶ Et oboli quattuor sunt chirat. ix. ¶ Alcautus est vnc. I. 5. ¶ Choati duo sunt. ℥. iij. ¶ Oboli octo sunt chirat. 24.

Finis.

¶ Impressum lugduni per Jacobum myt
impensis honesti viri Constantini fra
din Anno a virginis par-
tu. M. vᶜ. xix. die.
quinto Men-
sis octobris.